BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
8 E
30 M

28' 2.16.

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

TRACTATVS
DE IVRAMENTO
CALVMNIÆ;
IN QVO BREVITER ENVCLEANTVR OMNIA,

QVÆ SVPER IVRAMENTO CALVMNIÆ
In ſcholis, & in foro accidere ſolent.

AVTHORE
ANTONIO DEL RE
TIBVRTINO V. I. D.

DVPLICI INDICE APPOSITO, vno Capitum ſingulorum, altero Materiarum, rerumq́; notabilium.

AD ILLVS.^MVM ET REVEREND.^MVM DD. TIBERIVM CERASIVM
S. D. N. D. CLEMENTIS PAPÆ VIII.
VTRIVSQVE SIGNATVRAE REFERENDARIVM, Theſaurarium generalem, & Spoliorum Collectorem.

CVM PRIVILEGIIS.

SVPERIORVM PERMISSV.



VENETIIS, M D XCVIII.

Apud Hæredes Melchioris Seſsæ.

138.E.30

CVM EXVLTATIONE PORTANTES

VENIENTES AVTEM VENIENT



MANIPVLOS SVOS.

PSALM. CXXV.

ILLVSTRISSIMO, ET REVERENDISSIMO DOMINO TIBERIO CERASIO, SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI PAPAE CLEMENTIS OCTAVI.

Theſaurario generali, & Spoliorum Collectori. S.

EA SEMPER fuerunt tua in me collata beneficia, Illuſtriſſime, & Reuerendiſſime Domine, ac virtutis amatorum omnium Mecenas optime, Tum eo vitæ tempore, quo inter clariſſimos Vrbis Aduocatos tua ſic elaborauit induſtria, vt facile primum locum inter eoſdem ſumma virtute ſummaque laude meritus ſis, atque iure optimo conſequutus; Tum vero cum Sanctiſſimus Dominus Noſter D. Clemnes huius nominis Octauus Romanus, & Vniuerſalis Eccleſiæ Antiſtes, Doctorum, & integrorum virorum (vt ex eius promotionibus liquido conſtat) ſubleuator, & propugnator, tuæ ſcientiæ, & integritatis minime ignarus te ordini ampliſſimo duodecim virorum ſtlitibus fiſcalibus iudicandis præpoſitorum adſcripſit; Tum demum, cum idem Beatiſſimus Pontifex minime contentus huiuſmodi beneficentia te eundem inter omnes

Vrbis,

Vrbis, & Orbis Prælatos ſelegit, & propter tuam ſingularem præſtantiam ſuum Theſaurarium generalem, & ſpoliorum Collectorem creauit, Aditumque per hanc dignitatem (ſi à conſuetis in Præceſſoribus in officio conijcere mihi liceat) ad maiora, & clariora patefecit: Hoc inquam toto tempore tot, ac tanta ſunt abs te in me profecta merita, vt ſi mihi Demoſthenis, & Ciceronis eloquentiæ flumina ſuppeterent, cum vitæ diuturnitate vix aliquas gratias agere me poſſe aliquando ſperem. Tantorum beneficiorum immemor eſſe nec volui, nec potui: tanta eſt illorum magnitudo, tantum, ac tam deteſtabile duxi vel in me ipſo ingrati animi vitium, cuius grauitas quanta ſit, facile ipſe à doctiſſimo viro Seneca didici in aureo tractatu de Beneficijs. Huius vt ſceleris execrandam notam à me propulſarem, dies, noctesque cogitando conſumpſi, & quidem venit in mentem munus aliquod offerre tibi gratum (vt ſpero) atque iucundum, mihi vero (ni fallor) aptiſſimum ad apertam grati erga Te animi ſignificationem præbendam. Quare cum ipſe haberem materiam IVRAMENTI CALVMNIAE in Memorialibus meis ex diuerſis magnis Doctoribus multis vigilijs excerptam, eam in ordinem, prout melius per priuata mea infeſta negocia licuit, redactam tibi dicare, & vnico contextu tironibus in foro verſantibus aliquam vtilitatem afferre decreui. Verum quia de huiuſmodi materia grauiter, & non admodum temporibus iſtis vſurpata, & cognita, ſæpius in Signatura gratiæ Sanctiſſimi, & coram diuerſis iudicibus cauſas diſceptaui, & contra quoſdam adhuc viuentes, & legali ſcientiæ operam nauantes obtinui; ſi huiuſmodi tractatum ederem, forte quotidie in ſingulare certamen erit veniendum; gladiatores imitabor, qui cum in arenam deſcendunt, Patronos, quos vulgo patrinos vocant, deligere conſueuerunt. Equidem præter Te huius mei tractatus patronum, ac defenſorem eligere volo neminem: Ipſe enim & tot legalis ſcientia excellis, & officij dignitate longe cæteris antecellis. Ex quo fiet (ſicut ſpero) vt ſimul mei grati animi non obſcurum oſtendam argumentum, & in foro verſantibus Tironibus prædictis, publicæque rei commodum afferam non ſpernendum, & huius diſputationis defenſioni proſpiciam. Libenter igitur, lætoque animo ſuſcipe hoc munuſculum; libenter da tuum illi patrocinium. Quod ſi feceris (facturum vero tua pollicetur beneficentia, & humanitas) efficies etiam, vt alia materia aſſumpta tibi in maiori, ac illuſtriori loco fauente Deo conſtituto, maiora grati animi ſigna deuoueam. DEVS Opt. Max. à quo bona cuncta procedunt, & diſcernit cauſas iuſtorum, ad ſuæ Maieſtatis gloriam, & grata ſeruitia dicti Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Te quàm diutiſſime ſoſpitet, atque incolumem ſeruet.

Tuæ Illuſtriſſimæ, & Reuerendiſſimæ Dominationis

Deuotiſſimus, addictiſſimus, & humilis ſeruitor

Antonius del Re.

AVTHOR

AVTHOR AD DEVM OPTIMVM MAXIMVM IMPLORANS EIVS AVXILIVM.

O DEVS omnipotens, verax ſapientia rerum,
Sidera qui ſtabili lege, hominesſque regis;
Quique redemiſti ſacrato ſanguine mundum
Verus ab intacta VIRGINE factus homo;
Carbaſa qui ventis pandit, ſuccurre carinæ;
Aſpira, & velis aura ſecunda veni.
Huic operi edendo nutricem porrige dextram,
Et mare currentis dirige nauis iter.
CHRISTE faue dictis, da, te duce, & auſpice vera:
Hei mihi, ni faueas, nil niſi falſa loquar.

Idem ad Clariſſimos Vrbis Conſiſtoriales Aduocatos, & inter hos D. Ioannem Baptiſtam Spadam eius promotorem in doctoratu.

QVAS vobis aduerſa vetat fortuna referre,
Grates incomptis his ago carminibus.
Annulus, atque toga à vobis, inſignia honoris,
Veſtra hæc ſunt etiam qualiacunque fero.
Quem ſeruum noſtis veſtrum defenditis ſcriptis
Vt mala non valeat lingua nocere meis.
Auxilij pars magna mei qui, SPADA, fuiſti,
Protege tu primus, perpetuoque faue.

Idem ad Magnificum, & Excellentem D. Vincentium Mancinum Tibartinum, Ciuem Rom. I. V. D. & in Vrbe Aduocatum.

VT, rutilans Aurora ſolet præcedere Solem,
Cui laudem accepti luminis illa refert;
Solis & aduentus certam ſpem nunciat Orbi,
Obrutus immenſis qui fuerat tenebris.
Sic, MANCINE, tuum librum vult iſte præire,
Atque meum Solis nuncius exit opus.
Sic liber iſte tuum certat præcurrere librum,
Quem dabis in lucem quam cito dante DEO.
Tu narras cunctas ſpecies, ac ſingula tractas
Ad iuramenti congrua materiam;
Sed meus ad ſpeciem liber iſte aſtringitur vnam,
Ex eius titulo quæ manifeſta patet:
Sicque meo præſtat libro tuus, omnia quantùm
Eſſe iucunda ſolent integra parte magis.

Idem ad Lectorem.

SI mea, quæ cernis, laudem monumenta requirunt,
Hanc ſuperum Patri, lector amice, dato.
Inde ſecunda fluunt ægris mortalibus; inde
Labitur in doctis docta loquela viris.
Erratum eſt quicquid, dignumque refellier, illud
Audacter poteris carpere, namque meum eſt.
Non indignabor: Meæ ſcripta notare licebit.
Corrigere errantes eſt pietatis opus.

Idem ad Librum.

EGREDERE ô tandem, Æneadum te confer ad Vrbem,
Doctorumque Ducis tecta ſubito liber.
Claſſica num te concutiunt, clangorque tubarum?
Illa ne, quæ CLEMEMS. præparat, arma fugis?
Sentiet infęlix arma hæc Ferraria, quam vis
Eſtenſis Petro Cæſaris eripuit.
Scande gradus. Reuerenter adi, quem ponere leges
Munere. CLEMENTIS conſpicies populis.
Sum Tiburtis opus, dicas; Patrio accipe, munus
Mittor ego, prompti pignus & obſequij.

Vt

Vt ſpero excipiet læta te fronte: Benignum
Natura effinxit. Vade, age, rumpe moras.
Vade, age. Dum loquor hæc tecum, victoria parta eſt.
Cernes diſcedens omnia pace frui.
Namque iuit, vidit, vicit ſine ſanguine CLEMENS.
Cæſar pertimuit rapta tenere diu.
Mars abijt. Romæ clauſa eſt nunc ianua belli,
Præparat & partas viſere paſtor oues.
Fœlices populi, quibus eſt poſt ſæcula multa
Conceſſum dulcem poſſe videre Patrem.

Vincentius Mancinus Tiburtinus, Ciuisq; Romanus ad Authorem.

QVAM bene præclaro Regis cognomine fulges
Antoni? præſtas munera Regis enim.
Officium eſt Regis, regnante calumnia vero
Exulet vt recti à limine iudicij.
Hoc autem præſtat doctus tuus iſte libellus
Quapropter viuet nomen vbique tuum.

Euangeliſta Zappus Tiburtinus. I. V. D. de Authore.

CVNCTA Deus geſſit meliora; homo præſtitit illis:
Hunc tamen in multis ſe implicuiſſe reor.
Turpis auaritiæ fuit iſte cupidine captus,
Vt ſatur haud proprijs æque aliena velit.
Cumque fora impleſſet peruerſa calumnia, iuriſ-
Iurandi antidotum iura dedere viris;
Fallere quo aduerſas partes, fallique nequirent,
Quodque nequit virtus, id timor efficeret.
Ipſiusque forent cum vires vndique ſparſæ,
Miro Author lectas ordine tradit eas.
Eſt inſigne opus. Hæc multi diuiſa tulerunt;
Hoc famæ, hoc opibus proſpicit, atque animæ.
Si tibi opum cura eſt, ſi animæ, ſi cara videtur
Fama, Tibi gratum tunc videatur opus:
Inuidus & temnas nihil; ingeniumque, laborque
Contendit. ſit honos hic Patriæ, atque Deo.
Authori gratus tanti ſis quiſque laboris,
Actor, ſiue reus, ſiue patronus eris.

Iacobus Roncettus Romanus, ac Ciuis Tiburtinus,
I.V.D. de Authore.

NIMPHAE, quæ noſtri claras Anienis ad vndas
Luditis, huic Vati ſerta parate noua;
Qui Muſas inter Parnaſi creuit in antris
Nutritus dulci nectare, & ambroſia.
Is dudum Hetruſca, & Latia modulatus auena,
Et veſtra, & Phœbi gloria magna fuit.
Hunc Famæ cupidus tentat legalibus iſtis
Viſere, quot terras claudit vterque Polus.

Sicinius Sebaſtianus Tiburtinus. I.V.D.
ad Authorem.

QVID iurata ſiet, qualiſque calumnia; qui ſint
Illius effectus; comprimat & quis eam;
Cum prior ad palmam ſcribendi veneris ipſe,
Traditur, Antoni, prima corona tibi.
Iuris iurandi Auſpicijs fœlicibus huius
Purgaſti primus compita iudicij.
Quos virtus frænare nequit, nunc pœna refrænat,
Num ſimile huic aliud conficietur opus?
Iuris eris diſcenti, auidoque lucerna Tironi,
Et magnum noſtri Tiburis ipſe decus.

Ioannes Cocanarius Tiburtinus. I.V.D.
de Authore.

SI ſpectas non ſit quantum, ſed quale volumen
Hoc, quod habes paucis; emere mille potes.
Tractatu hoc noſter breuiter complectitur Author,
Sparſim omnes alij quæ docuere viri.

Gaſpar Fuccius Tiburtinus. I.V.D.
de eodem.

TRACTATVM rarum Tiburs hunc perficit Author
Poſt mortem ſperans viuere perpetuo.
Vnica ſic Phænix cupiens renouare ſenectam
Applicat arſuro ligna Sabæa rogo.

Guidus Theobaldus Tiburtinus, Canonicus Cathedralis Eccleſiæ Sancti Laurentij maioris dictæ Ciuitatis, ac Authoris Cognatus de eodem.

DVM parat hunc Author librum, ſpatiatur in hortis
Primarum Iuris, cunctaque pulchra legit;
Alueat vt repleat, veluti lectiſſima mella
Floribus è varijs impigra carpit apis.

Ioannes Dominicus Martius Romanus Tibure oriundus ſapientiæ Romanæ in legali ſcientia Alumnus.

NOSTRORVM Antoni Tiburtum ſanguine ducte,
Nouimus ingenij lumina clara tui,
Dum Patriæ abrepti per te redduntur honores,
Atque tuo capiti laurea ſerta paras.
Nuncia percurret totum tua fama per orbem,
Et paruus fueras qui modo, magnus eris.
Nam quæ dictarunt facundo antiquitus ore
Bartholus, & Baldus continet iſte liber.
Laudeque maiori forſan celebrabere poſthac;
Quæ ſparſa ij dederant vndique lecta refers,
Immortale tuum reddes per ſecula nomen;
Viuere ſic ſuperi tempora longa dabunt.
Perge, age, ſic longos ſuperabis Neſtoris annos
Itaque ſic daberis cuncta per ora virum.

GRATIOSVS CIOTTVS DE MONTE FLORIS,

IVRIS VTRIVSQVE DOCT.

ET IN VRBE PROCVRATOR

AD EVNDEM.

STRINGA in ſe ſteſſo ognihor di rabbia il dente,
Chiunque l'opre altrui tacciar preſume
Con animo peruerſo; & fier coſtume,
Intento al danno altrui quaſi ſerpente.
Tu quel, che tenti, al mondo chiaramente
Scopri, di tal materia vnico lume,
Dell'ignoranza diſcacciando il fume,
Ch'offuſcata ne tien l'humana mente.
Eſci pur tu ſecuro, & aſſecura
Chi di calunnia timoroſo paue,
Giouando à chiunque l'altrui ben procura:
Che preſto fia, che frutto più ſoaue
A queſta noſtra etade, e alla futura
Dia l'arbor tuo, c'hora immaturi gli haue.

INDEX
OMNIVM CAPITVLORVM
HVIVS TRACTATVS
DE IVRAMENTO
CALVMNIAE.

DE Iuramenti calumniæ diffinitione. Cap. 1. *fol.* 2

Iuramentum calumniæ, quæ in ſe contineat. Cap. 2. 6

Iuramentum calumniæ quo iure inductum ſit. Cap. 3. 9

Quæ fuerint cauſæ inducendi iuramentum calumniæ. Cap. 4. fol. 12

De formulis iuramenti calumniæ. Cap. 5. 14

Iuramentum calumniæ an requirat præſentiam iudicis, partis aduerſæ, & tactum ſcripturarum. Cap. 6. 18

Iuramentum calumniæ, an ſit neceſſarium in iudicijs, & illorum pars ſubſtantialis. Cap. 7. 20

Iuramentum calumniæ, an ſit reſpondendum de veritate, vel de credulitate. Cap. 8. fol. 29

Iuramentum calumniæ quoties ſit præſtandum. cap. 9. 31

Iuramentum calumniæ iu qua parte iudicij peti poſſit, & in qua præſtari debeat per iurare debentem. cap. 10. 36

Terminus, ſeu dilatio ad deliberandum an concedi debeat debenti iurare. cap. 11. 44

Iuramentum calumniæ, an per partes litigantes remitti poſſit. cap. 12. 47

Iuramentum calumniæ an tolli poſſit ſtatuto, ſeu lege, conſuetudine, Principis reſcripto, aut aliqua clauſula. cap. 13. 53

Iuramentum calumniæ præſtandum eſt à quocunque actore, & à quocunque reo, & quid

agendum

agendum ſit, ſi aliquis ipſorum renuat iuramentum tale præſtare. cap. 14. 63
Quæ perſonæ iuramentum calumniæ præſtare teneantur, vel poſſint. cap. 15. 97
Procurator an poſſit, vel teneatur præſtare iuramentum calumniæ. cap. 16. 110
An iuramentum calumniæ præſtetur per abſentes, & cuius expenſis. cap. 17. 172
Quæ perſonæ iuramentum calumniæ præſtare non teneantur, & ab illo excuſentur. cap. 18. 181
In quibus cauſis iuramentum calumniæ præſtandum ſit. cap. 19. 190
In quibus cauſis iuramentum calumniæ non ſit neceſſarium. cap. 20. 200
De effectibus iuramenti calumniæ petiti, & non præſtiti. cap. 21. 203
De effectibus iuramenti calumniæ petiti, & præſtiti. cap. 22. 205
De effectibus iuramenti calumniæ, & falſo præſtiti. cap. 23. 208
De varijs notabilibus circa iuramentum calumniæ. cap. 24. 210

Indicis Capitulorum Finis.

PROOEMIVM.

QVANDO in principio naſcentis mundi ſummus opifex, & vniuerſorum ex nihilo Creator ille DEVS firmauit ex limo terræ hominem in paradiſo delitiarum, illum non fecit, vt Porcorum Epicureus grex credebat ſe in lucem proditum, ad ventrem explendum, ſed ad imaginem, & ſimilitudinem ſui Plaſmatoris, vt habetur in Sacra Geneſi, in principio, & ad aliquid ſemper laude dignum cogitandum, & agendum. Hoc naturali inſtinctu ducti multi Illuſtres viri penetrarunt arcana Mathematices, Philoſophiæ, legalis ſapientiæ, cæterarumque ſcientiarum, ac liberalium artium in tantum, vt earum anatomias quodammodo feciſſe videantur; & non inuidentes poſteritati illas oculis panderunt omnium, vt quæ multo ſudore, multisque vigilijs ipſi adinuenerunt, vel ab alijs adinuenta didicerunt, eorum poſteri breui tempore, & facillimè diſcere poſſent. Omnium ſcientiarum, ad quas homo procliuis eſſe conſpicitur, nulla eſt, quæ præferri poſſit illi, quæ in iuris, & iuſtitiæ cognitione conſiſtit, nullaque eſt, quæ humano generi maiorem vtilitatem, & eam docentibus & diſcentibus maiores opes, ac maiorem afferat gloriam. Hinc Bartholus, Baldus, Hoſtienſis, Panormitanus, Cæteraque

iuris Ciuilis, & Canonici lumina tot librorum volumina ediderunt, in quibus difficillima quæque iuris enuclearunt ita, vt eorum ſcriptis propriæ famæ, ac immortalitati conſuluiſſe, & poſteritatem ſibi ipſis ſummopere obſtrinxiſſe videantur. Inter hos aliqui ſecundum ordinem Titulorum, & legum vtriuſque iuris, interpretationes ediderunt; alij quaſdam materias ſelegerunt particulares redigentes in vnum quicquid circa eas dictum ab alijs inuenerunt, & multa ex eorum ingenio addentes, conſtituerunt varios vtiles Tractatus, in quibus omnia ad eaſdem materias ſpectantia in vnum recollecta eorum Poſteri facili Methodo poſſent reperire. De materia iuramenti calumniæ multi interpretationes tum in Canonico, tum in Ciuili fecerunt iure; & præſertim Marianus Socinus, extra, de iuramento calumniæ, repetitionem promulgauit in forma tractatus; quod opus mancum in multis eſſe conſtat ex ipſiuſmet lectura, dum ipſe refert ſe ad dicta per ipſummet in alio loco eiuſdem Operis, qui non habetur; Et inſuper nec ipſe, nec alius vſque in præſentem diem edidit formalem Tractatum, præter Speculat. qui videtur voluiſſe aliqualem moliri Tractatum, ſed interpretantes iura ſecundum ordinem Titulorum, & legum, vt dixi, multa omiſerunt neceſſaria. Quare ipſe, licet minimus ſim inter Doctores, & talis, qui cum Propheta in Veteris Teſtamenti pagina dicere poſſum, Ah, Ah, Ah Domine, quia neſcio loqui, Compilare ſtatui particularem Tractatum de IVRAMENTO CALVMNIAE, ſub protectione ſummi DEI, & ad eius gloriam, atque ad publicam vtilitatem Poſterorum; Nec me terret tenuitas mei ingenij, cum ſi in venam deſcendero ad DEI gloriam, ipſe, in quo ſunt omnes theſauri ſcientiæ, & ſapientiæ abſconditi, vt Apoſtolus ait, diriget verba mea, & ſubminiſtrabit neceſſaria, Vt in dicta Teſtamenti pagina pollicitus eſt Prophetæ loquuturo, dicens; Ponam verba mea in ore tuo. Labor iſte inutilis, & vanus videtur, cum nihil dicatur, quod prius dictum non fuerit, præſertim à tot, tantiſque viris, qui mundum illuminarunt; ſed nec ob id volui talentum mihi à DEO traditum in terra abſcondere, ad inſtar ſerui nequam in Sacro Euangelio deſcripti, & ab inſtituto propoſito pedem retrahere; Quia hoc opus edo in forma Tractatus; & non prout alij ante me; & ex Redemptore Noſtro CHRI-

ſTO IESV in dicto Euangelio habemus; Quod Deus multa abſcondit ſapientibus, & prudentibus, quæ reuelat paruulis; vnde non erit mirum ſi in hoc Tractatu aliqua tradam ſupra cognitas vires meas, & nuſquam ab aliquo patefacta mundo; & poſtremo reſpondebo cum Baldo in Prologo Decretalium, quod nulli vnquam hominum etiam poſt mille ſæcula præcludetur occaſio aliquid addendi. Si hoc Tractatu aliquam vtilitatem afferam, prout meæ fuit intentionis, lætabor, quod optabis fruar; ſin autem nullam (quod DEVS auertat) vtilitatem afferam, Poſteritati mea bona aliquid proficiendi voluntas ſufficiet.

INDEX OMNIVM RERVM AC VERBORVM, QVAE NOTATV DIGNA VISA SVNT, ET QVAE IN PRAESENTI LIBRO CONTINENTVR.

A

ABBAS iurat de calumnia ſi per ſe agit. Capit. 15. numero 360.

Abbas ſolus poteſt iurare pro Monaſterio de calumnia, eodem, numero 361.

Abbas ſolus poſſet iurare de calumnia ſi ipſe eſſet melius informatus, quam alij. eod. num. 362.

Abbas ſi non vult per ſe ipſum iurare, ad id non cogetur, ſed poterit ad id conſtituere ſindicum, vel procuratorem. eod. num. 363.

Ablatiui abſoluti reſoluuntur in conditionem. cap. 12. num. 27.

Abſens dolo abeſſe non præſumitur. cap. 17. numero 4.

Abſens à iudicio dupliciter dicitur, vt ibid. capit. 17. num. 7.

Abſens requiſitus à iudice domicilij in executionem literarum miſſiuarum, ſi nolit iurare, dictus iudex quid agere debeat. cap. 17. num. 49. Idem abſens quomodo poterit excuſari. num. 50. Et vt non poſſit excuſari, qua cautela ſit. num. 51. Abſente quoque eo recuſante iurare qui iudex procedat contra eum. num. 52.

Abſenti non tranſmittitur iuramentum calumniæ, quando neſcitur, vbi ſit dictus abſens. eod. num. 55. Quando etiam dictus abſens eſt vltra mare. 56. Et quando abſens eſt valde remotus. num. 57.

Abſentiæ ratione multa conceduntur. cap. 16. num. 102.

Abſentia aduerſarij non probatur ſufficiens iuramento eod. num. 155.

Acceſſus non tutus non probatur ſufficiens iuramento. cap. 16. num. 155.

Accuſator poterat de calumnia puniri ſtatim quòd accuſabat, & non probabat eius accuſationem, & quare cap. 23. num. 15. Id autem eſt correctum in Regno, nec punitur niſi in euidenti calumnia. num. 16.

Accuſatus poteſt accuſatorem querelare de calumnia cap. 23. num. 21. modus ponendi dictam querelam, ibidem.

Accuſans vigore inſtrumenti, vel teſtium, ſi de calumnia iuret, & inſtrumentum, & teſtes reprobentur, non tenetur de calumnia. cap. 23. num. 23.

Accuſator qua cautela conuincatur de euiden-

ti calumniæ.cap.23.nume.29.

Actio ſi mutatur, iterum iuratur de calumnia. cap.9.num.17.

Actio extinguitur ſolutione eius quod debetur. cap.14.num.89.

Actionum ceſſarum materia difficillima eſt, & longa. cap.15.num.421.

Actiones vtiles, & directa tunc ceſſa intelliguntur quando commodum, vel incommodum rei ceſſæ ſpectat ad ceſſionarium. ibid.

Actor prius tenetur iurare de calumnia, quam reus, & agens, quam excipiens. cap.7.nu.36.

Actor omnis, & reus omnis tenetur de calumnia iurare. cap.14.num.1.

Actor recuſans de calumnia iurare, cadit ab actione, & tota cauſa numero 2. & ab actione non ipſo iure. num.3. & ab actione per iudicij ſententiam. nume.4.

Actor fit reus, & reus ſit actor, ſi reus excipit. capit.14.nume.7.

Actor nolens iurare ſuper tali exceptione oppoſita, cadit à cauſa ſuper tali exceptione, non ſuper tota cauſa principali.

Actor nolens iurare in replicationibus, cadit à cauſa ſuper talibus replicationibus. eod.nu.8.

Actor reus effectus reo excipiente, debet iterum iurare ſuper tali exceptione, alias ſuper ea habetur pro confeſſo. cap.14.num.21.

Actori recuſanti de calumnia iurare, poterit iudex denegare audientiam. cap.14.nume.33.

Actor debet eſſe monitus à iudice, & non à nuncio ad iurandum de calumnia ad hoc, vt cadat à cauſa recuſando. cap.14.num.34.

Actor non excuſatur ob iuſtam cauſam ab expenſis. eod.num.190.

Actor victus debet ſemper condemnari in expenſis, etiam ſi ſuccaderet in ius alterius. capit.14.num.191.

Actor ſequi debet regulariter forum rei. cap.15.num.302.

Actor tutoris, & curatoris pupillorum, & minorum, qui eſt conſtitutus cum decreto iudicis, tenetur iurare de calumnia. cap.16.nu.180. *conſtituitur ex cauſa.* 181. *in conſtitutione debet interuenire decretum iudicis.* 182. *Et debet conſtitui riſico, & periculo tutoris, & curatoris.* num.183.

Actor conſtituitur ante litem conteſtatam à tutore, & curatore pupillorum, & minorum. cap.16.num.184. *Et ſi committit calumniã, & de calumnia iurauit, condemnabitur in expenſis de ſuo proprio.* num.185.

Actus eſt nullus forma non ſeruata. cap.7.nu.5.

Acta faciunt notorium inter partes litigantes. cap.7.num.23.

Actus nullus ex defectu ſolemnitatis omiſſæ per aduerſarium poteſt ab eo, in cuius fauorẽ factus eſt, acceptari, vel repudiari. cap.7.nu.49.

Actus nullus non ſuſpendit iuris alicui competentis exercitium. cap.7.num.59.

Nullitas actus non conſumit poteſtatem quominus nulliter factum poßit iterũ bene fieri.

Actus iudiciales ſunt irretractabiles. eod.numero 61.

Actus nullus habetur pro inutili, & non facto, quatenus concernit præiudicium tertij, non autem quatenus concernit præiudicium gerentis, cuius dolo, aut culpa actus eſt nulliter factus. eod.num.62.

Actum faciens obligat ſe legibus loquentibus de illo actu. cap.10.num.46.

Actus præſumantur facti potius nomine proprio facientis, quam noĩe alieno. cap.16.nu.63.

Actus iurandi de calumnia eſt neceßitatiuus. cap.17.num.32.

Actus præſumitur potius excluſiuus, quam incluſiuus. cap.1.num.46.

Actus iurandi tactis ſcripturis eſt tranſitorius. cap.23.num.25.

Adminiſtratores legitimi qui dicantur. cap.15.num.450.

Adminiſtratorũ quilibet habẽs generalẽ adminiſtrationẽ iurat de calũnia. cap.15.nu.409. *eo maxime ſi in re de qua agitur, haberent vſumfructum.* nu.411. *Et præſertim reſpectu adminiſtrationis eorum, qui carent intellectu.* num.412. *& ſaltim quoad ordinatoria proceſſus, & iudicij.* 416. *Iurant etiam in animam eorum propriam.* 415. & 430.433.

Adminiſtratores eorum, qui carent intellectu, non poſſunt interrogari, nec ipſi reſpondere tenentur de veritate, & ſi reſpondent de veritate, eorum reſponſio non præiudicat principalibus eorum. cap.15.num.414.

Adminiſtratores dati à lege, vel iudice, nullo actu concurrente principalium, quomodo excuſentur à iuramento. 432.

Aduocatus tenetur iurare de calumnia. cap.13.num.240. *& etiam ſi ſuus principalis iurasſet.* num.241.

Aduocatus non iurat de calumnia de conſuetudine. eod.num.242.

Aduocatus vt iuret de calumnia eſſet bonum. eod.num.243.

Aduocatus calumniã cõmittens, tenetur in expẽſis de ſuo pprio. eo.nu.244. & cap.23.nu.6.

Aduocatus ſi omiſit præſtare iuramentum calumniæ, non vitiatur proceſſus. eod. nu. 245.
Aequitas non ſcripta quam quis ſuo capite fingit, eſt duplex iniquitas. cap. 7. num. 20.
Aequitas prædicta non ſcripta, non præfertur rigori ſcripto. eod. num. 21.
Agentes omnes alieno nomine calumniam committentes, puniuntur in expenſis de eorum proprio. cap. 15. num. 354. cap. 23. nu. 7. ſic & actor conſtituitur per tutores, & curatores. cap. 16. num. 189.
Agere volens per contradictas, & edicta iurat ſuper abſentia aduerſarij, & deſuper duos teſtes examinat. cap. 18. num. 153.
Agi, vel excipi an poſsit poſt ſententiam ſuper negotio principali latam, quod actor ceciderit, vel cadere debuerit a cauſa, & reus pro confeſſo haberi debuerit: Et quid ſic, concluditur nõ obſtãte ſentẽtia. cap. 12. nu. 54. & 57.
Alcoranum quid ſit. cap. 15. num. 162.
Alternatiua electio regulariter eſt debitoris. capit. 16. num. 139.
Amicus comparens pro amico, qui poſt lit. conteſt. ſe abſentauit, tenetur iurare de calumnia. capit. 15. num. 264. Et etiam in animam propriam. 265.
Anathema quid ſit. cap. 15. num. 160.
Ante dictionis ſignificatio remiſsiue, quomodo poſſet habere locũ, declaratur. cap. 10. nu. 31.
Appellari poteſt a ſententia iudicis, per quam pronunciat actorem cecidiſſe a cauſa. cap. 14. num. 10. Contrarium autem, & quod appellare non liceat. num. 11. quæ opiniones conciliantur. num. 12. 13. 14. & 15. 16.
Appellari poteſt a ſententia lata contra reum per quam habetur pro confeſſo. cap. 14. num. 27. Contrarium num. 28. Cõciliatio opinionum contrariarum. num. 29.
Arbitri poſſunt etiam vtraque parte contradicente exigere iuramẽtum calumniæ, cap. 19. nume. 67.
Archiepiſcopi iurãt de calũnia. cap. 15. nu. 399.
Aſcendentes omnes habentes deſcendentes in poteſtate iurant de calumnia. cap. 15. nu. 88.
Aſcendentes præferuntur in tutelis, & curis. eod. num. 103.

C

CALVMNIÆ dictio, quid ſignificat. capit. 1. num. 37.
Calumniam, qui commiſit ante iuramentum calumniæ quid agere debeat. cap. 5. nume. 28.
In Calumnia euidenti quando quis eſſe dicatur in Regno. cap. 23. num. 17. & quando dicatur eſſe præſumptiue. cap. 23. num. 18.
Capitula contenta ſub iuramẽto calumniæ magis reſpiciunt proſequutionem litis, quam iuſtitiam negotij principalis. cap. 2. num. 18.
Carceratus quando, & quomodo ſequeſtrari, arreſtari, ſeu recomendari paſsit in carceribus. cap. 15. num. 198.
Carceratus pro criminali non poteſt ſequeſtrari, arreſtari, nec recomendari pro cauſa ciuili. eod. num. 200. & quid vbi viget, vel non viget talis obſeruantia. cap. 15. num. 201.
Cardinalis æquiparatur illuſtri perſonæ, & cui. cap. 15. num. 383. & ſeq.
Cardinales tenentur præſtare iuramentum calumniæ, & ab eo excuſantur. cap. 18. num. 7.
Cardinales ſunt glorioſi Principes terræ, & eos Papa vocat fratres. eod. num. 8.
Cardinales non iurant fidelitatem Papæ, vt Epiſcopi iurant, quia ſunt quaſi inuiſcerati Papæ, & pars corporis ipſius. eod. num. 9.
Cardinalium materia apud quos tractetur. capit. 17. num. 10.
Cauſæ cuiuſque rei quatuor ſunt, videlicet, efficiens, materialis, formalis, finalis. cap. 4. nu. 3.
Cauſa vltimata inducendi iuramentum calumniæ eſt publica vtilitas. cap. 4. num. 4.
Cauſa vltimata, & non vltimata, quæ dicatur. eod. num. 5.
Cauſa prima non vltimata inducendi iuramentum calumniæ. cap. 4. num. 6.
Secunda. num. 7.
Tertia. num. 8.
Quarta. num. 9.
Quinta. num. 10.
Cauſa vltimata licet ſit vltima in exequutione, fuit prima in intentione. eod. num. 11.
Cauſa omnis legitima, per quam quis poteſt recuſare præſtare iuramentum calumniæ excuſat actorem, & reum recuſantem iurare ab incurſu pœna impoſita recuſantibus iurare. cap. 14. nume. 59.
Cauſa prima legitima, per quam quis excuſatur ab incurſu pœnæ impoſitæ recuſantibus iurare eſt, cum iudex eſt talis, coram quo non tenetur iurare. cap. 14. num. 60.
Cauſa ſecunda. num. 61. tertia. 62. quarta. numero 63. quinta. 64. ſexta. 65. ſeptima. numero 66. & cauſa octaua. numero 68.
Cauſam ob quam iurare non vult, debet allegare, & in actis probare ſaltim ſummarie ille qui recuſat iurare. cap. 14. num. 70.

Cauſæ iuſtæ excuſandi, non reſpondentem poſitionibus ſunt omnes illæ, propter quas monitus non tenetur reſpondere. eod. num. 75.
Cauſa limitata, gignit limitatum effectum. capit. 14. num. 164.
Cauſa quælibet a dolo excuſat, etiam ſi eſſet, & cæt. cap. 17. num. 5.
Cauſa an ſit iuſta, vel iniuſta per quam quis petit iurare de calumnia per abſentem impeditum, valebit in hoc multum officium iudicis. eod. num. 39.
Cautiones de non offendendo quandoque præſtantur officio nobili iudicis. cap. 15. num. 28.
Cautio de rato, &c. legitimat procuratorem ad omnes actus non ad iurandum de calumnia. cap. 16. num. 34.
Cautela procuratoris dati ex officio a iudice eſt, ut petat a iudice ſibi remitti iuramentum calumniæ quoad merita cauſæ.
Cautus eſſe debet omnis, ne litiget cum tutore eius, quem putat maiorem, quia &c. cap. 19. num. 51.
Ceſſionarius ſiue ſolus, & agat ſuo vel cedentis nomine, ſiue concedente ſimul iurant de calumnia. cap. 15. num. 417. 418. & 419.
Ceſſionarius agens nomine proprio intelligitur intentare utiles, agens vero nomine cedentis intentare directas actiones, eod. numero 422.
Citandus ſi habet domicilium in Vrbe, debet præterea citari etiam in ſuo domicilio, eod. num. 156.
Citatio partis non requiritur in declaratione quod recuſans iurare inciderit in pœnas impoſitas recuſanti iurare de calumnia ex Socin. cap. 14. num. 40.
Eius opinio non probatur. num. 41.
Citatio partis aduerſæ requiritur in omnibus actis præiudicialibus, ibid.
Cõcordia prædictorum duarum opinionum.
Citatio non requiritur in venia petitione, cap. 15. num. 73.
Citatio ſi debet emanare extra curiam, quomodo relaxanda ſit. cap. 16. num. 151.
Citatio perſonalis ſi requiritur in cauſa prout in cauſis cõmiſſarijs requiritur, committuntur diligentiæ contra citandum. eod. numero 156.
Citatio debet eſſe perſonalis ſi in cauſa non proceditur executiue. eod. num. 158. Et omnes etiam debent eſſe perſonales, ſi cauſa eſt commiſſaria. eod. num. 159.
Citatio partis aduerſæ requiri, ut in concedentis literis miſſiuis loco remiſſoriarũ: & quæ continere debeat dicta citatio. cap. 17. num. 53. Requiritur etiam in apertione, & productione literarum reſponſiuarum. num. 54.
Ciuis agens contra ſuam Rempub. tenetur petere veniam. cap. 15. num. 80.
Clauſula ſummarie de plano, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij in reſcriptis, non leuat iuramentum. cap. 19. num. 5.
Clauſula, ſaluo iure impertinentium, & non admittendorum, ponitur tam in poſitionibus, quam in articulis. cap. 14. num. 110.
Clauſula, ad lites, in mandatis comprehendit iuramentum calumniæ. cap. 16. num. 28.
Clericus ſi conueniret reum pro cauſa propria ipſius clerici, vel ſua Eccleſia coram iudice laica, implere debet ea, quæ dicta ſunt de actore. cap. 14. num. 18.
Clerici ſeculares debent iurare de calumnia, ſiue agant, ſiue conueniantur ex facto proprio. cap. 15. num. 308. etiam pro facto, & re Eccleſiæ nõ tamen ſpirituali. 309. & demum in omnibus caſibus tenentur iurare. 311. quãdo per ſe ipſos, quando etiam per procuratores. 312. 313. 314. non poſſunt iurare ſine licentia ſui ſuperioris. 315. cuiuſmodi ſit ea licentia. 316. & 327. ea licentia opus eſt etiam ad conſtituendum procuratorem ad iurandum. 318. & dum litigat coram non ſuo iudice. 319. & quare. 320. Clerici iudex nõ ſuus poteſt intelligi dupliciter. 321. & 327. & multa alia de clericis vide in eod. c. 15. num. ſeqq.
Cogi præciſe, quomodo dicatur. cap. 16. num. 140.
Comparens ratione humanitatis, tenetur de calumnia iurare. cap. 15. num. 188.
Comparens pro abſente, & allegans cauſas abſentiæ, tenetur iurare de calumnia. capit. 35. nume. 278. & quomodo id procedat. ibid. idemet comparens iurat in animã propriã. 279.
Comparens item pro inuito iurat & quare. cap. 15. nu. 280. etiam in animam propriam. 281.
Concluſio cauſæ ligat manus parti, & non iudici, cuius officium non conquieſcit poſt concluſum in cauſa, & ſententiam eſſe latam. cap. 10. num. 50. & 63.
Concluſio in cauſa nunquam ſit quoad iudicem. cap. 14. num. 119.
Conditio inducit formam. cap. 12. num. 28.
Condemnatus non dicitur, qui nulliter eſt condemnatus. cap. 7. num. 58.
Condemnatus ob iuramentum calumniæ petitum & nõ præſtitum, debet victori aduerſario condemnari in expenſis. cap. 14. nu. 185.

Confeſſio

Confeſſio facta de credulitate in iuramento calumniæ præiudicat, ac ſi facta eſſet de veritate.cap.8.num.2.

Confeſſio vt præmittitur facta in Poſitionibus, ita præiudicat, ac ſi facta fuiſſet de veritate.cap.8.num.5.

Confeſſio facta modo præmiſſo, vt præiudicet, intelligitur in concernentibus factum proprium reſpondentis.cap.8.num.7.

Confeſſio rei facta ſuper petitione qualificata, cenſetur facta cum qualitate petitionis. cap.14.num.69.

Confeſſio ficta, quæ reſultat ex recuſatione iuramenti calumniæ alij non præiudicat, etiam ſtantibus ſtatutis, quod vnus teneatur pro alio.eod.num.158.

Confiteri non videtur modo præmiſſo reſpondens poſitionibus ſecundum Gloſſam Marginalem.cap.8.num.6.

Coniunctio ſanguinis non ſupplet in exigentibus ſpeciale mandatum.cap.15.num.275.

Coniunctus pro coniuncto tenetur iurare de calumnia, cap.15. nume. 267. non ſine ſpeciali mandato num.269. nec poteſt niſi in illis caſibus, in quibus ſimplex procurator admittitur.270. & in quibus præſertim. 277. poteſt petere dilationem ad certiorandum coniunctum, vt veniat ad iurandum.271. an poſſit iurare de calumnia, quando venit vt defenſor, remiſſiue.272. Et quando venit vt actor. & habens deſcendentes in poteſtate.pro quibus comparet. 273. quando vero non habet deſcendentes in poteſtate dubium eſt. 274. quomodocunque ſit de aſcendentibus; vel non ſemper tenetur iurare in animam propriam.276. Admittitur quoque ad appellandum.268.

Conſenſus partium facit, vt aduerſa pars non cadat in pœnas impoſitas actori; & reo non iuranti; ſed non facit, vt iudex ſine eo poſſit ad vlteriora procedere.cap.12.num.38.

Conſideratio quod procurator poſſit afferre, vel non afferre præiudicium domino, ſi habet locum in actore, debet etiam habere in reo. cap.16.num.123.

Conſtitutiones Aegidianæ ſeruantur in toto Statu Eccleſiaſtico: tollunt iuramentum calumniæ, quando agitur vigore inſtrumenti: an valuerint tollere idem iuramentum. cap.19.num.65.

Conſtituto in dignitate abſenti Notarius mittitur ad accipiendum iuramentum calumniæ.cap.17.num.12.

Conſuetudo legis interpretatiua non requirit præfinitum temporis ſpacium, nec aliquam præſcriptionem.cap.6.num.8.

De materia conſuetudinis interpretatiuæ.ibid.

Conſuetudine generali admiſſum eſt, vt reſpondeatur de credulitate per verbum credo, vel non credo Poſitionibus.cap.8.num.4.

Conſuetudine non poteſt induci, vt non præſtetur hoc iuramentum.cap.13.num.4.

Conſuetudo iuri contraria non eſt attendenda. eod.num.5.

Conſuetudo tollens iuramentum calumniæ ſubſiſtit ſecundum Andr.Gaill.cap.13.num.6. Et eius opinio reprobatur, & quare .num.7. & limitatur num.9.

Conſuetudinem allegans illam probare tenetur, quia eſt quid facti.num.8.

Conſuetudo poteſt tollere iuramentum calumniæ cum limitationibus prædictis de iure ciuili, non autem de iure canonico; & ſic tertio limitatur opinio Gaillanlæ. eod. num.10.

Conſuetudo ſicut poteſt ex præmiſſis tollere ſic poteſt differre noſtrum iuramentum; cum limitationibus tamen præmiſſis. cap. 13. numero 11.

Conſuetudo non inducitur per actus coactos, ſed requiritur tacitus populi conſenſus .capit.13.num.13.

Conſuetudo ſi probari vult, non probatur per teſtes deponentes de actibus voluntarijs, & non neceſſarijs.eod.num.14.

ad Conſuetudinem probandam, quæ ſit contra ius, requiritur lapſus quadraginta annorum, notitia maioris partis populi, & actuum frequentia.cap.13.num.15.

Conſuetudo eſt altera lex.cap.14.num.115.

Conſuetudo quare contra ius dicatur; cap. 16. num.95.

Conſuetudo vel obſeruantia, quæ allegatur ad hoc vt procurator cum generali mandato, & facultate iurandi, &c. quare allegetur. eod num.101.

Conſultorem petens in cauſa, tenetur ſoluere conſultori ſalarium.cap.17.num.31.

Contemptores Dei, & Chriſtianæ Religionis facti ſumus.cap.1.num.35.

Conteſtatio litis quomodo fiat remiſſiue.cap.10. num.33.& cap.15.num.137.

Conteſtationem litis, quæ rei reſponſiones impediant remiſſiue.cap.15.num.138.

Contradictionem non implicat quod in eadem cauſa iuretur de veritate, & de credulitate. cap.19.num.23.

Contumacia Procuratoris an noceat domino, contumacia tutoris, & curatoris pupillo, & minori: contumacia Prælati & Sindici, an noceat Eccleſiæ, remißiue. cap. 14. num. 165.

Contumacia in non iurando de calumnia purgari poteſt. cap. 14. num. 166.

Conuentus vt poſſeſſor, cum non poßideat, debet de calumnia iurare. cap. 15. numero 182. Quod iuramentum eſt potius iuramentum malitiæ. ibid.

Copia indiciorum ante torturam eſt danda ei qui examinatur tanquam principalis quoad ſe & teſtis quoad alios; & quare. cap. 56. num. 73.

Copia proceſſus niſi fuerit prius decreta, non tenetur aliquis iurare de calumnia, & excuſatur à dicto iuramento. cap. 18. num. 46. declaratur vt num. 47.

Corrumpere pecunia aduerſarium, an liceat ad redimendum ſanguinem ſuum. cap. 19. num. 27.

Credulitas quid, & quotuplex ſit remißiue. cap. 8. num. 16.

Culpa ſua cuique nocere debet, & non alij. capit. 7. num. 47.

Culpam alterius non debet quis reportare. eod. numero 48.

Curator datur vltra conſenſum patris filio minori litiganti ad validandum iudicium in bonis, in quibus aliquod ius patri, quæritur, & quare. cap. 15. num. 49.

Curator datus bonis de calumnia iurat. cap. 15. numero 293. 302. bonis cuius detur. 294. & 295. Cum eſt abſens principalis vltra montes non iurat, nec tranſmittitur Notarius, num. 294. Curatores prædicti iurant in animam eorum principalium. 296. Curatoris bonis abſentis dandi modus remißiue. 297. Dandi hæreditati iacenti modus. 299. hunc curatorem quis iudex poßit dare. 300. & 301. Curator minoris quando non iuret. 305. an iuret in animam. 306. mandatur in Curatoribus quicquid dicitur de Tutoribus. 307.

Curator quando datur bonis. cap. 16. num. 157. Et in tribus caſibus. cap. 17. nu. 58.

D

DEBITOR *penes quem pecunia ſunt ſequeſtratæ, tenetur iurare de calumnia, cap. 15. num. 213. & eſt neceſſaryßimum. 214.*

Debitor in cuius manibus dicuntur pecuniæ ſequeſtratæ cogitur deponere vna cum ſequeſtris pecunias ſequeſtratas in Monte Pietatis, vel alium depoſitarium concorditer eligendum in Tribunali Illuſtrißimi Domini Auditoris Cameræ. eod. num. 219.

Debitor principalis, & eius fideiuſſores obligati in ſolidum reſpectu creditoris omnes ſunt duo rei debendi. eod. num. 253. in Tribunali Illuſtrißimi Domini Auditoris Cameræ ex iudicantium benignitate fuit aliquãdo admiſſus, vt defenſor fideiuſſorum. num. 254. Et quando admittendus ſit. num. 255. Et in quibus contractibus non admittitur, vel quomodo ſit admittendus. num. 257.

Declarantur deciſio. 508. Cappell. Tholoſanæ, & conſil. 71. volum. 1. Roland. & Declaratur Grauatius. cap. 10. num. 20. 60. 61. & 62. & num. 60. 62. 64.

Declaratur remißiue cap. fin. in fin. de iuramento calumniæ, in ſexto. cap. 50. num. 29.

Decretum iudicis in contractibus minorum, & mulierum quando poteſt interponi, ſecundum reformationes Tiburis. cap. 14. numero 195.

Decretum in contractibus minorum viginti quinque maſculorum, & etiam mulierum, requiſitum per reformationes Tiburis, debet eſſe iudicis ordinarys, &c. eod. num. 196.

Deferens iuramentum, ipſe prius de calumnia tenetur iurare. cap. 7. num. 33. & cap. 12. numero 5.

Declara proxime prædicta, dummodo petatur iurari de calumnia per deferentem iuramentum. eod. num. 34.

Declara etiam prædicta, dummodo deferens iuramentum, illud defert ſuper facto, de quo deferens veroſimiliter ignorantiam habere poteſt. eod. num. 35.

Deferens iuramentum veritatis, tenetur iurare de calumnia. cap. 55. num. 187.

Defenſor, qui ſatiſdedit de iudicatum ſoluendo iurat de calumnia. cap. 15. numero 250. Et quando iuret. num. 251. Et eſt admittendus pro defenſione ſuorum fideiuſſorum. numero 252. Et quòd omnis defenſor iurat de calumnia in animam propriam. num. 258.

Differentia prædicatur in quale de pluribus differentibus ſpecie. cap. 1. num. 10.

Differentia inter iuramentum malitiæ, calumniæ, & veritatis, apud quos Doctores haberi poßint. eod. num. 22.

Differentiam inter iuramentum calumniæ, &

malitiæ quis tra. .eod.num.23.

Differentia iuramenti calumniæ, & veritatis quis tradat. eod.num.24.

Differentia quatuor inter iuramentum calumniæ, & alia iuramenta.cap.1.num.29.

Differentia inter iuramentum calumniæ, & veritatis apud quos Doctores habeatur. eod. num.30.

Differentia inter iuramentum calumniæ, & malitiæ vbi habeatur.eod.num.31.

Differentia, quod iuramentum calumniæ præſtetur ad confirmationem, & ſolemnitatem iudicij, quare ponatur in diffinitione iuramenti calumniæ ab Auth.cap.1.num.32.

Differentiæ ſufficientes traditæ ſunt inter iuramentum calumniæ, ac iuramentum malitiæ, & veritatis ab Auth.cap.1.num.40.

Diffinitio omnis in iure periculoſa eſt, & quare.cap.1.num.1.

Diffinitio iuramenti calumniæ à diuerſis Doctoribus tradita. cap.1.num.2.3.4. Et reprobatur num.5.

Diffinitio ab Authore tradita num.25.comprobatur.26.& ſeq.

Dilatio ad deliberandum, vide Terminus.

Diſpoſitio quando refertur ad Vniuerſitatem, & materia eſt talis, quæ non conuenit Vniuerſitati collectiuè, ſed tantum ſingulis, quomodo ſumatur.cap.15.num.122.

Dolus ſuus, & fraus nemini patrocinari debet. cap.14.num.67.

Dominus, & Vaſſallus ad inuicem iurare tenentur de calumnia ſi viciſſim petantur.cap.15. num.423.

Domini principales adminiſtratorum, vide Adminiſtratores: ſub illis enim comprehenduntur.

Dominus mediante perſona procuratoris videtur iurare tanquam per picam, & organum. cap.16.num.36.

Dominus principalis iurare debet de calumnia quando dominus allegatur inſtitor.cap.6.nume.37. ſed non procedit ſecundum Socinum. num.38.

Dominus autem principalis cogi non poterit ad iurandum de calumnia, ſi habet procuratorem ſpecialem: ſed bene quando mandatum habet generale ad omnes cauſas cum facultate iurandi.cap.16.num.39.

Dominus præſumitur cõſtituere procuratorem ad iurandum de calumnia in animam propriam dum ipſe dominus dat facultatem iurandi, licet non exprimat.eod.num.44.vide & plura in Procurat.ibid.

Dominus ſi moratur in curia, & copiam ſui non facit, ſed latitat, quomodo citari debeat. cap. 16. num.150. ſi citatus modis præmiſſis non comparuerit, quomodo formabitur proceſſus remiſſiue.num.152.

Dominus mandando pro ſe iurari de calumnia in cauſa ſpeciali præſumitur habuiſſe iuſtam cauſam: alias eius mandatum ad iurandum includeret delictum.cap.16.num.164.

Dominus quando ipſe potius quam procurator teneatur iurare de calumnia. eod. num.175.

Dominus litis principalis reus non habetur pro confeſſo, ſi procurator ſuus nolit iurare de calumnia in animam propriam. cap. 21. numero 13. & nominatus non iurat in iudicio moto contra nominantem, ſed in alio mouendo contra nominatum.cap.15.num.185.

Donatio facta Eccleſiæ cenſetur facta Deo. capit.15.num.341.

Dos datur pro oneribus matrimonij. cap.15.numero 58.

E

ECCLESIA habet electionem fori: & quomodo intelligatur. cap. 15.nu.392.

Eccleſiaſtica perſona, vide Perſona.

Eccleſia non habetur pro confeſſa, ſi Syndicus & prælatus recuſet iurare de calumnia. cap. 21.nu.12.& cap.19.nu.43.

Effectus iuramenti calumniæ petiti, & non præſtiti, quot & quales ſint.toto cap.21.

Effectus eiuſdem iuramenti petiti, & præſtiti. toto cap.22.

Effectus eiuſdem iuramenti petiti & falſo præſtiti.toto cap.23.

Emiſſio manus iuriſiurandi ſignum eſt. cap. 15.nu.352.

Emptor, qui dicit ſibi moueri litem ſuper re empta, & ideo ſe agere de euictione tenetur iurare de calum. quòd non ſummiſit perſonam, nec excitauit perſonam, quæ contra ſe ageret.cap.15.nu.186.

Emptor qui ſcit rem emptam ad actorem ſpectare non tenetur hoc iuramentum cal. præſtare ſimpliciter & ab eo excuſatur, ſed poteſt iurare quòd habet iuſtam cauſam propter euictionem. cap.17.num.36. idemmet emptor poteſt iurare etiam alijs modis. numero 37.38.39.40.

Epiſcopus non poteſt ordinare non ſuum ſubditum ſine dimiſſorijs: nec excommunicare eundem.

eundem. cap. 15. nu. 321. iurat de calumnia per ſe, ſi per ſe ipſum cauſam agit: ſi per alium, iurabit per illum. nu. 365. & ſeq. & multa alia de Epiſcopis vide per numeros plures ſequentes quod materiam iuramenti, & alia quadam, an iuret de calum. inconſulto Pontifice. cap. 17. nu. 11.

Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptuatis cap. 15. nu. 349.

Exceptiones renuntiantis executione obligationis guarentigiatæ, vel in forma Cameræ ſi non opponerentur, non eſſet iurandum, quando agitur vigore instrumenti guarentigiati, vel in forma Cameræ. cap. 19. nu. 64. Apud quos Auctores habeantur. ibidem.

Excommunicatus tenetur iurare de calumnia. cap. 15. nu. 143.

Excommunicato iuramentum calumnia non admittitur, donec ſit abſolutus dictus excommunicatus. cap. 15. nu. 144.

Excommunicatus poteſt cogi ad iurandum de calumnia, & ſi non iurat, habetur pro confeſſo, & etiam ſi iurat dum eſt excommunicatus, eod. nu. 145.

Excommunicatus repellitur a iudicio dum agit. eod. nu. 146.

Excommunicatus poteſt eſſe in iudicio, quia omnis legitima defenſio eſt ei permiſſa. eod. num. 147.

Excommunicato non proficit iuramentum calumniæ præſtitum, dum eſt excommunicatus, eod. nu. 148. non poteſt petere ut ab adverſario præſtetur dictum iuramentum, & petens iurare, ipſe prior debet iurare, ibid. Habetur pro bannito, & pro mortuo ad commodum eius, ſecus ad incommodum. 149. Eſt ſeparatus a conſortio piorum. 156. poteſt cogi, & admitti ad iurandum de calumnia, nu. 158.

Excuſatio alicuius ab expenſis quando agitur, ſemper intelligitur de reo, non de actore. cap. 22. nu. 9.

Excuſetur quomodo quis a calumnia remiſſione. cap. 23. nu. 19.

Exequutio ſententia declaratoria lata contra litis conſortem contumacem in iurando de calumnia, quando fieri poſſit, ſi actum fuit ſuper negocio communi. cap. 15. num. 237.

Expenſæ ſubminiſtrandæ ſunt a iurante, quando de calumnia iuratur nemine petente. capit. 17. numero 26. & quando iudex petat. numero 41.

Expenſis debentis iurare de calumnia, fit miſſio notarij ad recipiendum tale iuramentum ſi petatur ſimpliciter. capit. 17. numero 27. & 29. 30.

Expenſæ omnes in iurando de calumnia fieri, & ſubminiſtrari debent per iurare debentem. cap. 17. num. 33.

Expenſæ ſubminiſtrandæ ſunt a petente iurari in mittendo iuramentum calumniæ abſenti, quando debens iurare conſtituiſſet, vel paratus eſſet conſtituere procuratorem cum mandato ad iurandum de calumnia, & ext. cap. 17. num. 34.

Expenſa in mittendo iuramentum calumniæ abſenti impedito a quo debeant ſubminiſtrari. cap. 17. num. 36.

Expenſas in iuramento calumniæ, præſtando indifferenter per abſentem debet ſubminiſtrare ille qui tenetur iurare. cap. 17. numero 37. & 42. & quando fallat.

F

FACTA non præſumuntur, ſed debent probari. cap. 13. num. 8.

Fauorabiliores eſſe debemus illi parti, quæ tractat de damno vitando, quam illi, quæ tractat de lucro vitando; quando ab una parte agitur de damno vitando, & ab alia de lucro captando. cap. 16. num. 109.

Fauorabilior eſt cauſa rei, quam actoris pro damno vitando. cap. 16. num. 110.

Fideiuſſor iurat de calumnia etiam in animam propriam. cap. 15. numero 259. & 260. Et eſt procurator rei. 262. Fideiuſſor indemnitatis quando principalis, & non fideiuſſor dicatur. 256. Fideiuſſor de iudicatum ſoluendo poterit etiam non conuentus defendere principalem latitantem lite conteſtata. 261. Et fideiuſſor de iudicio ſiſti non tenetur ſi non eſt inde confecta ſcriptura, niſi & ext. 263.

Filiusfamilias tenetur iurare de calumnia, ſiue agat, ſiue conueniatur de conſenſu patris, dummodo filius ſit legitimæ ætatis. cap. 15. num. 38.

Filiusfamilias iurat de calumnia, in caſtrenſibus. cap. 15. num. 39. & declara. num. 46. Et quando iurat. num. 44.

Filius non iurat, ſed pater, in aduentitijs. & ubi pater eſt legitimus adminiſtrator. ibid. numero 39.

Filij duo ſi aduerſus ſe, & ad inuicem litigent,

pater

pater debet vtrique præſtare conſenſum, eod.num.40.
Filiusfamilias iurat ipſe de calumnia, in caſibus in quibus ſine conſenſu patris habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio, eod. num.42.
Filiusfamilias regulariter ſine conſenſu patris non poteſt eſſe in iudicio, eod.num.42.
Filiusfamiliarum ſexdecim caſibus poteſt eſſe in iudicio ſine conſenſu patris connumeratis. eod.num.43.
Filius non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio ſine conſenſu patris, neque vbi ſuo nomine agitur, eod.num.45.
Filius agens contra patrē debet impetrare veniam, antequam agat, alias proceſſus eſt nullus. eod.num.69. Et etiam ſi filius eſſet emancipatus. num.70. Et etiam ſi pater in iudicio non compareat. num.71. Et multo magis ſi pater in iudicio compareat, & exceptio de venia non petita obijciatur.
Filius ſpiritualis agens contra patrem ſpiritualem tenetur petere veniam. cap.15. numer.74.
Filius multiplicia bona acquirit, & quæ. cap. 15.num.97.
In caſibus in quibus nec proprietas, nec vſuſfructus filio quæritur in bonis per ipſum acquiſitis.eod.num.98.
Filius ſolus iurat de calumnia abſque aſſiſtentia patris in bonis, in quibus &c. cap.15.numero 99.
Filius debet agere, & conueniri, & ipſe iurat, vt principalis pro ſuo intereſſe, in bonis per eum acquiſitis, &c.cap.15.num.106.
Filius non tenetur præſtare iuramentum calumniæ, & vbi excuſatur, dum litigat contra patrem. cap.17. numero 10. in quibuſdam tamen caſibus iurare debet. numero 20. & 21. & num.37.
Finis duplex eſt vltimatus, & non vltimatus. cap.4.num.3.
Finis vltimatus, & non vltimatus, qui dicatur. cap.4.num.4.
Finis dat eſſe rei. eod.num.11.
Forma literarum miſſinarum loco remiſſorialium dirigendarum a iudice cauſæ ad iudicem domicilij illius, qui tenetur iurare de calumnia pro receptione ipſius iuramenti. cap.17. num.45. Quæ tamen forma in literis miſſiuis, eſt aliquatenus ornanda epithetis, & titulis aptis noſtro tempori. numer. 47.
Forma Cameræ non eſt arctior guarentigia. cap.19.num.63.
Forma iuramenti calumniæ ex Speculat.cap.5. num.1. ex Bald. num. 2. remiſſiue ex Marian. Socin. num.3. Et ex Petro Vandegana. numero 4.
Forma iuramenti calumniæ præſtandi a litigante, & iurante alieno nomine, remiſſiue.eod.num.5.
Forma iuramenti calumniæ Aduocati, remiſſiue.eod.num.6.
Formæ duæ iuramenti calumniæ Procuratoris, eod.num.9.
Forma iuramenti calumniæ nuncij. num.10.
Formæ prædictæ iuramenti calumniæ ſunt generales ſuper tota cauſa. eod. num.11. Dantur aliquæ formæ iuramenti calumniæ ſuper articulis particularibus.
Forma iuramenti calumniæ, quando ſimpliciter petitur de calumnia iurari, & ſimpliciter præſtatur hoc iuramentum. eod.num. 12.
Forma iuramenti calumniæ, in qua explicite iurantur omnia capitula ſuper iuramento calumniæ comprehenſa. num.13.
In dicta vltima forma, quare ſint poſita illa verba, ad ſatisfaciendum importunitati Se̅ adverſarij. num.14.
In dicta vltima forma, quare ſint appoſita illa verba, manibus corporaliter tactis ſcripturis. num.15. Quare illa, Ad Sancta Dei Euangelia. num.16. & quare illa, exiſtimo, & credo. num.17. & quare illa, Niſi illis perſonis. num.19. & quare illa, quandocunque fui. num.27.
Forma dictæ formulæ, quare concepta ſit per verbum præteritum, præſens, & futurum. eod.num.18.
Forma non ſeruata actus eſt nullus. cap. 7. numero 5.
Furioſo, & prodigo quibus eſt interdicendum bonis, conueniunt ea quæ dicta ſunt de minore, & pupillo in cap. 15. numero 101. 102. & 103. & 104.

G

GENER agens contra ſocerum debet impetrare veniam. cap.15.num.78.
Genus prædicatur in quid de ſuis ſpeciebus. cap. 1. num. 9.
Genus, & ſpecies aliter accipitur a Philoſophis, & aliter a Legiſtis. num.

HABENS

H

Hæredes pro ſe inſtrumentum non tenetur de calumnia iurare. cap.18. num.53.

Hæres teneatur iurare de calumnia. cap.13. num.126. Contrarium num.127.

Hæres teneatur iurare de calumnia, dum petit reſtitutionem aduerſus confectionem inuentarij. eod.num.128.

Hæres per aditionem hæreditatis facit quaſi contractum cum creditoribus hæreditarijs. eod.num.129.

Hæres non conficiens inuentarium per quaſi contractum quem facit cum creditoribus hæreditarijs, poteſt conueniri ultra uires hæreditarias, & Falcidiam non detrahit. eod.num.130.

Hæres conficiens inuentarium, ſed infideliter aliqua omittens in fraudem creditorum, tenetur.

Hæres non tenetur iurare de calumnia, & ab hoc iuramento excuſatur. cap.18. num.27. contrarium quidam uoluerunt. numer.29. & 33. concordantur num.30.

Hæres quando petit reſtitutionem inuentarij præſtat iuramentum calumniæ. cap.18. num.28.

Hæretici & Turcæ tenentur iurare de calumnia. cap.8. num.8. & cap.13. num.159. & 165. quomodo iurent. 162. 167. Nec aduocandum eſt, nec poſtulandum ſub hæretico, nec pro hæretico. 164.

Hæreſi imputatus & requiſitus, ut de calumnia iuret, ſi id recuſet, eſt habendus pro confeſſo. cap.15. num.164.

Hebræi iurant de calumnia. cap.5. numer.7. & cap.13. numero 170. ſed non iurant ſuper Euangelijs, num.171. Et modus iuramenti, numer.172. A quibus illis deferatur, numero 174. 176. 177. & 181. Genera iuramentorum Hebræorum, nu.179. & ſtandum eſt iuramento eorum, num.180.

I

Ignorantia iuris non excuſat in lucris captandis. cap.16. num.111. neque excuſat ruſticum. num.113.

Ignorantia iuris excuſat in damno uitando. eod.num.112. etiam ruſticum. num.114.

Illuſtris perſona citatur in ſcriptis. cap.15. numero 81.

Impedito legitime mittitur notarius ad recipiendum iuramentum calumniæ. cap.17. num.9.

Impedimenta accidentia in perſona debentis iurare, non debent imputari petenti iurari poſtquam ipſi iurare debenti. cap.17. numero 35.

Imperator non præſtat iuramentum calumniæ, & ab eo excuſatur. cap.18. num.3. præfertur cunctis alijs Principib. poſt Romanum Pontificem in omnibus conuentibus. cap.18. numero 4.

Inferior nullus a Principe poteſt alia ſubſtantia tollere. cap.13. num.95.

Infirmo debenti de calumnia iurare mittitur Notarius ad recipiendum iuramentum calumniæ. cap.17. num.8.

Inſtantia dicitur etiam ſi agatur uigore inſtrumenti. cap.19. num.82.

Inſtantia mutata, iterum iuratur de calumnia. cap.9. num.5. & 23.

Inſtantia terminatur trienniali meta de iure ciuili. cap.14. num.48.

Inſtrumentum eſt probatio probata, & inducit euidentiſſimam probationem. cap.18. numero 53.

Interpretatio uerborum ſemper debet fieri contra eum, qui in ſua dubia petitione iuramenti de calumnia ſe fundat. cap.16. numero 69.

Interpretatio uerborum contractus ſemper fieri debet contra eum, qui potuit apertius legem contractus dicere, & non dixit, eod. num.70.

Interpretatio fit in dubio pro obligato in diminutionem ſuæ obligationis, eod.num.71.

Interrogatoria quomodo ab aliquibus uocentur, & quæ ſint propriè interrogatoria. cap. 19. num.92. & quòd interrogatoria, poſitiones, & præparatoria ſunt fere Synonima. 93.

Intimatio non erit pars ſubſtantialis iudicij ſicut iuramentum calumniæ, quando iudex expreſſit, quod iuramentum calumniæ intimetur aduerſario petenti. cap.14. num.161.

Iudex, qui nullam ſententiam dixit non poteſt uiterius de ſuper ſententiam ferre. cap.7. numero 60. Nec ſententiam iam dictam reuocare, corrigere, uel mutare etiam erroris prætextu. ibid.

Iudicibus poſſunt dari eſculenta, & poculenta. cap.23. num.20.

Iudex poteſt cogere interrogatum ad præciſe reſpon-

reſpondendum poſitionibus per verbum credit, vel non credit ſecundum Roman. cap. 8. num. 10. 11.

Iudex poteſt petere, & exigere ipſe iuramentum calumniæ in quacunque iudicij parte. cap. 10. num. 9.

Iudex poteſt in quacunque iudicij parte petere, & exigere iuramentum calumniæ inſtante parte. cap. 10. num. 10.

Iudex poteſt exigere iuramentum calumniæ, non ſolum inſtante parte, verum etiam inuitis partibus litigantibus. cap. 10. num. 11.

Iudex non ſolum ante concluſum in cauſa, poteſt exigere iuramentum calumniæ, verum etiam poſt concluſum, eod. num. 16.

Iudex ex officio poteſt exigere iuramentum calumniæ poſt concluſum in cauſa in ſummarijs, eod. num. 17.

Iudex non ſolum ex officio poſt concluſum in cauſa in ſummarijs exigere poteſt, ſed etiam ad partis inſtantiam, eod. num. 18.

Iudex quod poſſit poſt concluſum in cauſa exigere iuramentum calumniæ, quomodo intelligatur. cap. 10. num. 20.

Iudex debet iudicare ex his, quæ acta ſunt in iudicio. cap. 11. num. 17. Et ſecundum actitata, & probata.

Iudex non poteſt etiam de conſenſu partium remittere iuramentum calumniæ, cum ſit pars ſubſtantialis iudicij. cap. 12. num. 36. Quod extenditur etiam ad iuramentum Aduocati. num. 37.

Iudex ſi nolit ferre ſententiam contra recuſantem iurare de calumnia, ad id requiſitus, & pereat inſtantia iudicij, vtrum pars, quæ inſtabat, habeat aliquam actionem; & quid ſi ille qui recuſauit iurare, incipiat de nouo agere; an poſſit contra eum excipi, quod non debeat audiri, ex quo cecidit, vel cadere debuit a ſuo iure? cap. 14. num. 45. 49. 50. & 51.

Inſtantia non perit de iure canonico: nu. 46. Contrarium autem. eod. num. 47.

Iudex requiſitus procedere ad declarationem contra recuſantem iurare de calumnia, ſi ad declarationem non procedat, malefacit non miniſtrando iuſtitiam parti petenti, eod. numero 53.

Iudex ſi pronunciat ob iuramentum calumniæ non præſtitum actorem cecidiſſe a cauſa, vel reum habitum pro confeſſo, & ſic incidiſſe in pœnas recuſantibus iurare impoſitas: non poteſt pars aduerſa dicere, ſe non eſſe contentam dictis pœnis recuſantibus iurare impoſitis, ſed velle, vt præciſe cogatur ad reſpondendum. cap. 14. num. 58.

Iudex quid debeat dicere, quando ambæ partes concordant de non iurando. cap. 14. num. 63.

Iudex poteſt facere poſitiones non ſolum poſt lapſum terminum ad probandum, ſed etiam poſt concluſum in cauſa. cap. 14. num. 118. Ampliatur hoc, vt id facere poſſit iudex non ſolum ad declarationem retro actorum, ſed etiam ad fundandam intentionem partis.

Iudices tenentur de calumnia iurare. cap. 15. num. 19. Et cur hodie non iurent, eod. num. 25. & non præſtent. num. 23. 24.

Iudices iurant non tactis, ſed propoſitis ſcripturis. cap. 15. num. 20.

Iudices non eſt neceſſe ante oculos habere Euangelia, ſed ſufficit habere ſcripturas per quas ante oculos videntur habere Euangelia, eod. nu. 21. Et quod inoleuit practica ponendi in ſententijs illam clauſulam; Solum Deum præ oculis habentes, num. 22.

Iudices, & rectores populorum iurare de calumnia no ſolum vtile eſſe, ſed neceſſarium. eod. num. 27.

Iudex cum primum agetur de mittendo abſenti iuramentum calumniæ, ſcrutabitur, an Abſens dolo abſit. cap. 17. nume. 2. ſi repererit abſentem dolo abeſſe, procedet contra eum vt ibi remiſſiue, nu. 3. Sin repererit dolo non abeſſe, mittet ei iuramentum calumniæ. num. 6.

Index ad quem litera miſſiuæ loco remiſſorialium diriguntur pro iuramento calumniæ præſtando, recipit illud iuramentum non authoritate iudicis qui mittit literas, ſed iuris communis, cap. 17. num. 46. Et remittet iudici qui miſſiuas tranſmiſit, literas reſponſiuas honorificas cum præſtatione iuramenti calumniæ redacta in publica forma, num. 48.

Iudices non debent eſſe admodum procliues ad inquirendum de periurijs in iuramento calumniæ. cap. 23. num. 14.

Iudicia duplicia ex ſui natura important vt idem ſit actor, & reus. cap. 7. num. 41.

Iudicium ſi fundatur in patre, pater iurat de calumnia, ſi in filio, filius iurat: ſi in vtroque, vterque iurat pro ſuo intereſſe. cap. 15. numero 91.

Iudicia criminalia ad inſtar ciuilium rediguntur. cap. 16. num. 129.

Iuramenti diffinitionem, vide, diffinitio.

Iuramentum calumniæ præſtatur generaliter ſuper tota cauſa, & non ſuper aliquo actu particulari.cap.1.num.8.20.29.& 31.
de Iuramento, & eius ſpeciebus multi Doctores tractarunt.cap.1.num.12.
Iuramenti has tres ſpecies Doctores confundũt, ideſt, Malitiæ, Calumniæ, & Veritatis. capit.1.num.13.
Iuramenti tres dictæ ſpecies de iure antiquo non præſtabantur in omnibus caſibus, ſed hodie præſtantur in omnibus caſibus. cap.1. num.14.
Iuramentum malitiæ præſtatur in omnibus caſibus hodie. cap.1.num.15.
Iuramentum calumniæ de iure nouiſſimo præſtatur in omnibus caſibus. cap.1. num.16.
Iuramentum veritatis de iure nouiſſimo præſtatur in omnibus caſibus.cap.1.num.17.
Iuramentum malitiæ de iure antiquo præſtabatur tam ante litem conteſtatam, quam poſt litem conteſtatam, & tam generaliter, quam particulariter, & ſuper quolibet particulari articulo, & idem erat de iuramento calumniæ, & veritatis.cap.1.num.18.
Iuramentum malitiæ de iure nouiſſimo præſtatur ante litem conteſtatam priuatiue, quo ad alia duo prædicta iuramenta.cap.1.num.19.
Iuramentum calumniæ præſtatur tantum poſt litem conteſtatam, ſed generaliter, & ſuper tota cauſa.cap.1.num.20.
Iuramentum veritatis, ſeu de veritate præſtatur duntaxat poſt litem conteſtatam, ſed ſuper emergenti, & articulo particulari.cap.1. num.21.
Iuramenti differentiam, vide, Differentia.
Iuramentum calumniæ, id eſt, calumniæ vitandæ, & non calumniæ committendæ dicitur, & exponitur.cap.1.num.33.
Iuramentum calumniæ hodie non extimatur vnum obulum.cap.1.num.36.
Iuramentum calumniæ ſemel tantum præſtatur, eod.num.38.
Iuramentum malitiæ, & veritatis pluries præſtatur.eod.num.39.
Iuramentum calumniæ in ſe continet, quòd iurans non animo calumniandi agit, vel reſiſtit, ſed quia lis ſibi iuſta videtur.cap.2.nu.2.
Caſus, in quo quis poteſt habere cauſam iniuſtam, & iurare de calumnia remiſſiue.
Notæ, quibus deſignabant antiqui, quod non calumniæ cauſa aliquid faciebant.
Iuramentum calumniæ in ſe continet, quod iurans probationem non exiget, niſi quam pro veritate putabit exigendam.cap.2.num.3.
Et quòd dicta probatio exigenda ſit neceſſario ex Socino.eod.num.4.
Iuramentum calumniæ in ſe continet quod iurans non dedit, aut promiſit, nec dabit, aut promittet iudicibus, vel alicui alteri perſonæ aliquid, vt iniuſta feratur ſententia, eod. num.5. Quid in hoc Marian.Socin.correxerit.num.6.
Iuramentum calumniæ in ſe continet quod iurans dilationem nõ petit animo calumniandi, & differendi iudicij.eod.num.7.
Iuramentum calumniæ in ſe continet, quòd ſi iurans aliquando interrogabitur, reſpondebit veritatem.cap.2.num.9.
Iuramentum calumniæ continet in ſe, quod ſi quis dat poſitiones, illas dans, & iurans non animo calumniandi illas dat & iurat, ſed ſui iuris conſeruandi gratia vbi vide de intellectu huius dicti.cap.2.num.10.
Iuramentum calumniæ in ſe continet, quòd iurans non vtetur ſcienter falſa probatione ſiue in teſtibus, ſiue in inſtrumentis, ſiue in quauis alia probatione. Vbi vide de intellectu huius dicti.eod.num.12.
Iuramentum calumniæ videtur non eſſe præſtandum a reo in criminalibus vbi irrogatur pœna ſanguinis.cap.2.num.17.
Et Quomodo intelligatur regula, quòd licet redimere quoquo modo ſanguinem ſuum in criminalibus remiſſiue ad Bart.
Iuramentum calumniæ tenuerunt aliqui eſſe inductum iure poſitiuo.cap.3.num.1.
Iuramentum calumniæ fuit cognitum iure Digeſtorum, & auctum iure Codicis. eod. numero 2.
Iuramentum calumniæ in certis caſibus particularibus tantum erat cognitum iure Digeſtorum, cap.3.num.3.
Et dicta iuramenta dicebantur ſpecialia.
In caſibus particularibus in quibus iure Digeſtorum erat cognitum, iuramentum calumniæ erat probationis, non autem ſolemnitatis.eod.num.4.
In caſu l.inter cohæredes.§.qui familia, ff.famil. erciſcun. erat tantum cognitum iuramentum calumniæ generale.eod.num.5.
In cæteris caſibus eſt inuentum a Iuſtiniano Imperatore in C.
Iuramentum calumniæ fuit inductum ob publicam vtilitatem, eod.num.6.
Iuramentum calumniæ non eſt inductum ob commodum priuatorum tãtum, eod.num.7.

ſi Iura-

ſi Iuramentum calumniæ eſt inductum iure poſitiuo illud poteſt Princeps tollere. eod.numero 9.

Iuramentum calumniæ alij tenuerunt eſſe inductum iure naturali, & diuino. cap. 3. numero 10.

Quod ſi eſſet non poſſet Princeps illud tollere.

Iuramentum calumniæ dicitur inductum iure naturali, ideſt gentium. cap. 3. num. 14.

Iuramentum calumniæ eſt de iure diuino quoad genus, & materiam. i. quoad iuramentum in genere. eod. num. 15.

Diſtinctio inter iura diuina ex Gloſ.

Iuramentum in genere eſt inductum iure diuino. cap. 3. num. 16.

Iuramentum calumniæ quoad ſpeciem & formam eſt de iure poſitiuo. eod. num. 18.

Iuramentum calumniæ quibuſdam remittitur. eod. num. 19.

Iuramentum Princeps tollere non poteſt in genere, ſed bene poterit tollere iuramentum calumniæ in ſpecie. cap. 3. num. 28.

Iuramenti calumniæ cauſa finalis eſt duplex, ſcilicet, vltimata, & non vltimata. cap. 4. nu. 2.

Iuramenti calumniæ forma, vide, forma.

Iuramentum calumniæ defertur authore prætore. cap. 6. num. 1.

Iuramentum calumniæ debet in actis interponi. cap. 6. num. 2.

in Iuramento calumniæ præſtando debet interuenire præſentia iudicis. eod. num. 3.

in Iuramento calumniæ præſtando quòd non requiritur præſentia partis aduerſæ. num. 5.

Et hæc vltima ſententia ſubſiſtit de iure & de obſeruantia communi.

Prima opinio ſubſiſtere poſſet, quando a parte peteretur iurari in ſua præſentia. eod. num. 6.

Eadem prima opinio quãdo falleret. eod. nu. 9.

in Iuramento calumniæ requiritur tactus Euangeliorum. cap. 6. num. 10.

Tactus quarumcunque ſcripturarum ſufficit de conſuetudine. eod. num. 11.

Iuramentum non requirit tactum ſcripturarum neceſſario. eod. num. 12.

Tactus ſcripturarum eſt neceſſarius, quando iuramentum a iure defertur, vt in iuramento calumniæ & debent tangi manibus. cap. 6. num. 13.

Prædicta de tactu ſcripturarum procedunt in laicis, non in Eccleſiaſticis perſonis. cap. 6. num. 14.

Iuramentum calumniæ non videtur eſſe neceſſarium in iudicijs, neque illorum pars ſubſtantialis. cap. 7. num. 1.

Iuramentum calumniæ eſt neceſſarium in iudicijs, & de ſolito ordine iudiciali. eod. numero 2.

Iuramentum calumniæ eſt de ſolito ordine iudiciali, & inductum ad ſolemnizandum iudicium. eod. num. 3.

Iuramentum calumniæ inductum eſt pro ſolemnitate, & forma iudicij. cap. 7. num. 4.

Iuramentum calumniæ eſt de ſubſtantia iudicij. cap. 7. num. 6.

Iuramentum calumniæ quòd non ſit neceſſarium, in iudicijs procedit, ſi non fuit petitum iſtud iuramentum. cap. 7. num. 7.

Iuramentum calumniæ quòd præſtandum non ſit niſi petatur, procedit etiam in ſtatutis mandantibus iurari de calumnia ex Menoch. cap. 7. num. 8.

Quæ opini Menoch. limitatur.

Iuramentum calumniæ, quòd non præſtetur, niſi exigatur procedit etiam in cauſis criminalibus. eod. num. 9.

Secunda vero opinio, quòd ſcilicet iuramentum calumniæ ſit neceſſarium in iudicijs, & pars ſubſtantiales, procedit, ſi iuramentum prædictum fuit a parte aduerſa petitum. eod. num. 10.

Iuramentum calumniæ ſi non exigitur a parte, ſed a iudice, non eſt pars ſubſtantialis iudicij. eod. num. 11.

Fallit vt ibi remiſſiue.

Iuramentum calumniæ ſi a parte aduerſa petatur, eſt neceſſarium in iudicijs, & illorum pars ſubſtantialis. eod. num. 12.

Iuramentum calumniæ ſi a parte petatur, & non præſtetur, proceſſus, ſententia, & omnia inde ſequuta ſunt nulla. eod. num. 13.

Et ſunt nulla ipſo iure proceſſus, ſententia, & omnia inde ſequuta, ſi petatur, & non præſtetur hoc iuramentum. cap. 7. num. 14.

Iuramentum calumniæ ſi petatur, & non præſtetur, procedit etiam in cauſa ſummaria. eod. num. 15.

Iuramentum calumniæ eſt neceſſarium in proceſſu, qui formatur in Camera. eod. num. 18.

Iuramentum calumniæ ſi quis petat in parte iudicij non conſueta, non reddit proceſſum & ſententiam nullam, prout Matthe. ſil. dicit, ſecundum Soc. eod. num. 19.

Reprobatur dicta opinio Socini.

Iuramentum calumniæ numeratur inter terminos ſubſtantiales. eod. num 26.

Iuramentum calumniæ, & pœna non iurantibus impoſitæ, quod locum non habeant in contradictis & edictis, incumbit onus probandi aſſerenti iſtud. cap. 7. num. 31.

Iuramenta duo præſtanda ſunt ab vtraque parte, in ſimilibus iudicijs duplicibus. cap. 7. numero 40.

Contrarium autem, & quòd iuramentum ſufficiat, tenet author. eod. num. 41.

Iuramentum intelligitur præſtitum ſecundum naturam actus, ſuper quo interponitur. eod. num. 42.

Iuramentum calumniæ in ſe continet capitula tum ad actorem, tum ad reum ſpectantia. eod. num. 43.

Iuramenta duo tacite, & virtualiter præſtantur ab vtraque parte in iudicibus duplicibus, licet non expreſſe, & explicite. cap. 7. numero 44.

Iuramenta duo in mutuis petitionibus præſtantur ab vtraque parte, vnum vt actore; aliud vt reo. cap. 7. num. 45.

Iuramentum calumniæ eſt inductum ad vtilitatem publicam, & non ad priuatã. eo. nu. 51.

Iuramentum calumniæ principaliter eſt inductum ad vtilitatem publicam, ſecundario ad vtilitatem priuatam. eod. num. 52. &

Quomodo id intelligatur. ibid.

Iuramentum calumniæ bis præſtari non poteſt. cap. 9. num. 1.

Iuramentum calumniæ, quod ſemel tantum præſtetur intelligitur ab eadem perſona. cap. 9. num. 2. & in eadem inſtantia. num. 4. & in ijs, quæ emergunt poſt litem conteſtatam. numero 6.

Iuramentũ calũniæ, quod ſemel tantũ præſtetur procedit de iure nouiſſimo introducto a Iuſtiniano. cap. 9. nu. 8. & etiam ſi mutetur iudex. num. 10. & etiam ſi iuratum eſſet de calumnia, non inſtante parte aduerſa, quæ poſtea peteret iurari. num. 11.

Iuramentum calumniæ præſtandum eſt cuilibet perſonæ petenti, ſi ex aduerſo ſunt plures litigantes: Et ſic pluries præſtatur. eod. numero 15.

Iuramentum calumniæ præſtatur ſuper qualibet quæſtione, quando quis mouet contra aliquem plures quæſtiones, & ſic illas mouens, pluries iurat de calumnia. eod. num. 16.

Iuramentum calumniæ iteratur in cumulatione actionis. cap. 9. num. 17.

Gloſ. opinio reprehenditur. ibid.

Iuramentum calumniæ iteratur, quando poſt litem cõteſtatam emerſiſſet aliqua noua cauſa ſuſpicionis calumniæ, quia tunc ſuper quolibet particulari articulo iuratur de calumnia. eod. num. 18.

Iuramentum calumniæ bis præſtatur in comparationibus literarum per Gloſ. in l. comparationes, in verbo, ab his. C. de fide inſtrumentorum. cap. 9. num. 20.

Gloſ. prædicta reprehenditur. ibid.

Iuramentum calumniæ ſi eſt nulliter præſtitum præſtatur iterum valide. eod. num. 21.

Iuramentum calumniæ ſi præſtetur primo nulli, deinde præſtetur valide, dictum iuramentum ſecundum non ſonat actus nullos interiectos inter dicta duo iuramenta, & quare. cap. 9. num. 22.

Iuramentum calumniæ iterum præſtatur per illum, qui poſt iuramentum calumniæ ſemel præſtitum, melius noſcere veritatem dicetur. cap. 9. num. 23.

Iuramentum de veritate poteſt peti in quocunque actu particulari. eod. num. 24.

Iuramentum calumniæ ſi non fuit a principio litis petitum, non poteſt in alia parte peti, ſecundum opin. Cyni. cap. 10. num. 1.

Iuramentum calumniæ peti poteſt in quacunque iudicij parte, ſecundum alios. eod. nu. 2.

Iuramentum calumniæ quod exigi, & peti poſſit in quacunque iudicij parte, conſtituitur pro regula reiecta opinione Cyn. eod. num. 3.

Iuramentum calumniæ dicitur petitum ante ſententiam etiam ſi petatur in termino citationis ad ſententiam. cap. 10. num. 5.

Iuramentum calumniæ exactum a iudice inuitis litigantibus, eſt dubium an ſit pars ſubſtantialis iudicij. cap. 10. num. 12.

Vna reſolutio huius dubij. num. 13.

Alia reſolutio, & melior præmiſſi dubij. numero 15.

Iuramentum calumniæ peti debet a iudice ante concluſionem in cauſa factam, ſecundum Grauatium. cap. 10. num. 19.

Iuramentum calumniæ exigi poteſt tam a parte, quam a iudice, ſi parti, & iudici videbitur. eod. num. 21.

Iuramentum calumniæ, ſi petatur a parte, eſt pars ſubſtantialis iudicij, & ſi omittatur, vitiat proceſſum, & ſententiam. eo. nu. 22. & ſi petatur a iudice neutra partiũ inſtante, non eſt pars ſubſtantialis iudicij, & omiſſum non vitiat proceſſum, nec ſententiam. ibidem.

Iuramentum calumniæ exigi non poterit ab eo, de cuius periurio dubitatur. eod. num. 23.

Iura-

Iuramentum calumniæ præſtari debet ante litem conteſtatam, ſecundum aliquos. cap.10. num.24.

Iuramentum calumniæ quod petatur ante conteſtatam litem, procedit etiam in inſtantia appellationis ſecundum Speculat. eodem.numero 25.

Iuramentum calumniæ ante litem cõteſtatam, præſtatur ſuper tota cauſa; ſecundum Cyn. eod.num.26.

Cyn. opinio prædicta, in quo caſu procedere poſſet.eod.num.27.

Iuramentum ante litem conteſtatam dicitur iuramentum malitiæ.eod.num.28.

Cyn.opinio prædicta ſi admitteretur, bis iuraretur in eadem cauſa, & inſtantia quod non eſt admittendum. cap.10. num.30.cuius opinio reprobatur.num.31.

Iuramentum calumniæ in quo caſu præſtetur ante conteſtationem litis, ex mente aliquorum relatorum a Socin.cap.10.num.32.

Dicta opinio ibid.reprobatur.

Iuramentum calumniæ præſtandum eſt facta litis conteſtatione.eod.num.33.

Iuramentum calumniæ præſtari poteſt in quacunque iudicij parte poſt litem conteſtatam. eod.num.36.

Iuramentum calumniæ vt ſtatim præſtetur poſt litem conteſtatam, non eſt de ſubſtantia iudicij.cap.10.num.37.

Non obſtant prædictæ concluſioni iura, in quibus habetur iurandum eſſe de calumnia in principio litis.eod.num.38.

Nec obſtant iura, in quibus habetur iurandum eſſe de calumnia, in principio litis in continenti.num.39.

Iuramentum calumniæ ſi diu præſtetur poſt litem conteſtatam non vitiatur proceſſus. cap. 10.num.42.

Iuramentum calumniæ vt petatur, non eſt neceſſe ſemper expectare, ſed præſtari poterit etiam nemine petente, neque petente parte, neque iudice.eod.num.43.

Iuramentum calumniæ vt præſtetur etiam nemine petente, cautela eſt.ibid.

Iuramentum calumniæ ſi præſtatur nemine petente, non erit pars ſubſtantialis iudicij. cap. 10.num.44.

Iuramentum calumniæ ſi præſtetur nemine petente, & poſtea petatur quando dicatur iuramentum calumniæ pars ſubſtantialis iudicij.ibid.

Iuramentum calumniæ præſtitum antequam peteretur iurari ante petitionem dicti iuramenti, non eſt pars ſubſtantialis iudicij. eod. num.45.

Iuramentum quod poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ, ſeruandum eſt. ibid.

Iuramentum calumniæ habet annexam conditionem, quatenus petatur. eod.num.46.

Iuramentum tale non erit pars ſubſtantialis iudicij, ſi neutra pars petat de calumnia iurari, & ambæ partes nemine petente iurent. ibidem.

Iuramentum calumniæ præſtandum eſt ante ſententiam; & ante concluſionem in cauſa, & non poſt.cap.10.num.47.

Iuramentum calumniæ quod præſtari non poſſit poſt concluſum in cauſa, intelligitur procedere in ordinarijs iudicijs.cap.10.nu.48.& Poteſt præſtari in iudicijs ſummarijs etiam ad partis inſtantiam poſt concluſum in cauſa.

Iuramentum calumniæ præſtari poteſt poſt concluſum in cauſa, quando iudex illud ex officio exigit.eod.num.49.

Iuramentum calumniæ ſi ante petitum fuerit, & non præſtitum; ſed præſtetur poſt concluſum in cauſa, non ob id proceſſus erit nullus, qui retro factus erat. capit. 10. numero 52. & 54.

Iuramentum calumniæ reſpicit tantum præſentia, & futura.cap.10.num.56.

Iuramentum calumniæ ſi petatur, & non præſtetur, proceſſus, ſententia, & decretum ſunt nulla, & nulla ipſo iure.cap.10.num.57.

Iuramẽtum calumniæ ſi a parte petatur, & præſtetur, præſeruat a nullitate incurrenda, & prout nullitas eſt in fieri, & non ſanat nullitatem incurſam, & prout nullitas eſt in facto eſſe.eod.num.58.

Iuramentum calumniæ ſi petatur eſt pars ſubſtantialis iudicij.cap.10.num.61.

Iuramentum calumniæ omittere, & remittere quid ſit.cap.12.num.1.& 2.

Iuramentum calumniæ dupliciter ſolet remitti, tacite, ſcilicet, & expreſſe, capit.12. numero 3.

Quando tacite.num.4.& expreſſe.num.6.

Iuramentum calumniæ tacite omitti, ſeu remitti non poteſt.cap.12.num.7.Sed poteſt tacite remitti. eod. num.8. & etiam parte præſente.nu.9. Et ſi tacite remittitur, proceſſus non vitiatur.cap.12.nu.10.& ſententia valebit.num.11.

Iuramentum calumniæ non poteſt expreſſe remitti.cap.12.num.12.& quare num.13.

Iuramentum calumniæ ſtatutarium ſi tacitè omittatur, & a parte non petatur, non eſt neceſſario præſtandum, ſecundum Menoch. de Arb. iud. q. 24. nu. 6. 7. cap. 12. num. 20. Qui reprobatur. num. 20. 23. & quando procedat. num. 31.

Iuramentum calumniæ non eſt de ſubſtantia iudicij ſi petatur a iudice. cap. 12. num. 29. Sed hoc non procedit in iuramento calumniæ requiſito per ſtatutum.

Iuramentum calumniæ ſtatutarium ſi iudex poteſt exigere, illud debet exigere ante concluſum in cauſa, vt ſit pars ſubſtantialis iudicij eod. num. 30.

Iuramentum calumniæ ſi altera tantum pars expreſſe remittat, poterit non obſtante tali pacto petere iurari de calũnia. cap. 12. nu. 32.

Iuramentum calumniæ ſi vtraque pars expreſſe remitteret, non obſtante tali remiſſione poterit iudex cogere vtrãque partem ad iurandum de calumnia, eod. num. 33.

Iuramentum calumniæ nec de partium conſenſu poteſt remitti. cap. 12. num. 34.

Iuramentum calumniæ, vt non præſtetur nõ poteſt mandari lege, aut ſtatuto. cap. 13. nu. 1.

Iuramẽtum calumniæ cenſetur remiſſum, licet nõ aliæ ſolẽnitates ordinis iudiciarij, quando Princeps cauſam committit cognoſcendam, ſecundum veritatem, & æquitatem. cap. 13. numero 26.

Iuramentum calumniæ nõ cenſetur excluſum, etiam ſi in reſcripto adeſſet clauſula, Summarie de plano, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij, remiſſiue. cap. 13. num. 27.

Iuramentum præſtandum ſuper exceptionibus, & replicationibus, non eſt iuramentum calũniæ ſed malitiæ, vel veritatis. cap. 14. nu. 9.

Iuramentum calumniæ non poteſt tolli à Principe quoad genus, ſed quoad formam. cap. 13. num. 24. quæ forma a Principe remittitur aliquibus. ibidem.

Iuramentum calumniæ ſi petatur a parte præſtari, eſt pars ſubſtantialis, & ordo iudicij, remiſſiue. cap. 14. num. 54.

Iuramentum calumniæ petitum ſi omittatur, proceſſus, & ſentẽtia ſunt ipſo iure nulla. ibi.

Iuramentum calumniæ præſtãdum eſt a qualibet perſona litigante ſiue actore ſiue reo, & a qualibet perſona principali litigante. cap. 15. num. 1. 2. ſi inter colligantes etiam negociũ ſit commune. num. 236. & negocium non ſit commune. num. 227.

Iuramentum ſuppletorium non defertur ei, qui aliàs incidit in periurium. cap. 15. num. 152. & 157. Nec ei de cuius periurio dubitatur. num. 153. Quod iuramentum datur in ſupplementum probationis. num. 157.

Iuramẽtum præſtitum a Chriſtianis per improbatas Religiones non tenet. cap. 15. num. 168. Nec eſt deferendum infidelibus, & quare. numero 169.

Iuramẽtum calumniæ eſt acceſſorium, ſine quo cauſa expediri nequit. cap. 16. nu. 5. eſt perſonale. cap. 18. num. 34. eſt iuramẽtum hæredis. ibidem.

Iuramẽtum calumniæ quòd præſtat procurator in animam propriam, nõ procedit quoad merita cauſæ, & rei controuerſæ naturam, ſed quoad progreſſum, & proſequutionem iudicij, eod. nume. 55. 60. Et maxime procedit in procuratore dato a iudice ex officio non habenti procuratorem. num. 56.

Iuramentum calumniæ continet plura capitula concernentia proceſſum, & proſecutionẽ cauſæ, quam illius merita. cap. 16. nu. 59. & 72.

Iuramentum calumniæ ſi ſimpliciter petatur, & nõ exprimatur in cuius animam iuretur domini nè, vel procuratoris, & ſimpliciter iuretur de calumnia. Intelligitur petitum iurari in animã procuratoris, eod. numero 68. & 79.

Iuramẽtum calumniæ ſi ſimpliciter petitur, poterit præſtari per quemlibet alium, qui comparere poteſt alieno nomine, & ſine mandato. cap. 16. nu. 80. ſi petitur præſtari cum aliqua clauſula, quæ eſſet apta comprehendere vtrunque iuramentum præſtandum, ſcilicet per dominum, & per procuratorem; debet tale iuramentum præſtari eo modo quo vtraque iuramenta comprehendantur, eod. nu. 85.

Iuramentum appoſitum in materia de ſui natura alternatiua, debet alternatiuè intelligi, et non obligat præciſe ad vnum. capit. 16. numero 138.

Iuramentum calumniæ præſtitum nemine petẽte, nõ eſt pars ſubſtantialis iudicij. cap. 17. nu. 26. neque ſi illud nõ pars, ſed iudex petat. numero 41.

Iuramentum calumniæ particulare dabatur in emergentibus, quod loco probationis inſeruiebat. cap. 17. num. 38.

Iuramentum calumniæ is non tenetur præſtare, & ab eo excuſatur, a quo petitur ante litem conteſtatam. cap. 18. num. 13.

Iuramentum calumniæ nõ poteſt remitti a parte. eod. num. 18. & 22.

Iuramentũ calumniæ qui nõ vult præſtare, niſi a iudice ſibi præſtetur, non tenetur, & ab illo excuſatur.cap.18.numero 44.declara vt numero 45.

Iuramentum calumniæ præſtare quæ perſonæ non teneantur, & ab illo excuſentur. capit. 18.per totum.

Iuramentum calumniæ non præſtant, & ab eo excuſantur partes, quæ concordarunt de non iurando.cap.18.num.48.

Declara vt num.49.

Iuramentum calumniæ non tenentur præſtare infraſcripti, videlicet, negans ſe poſſidere, cap.18.nu.50.qui perfecte probauit ſuam intentionem num.51.quod reprobatur.52.habens pro ſe inſtrumentum.num.53.de cuius bono iure conſtat.54.qui non eſt de cauſa inſtructus, & informatus.55.perſona non habentes diſcretionem iuris, & facti.56.

Iuramentum calumniæ generaliter & regulariter præſtandum eſt in omnibus cauſis.cap. 19.nu.1.quæ ſpecies cauſarum in toto eo cap. diligenter recenſentur. ſed in quibus cauſis fallat vide cap.20.per totum. An ſit præſtandum in cauſis criminalibus loga diſputatio. cap.19.a num.13.vſque ad num.28.

Iuramentum calumniæ quamuis ſit de credulitate præiudicat, ac ſi fuiſſet de veritate. cap. 19.num.21.

Iuramentum calumniæ quibus in cauſis non ſit neceſſarium.cap.20.per totum.

Iuramenti calumniæ petiti, & non præſtiti effectus ſunt nouem, de quibus ſingulis vide cap. 21.per plures numeros, cum ſuis correctionibus.

Iuramenti calumniæ petiti, & præſtiti ſeptem effectus explicantur in pluribus numer.cap. 22.cum ſuis correctionibus.

Iuramenti calumniæ petiti, & falſo præſtiti effectus ſeptem cum ſuis correctionibus in pluribus num.cap.23.

Iuramentum litis deciſiuum a parte delatum, non poteſt retractari, ſiue ſit iuſte, ſiue iniuſte, & inique iuratum.cap.23.nu.9.quod intelligitur vt nu.10.ſed præſtans falſo idem iuramentum, ſi de mendacio conuincatur, poterit criminaliter inquiri, & puniri.cap. 23.num.10.

Iuramenti calumniæ vires tranſeunt ad omnes actus fiendos.cap.23.num.25.

Iurans, ſi ad redimẽdum ſanguinem ſuum vellet corrumpere accuſatorem, an dicatur contrauenire iuramento calumniæ per ſe præſtito, & comprehendatur ſub præmiſſis, quæ in ſe cõtinent iuramentum calumniæ.capit.2. numero 16.

Iurans de calumnia non poteſt reſpondere, Dubito.cap.8.num.8.

Iurari explicite deberent omnia prædicta contenta ſub iuramento calumniæ. Et iudex ad id poteſt cogere partes.cap.2.num.14.

Iurare debens de calumnia debet reſpondere de credulitate.cap.8.num.1.

Iurari ſi peteretur in præſentia partis aduerſæ, & in eius præſentia non iuraretur, ex hoc non redduntur nulli proceſſus, & ſententia. cap.6.num.7.

Iurare de credulitate quid ſit.cap. 8.num.13.

Iuratur hodie de calumnia tantum poſt litem conteſtatam.cap.9.num.7.

Iurabatur de calumnia pluries de iure antiquo. eod.num.9.& 14.

Iurare renuentes de calumnia præſumuntur calumniatores.cap.10.num.14.

Iurare tenetur de calumnia etiam is, qui iurauit non iurare.cap.15.nu.12.Contra.nu.13. Et an peccet.num.14.15.16.& 17.& an qui vouiſſet non iurare.num.18.

Iurare de calumnia in animam propriam debent pater.cap.15.nu 89.& 94. Adminiſtratores, Syndici, & Oeconomici.nu.118.Dominus.cap.15.num.11. Aduocatus qui non habet mandatum ad iurandum in alterius animam.num.246.

Iuri publico authoritate, & vtilitate renunciari non poteſt.cap.3.num.8.

Iura dicentia iurandum eſſe de calumnia in principio litis, & in principio incontinenti intelligitur, ſi petatur.cap.10.num.41.

Ius, quod quis in alterius perſona ſeruari vult pro ſe, debet ſeruare pro alijs in ſua perſona. cap.15.nu.155.

L

LEx, & ſtatutum poſſunt tollere, & differre iuramentum calumniæ, cum limitationibus præmiſſis in conſuetudine.capit.13. num.12.

Libertus non tenetur præſtare iuramentum calumniæ, & ab eo excuſatur, dum litigat contra patronum.cap.18.num.24.

Lis dicitur incipere à litis conteſtatione.cap.10. num.40.

Literæ miſſiuæ loco remiſſorialium diriguntur a iudice cauſæ ad iudicem, ſub cuius iuriſdictione

ctione degit iurare debens pro receptione iuramenti calumniæ.cap.17.nume.44. Forma earundem literarum.num.45.& quod ſit ornanda titulis,& epithetis.num.47.

Litigantes omnes obligati ſunt ad iurandum de calumnia non ſimpliciter, ſed alternatiue.cap.16.num.136.

Lunaticus quis dicatur remiſſiue: & quòd in eo non habent locum ea, quæ dicta ſunt de minore in cap.15.num.105.

M

MAIORITAS ſi probatur, apparet nulla datio curatoris facta, neque ex datione talis curatoris aliquis ſibi aperiret viã ad reſtitutionem.cap.19.num.54.

Mandatum ſpeciale requiritur ad iurandum in animam alterius. cap.15.nu.266. Et cap. 16.num.31.& quomodo.num.42.

Màndatum ſpeciale exigit iuramẽtum calumniæ.eod.num.275.

Mandatum ſpeciale requiritur in procuratore laicorum.cap.16. num. 8. Et non in procuratore Eccleſiaſticarum perſonarum agentium pro Eccleſia, vel pro rei Eccleſiæ. num.9.

Mandatum generale habens clauſulam iurandi de calumnia, intelligitur quòd ſit in eo attributa facultas iurandi in cauſis iuſtis, & in iniuſtis dominum. capit. 16. numero 15. & 132.

Eiuſdem mandati vigore an omnes proceſſus eſſent nulli. num.16. Idem mandatum ſine aliqua expreſſione alicuius certæ cauſæ, an ſufficiat ad præſtandum iuramentum calumniæ.num.17.& 18.19.& 20.

Mandati capitula reſpectu diuerſarũ perſonarum dicuntur diuerſa capitula, eodem. numero 25.

Mãdatum procuratorium diuidi poteſt, eodem. numero 27.

Mandato cum non legitimo ſi iuratur habetur, ac ſi iuratum non eſſet.cap.16.num.107.

Mandatum ſpeciale quale requiratur in Procuratore, qui tanquam procurator vult venire ad plenam defenſionem,& cæt. capit.16.numero 119.

Mandatum ſpeciale requiritur in pœnalibus. cap.16.num.120.

Mandatum ſpeciale quod dicatur. eodem. numero 142.

Mandatum in quo quis conſtituitur, Procurator generalis,& ſpecialis ita tamen quod ſpecialitas generalitati non deroget, nec è contra, dicitur generale,& non ſpeciale. eod.numero 141.144.& 145.

Mandatum ſi eſt generale tantum, & non generale,& ſpeciale ſimul, nihil operabitur in eo ſolita clauſula apponi, Etiam ſi talia forent,&c.eod.num.146.

Mandata quare explicentur cum clauſulà, Ad iurandum,&c.eod.num.168.

Mandatum procuratorium expirat morte regulariter: & quomodo intelligatur. cap.16. num.186. Et an illud mandatum reconualeſcat per Domini reſurrectionem.187.

Matrimonialis cauſa eſt ſpiritualis,& in ea præſtatur iuramentum calumniæ maxime ſi agitur poſſeſſorio.cap.19.num.44.

Matrimonium eſt inductum iure diuino in ſtatu innocentiæ.cap.3.num.22.

Matrimonium eſt ſacramentum Nouæ legis.

Matrimonium quamuis ſit iure diuino inductum,& ſacramentum nouæ legis, ſuper matrimonio plura conſtituerunt Sacra Concilia,& Summi Pontifices.eod.num.23.

Minor iurare tenetur de calumnia in cauſis, in quibus habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio.cap.15.num.29.

Minor iurat de calumnia dum non habet curatorem,& illũ petit,& aduerſarius inſtat non admitti, niſi iurato de calumnia. cap.15. numero 30.

Interim dictus minor habetur pro maiori. ibid.

Minorem ſi quis ſe dicat, poterit actor cogere illum ad iurandum de calumnia ſub hac conditione, Si maior ſit.eod.num.31.

Minor iurat de calumnia quãdo habet quidem tutorẽ, & curatorem, ſed ipſe minor eſt melius informatus. eod. num.32.

Iurat tamen cum præſentia tutoris, vel curatoris.ibid.

Minori vigintiquinque annis litigãti eſt dandus curator vltra aſſiſtentiam patris in iudicio ſuper bonis, in quibus pater habet intereſſe.cap.15.num.101.

Minor conueniri non poteſt in iudicio ſine tutore, vel curatore, eod.num.102.

Minori in iudicio datur tutor,& curator, quando in dicto iudicio nõ cõcurrit ꝑ ſuo intereſſe conſenſus,& aſſiſtentia patris. capit.15. numero 103.

Et quis iurabit minor, tutor, vel curator, remiſſiue.

Minor iurat de calũnia, & non tutor nec curator

tor ſi ipſe minor eſt melius informatus, quã tutor, & curator. cap. 15. numero 284. cap. 18. numero 26.

Minor non tenetur iurare de calumnia, & ab hoc iuramento excuſatur. cap. 18. num. 24.

Minor numeratur inter perſonas non habentes diſcretionem iuris, & facti. eod. num. 25.

Minor qui reputetur. cap. 19. nu. 52. & probatur eo ipſo q quis citatur ad cõparẽdum legitime alias videndum ſibi deputari curatorem. numero 53.

Minor reus non habetur pro confeſſo, ſi curator iuraret de calumnia. cap. 21. num. 11.

Miſſio Notarij ad recipiendum iuramentum calumnia abſentis, fit expenſis peſentis iurari. cap. 57. num. 23. Et fit communibus expenſis. num. 24. ſed diſtinguitur. num. 25.

Monachus agens contra Abbatem tenetur petere veniam. cap. 13. num. 79.

Monachus agens cauſam propriam, tenetur iurare de calum. cap. 15. nu. 133.

Et quando accuſat ſuum Pralatum tenetur petere veniam. ibid.

Mora in non iurando de calumnia poteſt purgari. cap. 14. num. 166.

Mora purgari poteſt vſque ad ſententiam declaratoriam, ſeu condemnatoriam in pœnis legalibus. cap. 14. num. 167.

Mora in non iurando de calumnia poteſt purgari vſque ad ſententiam diffinitiuam declaratoriam. eod. num. 168.

Mora purgari poteſt in non praſtando iuramentum calumnia vſque ad ſententiam, etiam poſt concluſum in cauſa. eod. num. 169.

Mora quod etiam poſt concluſum in cauſa purgari poßit in iuramẽto calumniæ, eodem. numero 170.

Mora quod poßit purgari in iuramento calumniæ, procedit retenta illa opinione, quod dicta pœna impoſita nolenti de calumnia iurare non imponatur ipſo iure, ſed ſecus eſſet ſi imponeretur ipſo iure, ſecundum Soc. cap. 14. num. 171. & reprobatur. num. 172.

Mora purgatio admittitur etiam in pœnis ipſo iure impoſitis, ibid.

Mora purgatio admittitur etiam in pœnalibus, eod. num. 173.

Mora & illius purgationis materia eſt difficilis, & valde intricata, eod. num. 174.

Mora purgatio admittitur cum aliqua difficultas intercedit. cap. 14. num. 175. vbi adeſt aliqua ambiguitas iuris. num. 176. quando obycitur aliqua exceptio. num. 177.

Mora purgatio admittitur infra modicum tempus, eod. num. 178.

Mora purgatio admittitur re integra, & quando ius partis eſt illaſum, & non alias. cap. 14. num. 179. Et in terminis iuramenti calumnia ibid. & num. 166.

Mora purgatio admittitur quando actor tractat de conſeruanda actione, non autem dum tractat de nouo iure quarendo. capit. 14. numero 180.

Mora purgatio non debet admitti poſt menſes, & annos, eod. num. 181.

Motus proprij Pontificij tollentes nullitates, non tollunt nullitates in ſubſtantialibus. cap. 19. num. 73.

Mulieri abſenti quod mittatur Notarius ad recipiendum iuramentum calumnia intelligitur de mulieribus, quibus viri ſemitas cedere debent, & non paſſim de omnibus muliercul is. cap. 17. num. 9. Et ſimpliciter nulla facta diſtinctione inter pudicas & impudicas mulieres. num. 10.

N

NATVRALIA *ſunt immutabilia. cap. 3. num. 11. & cap. 13. num. 16.*

Negocium poteſt eſſe commune indiuiduum, vel diuiduum, & quis iuret quando negocium eſt indiuiduum. cap. 15. num. 228.

Negocium quando eſt commune, & indiuiſibile, eod. num. 235.

Niſi, dictio, eſt limitatiua, & inducit permiſſionem in caſu ſequenti. capit. 14. numero 163.

Nominans dominum in iudicio, tenetur de calumnia iurare. cap. 15. num. 183. Et agetur contra dominum nominatum facta litis conteſtatione non contra nominantem. numero 184.

Notarij reprehenduntur qui in actis, & in extractibus extenduntur, quod iurans iurat de calumnia, & veritate, dicenda. cap. 8. num. 17.

Notarij malefaciunt cogendo iurare Dominos principales, qui conſtituerunt procuratores cum mandato generali cum clauſula, ad lites. cap. 16. num. 21. & 23.

Notarius ſolet mitti cauſa ad recipiendum iuramentum calumnia praſtandum per illum, qui eſt abſens a ciuitate, & iuriſdictione iudicis cauſa: ſed iſte modus non eſt admodum tutus. cap. 17. num. 43.

Nouerim in quo caſu mittitur ad recipiendum iuramentum calumniæ abſentis tantum a Tribunali, quando iurare debens eſt mulier. cap. 17. num. 8. Vide etiam mulier. Infirmus, Valetudinarij, conſtituto in dignitate Seni. Perſonæ egregiæ. Pauperi impedito.

Nullitates omnes ſi tollantur nunquam intelligitur ſublata nullitas proueniens ex iuramento calumniæ non præſtito. cap. 3. numero 53.

Nullitas quæ prætenditur in ſententijs ob iuramentum calumniæ non præſtitum, non inſurgit aliunde, quam ex quo ius mandat iurari, ut iudicium ſubſiſtat. capit. 7. numero 54.

Nullitates omnes quamuis eſſent ſublatæ non intelligeretur ſublatum iuramentum. capit. 13. num. 22.

Nuncius qui non eſt ad actus citationis, & ſimiles conſtitutus ab aliquo priuato, ut cauſam ſuam expediat, iurat de calumnia. cap. 15. num. 249.

Et concipit in domini perſonam iurando de calumnia. ibidem.

O

OBIVRGATIO contra quoſdam Procuratores nomine Procuratorum indignos, qui contra proxime dicta faciunt. cap. 3. num. 8.

Obſeruantia allegatur in admittendo, non in cogendo procuratore. cap. 16. num. 104.

Oeconomi & ſindici, uel ſimiles habentes legitimam adminiſtrationem quoties interueniunt, iudex poteſt eligere quos vult, ut iurent; vel nempe ipſos, vel eorum principales, ſi principales ſint auctores. capit. 15. numero 424. & ſequentibus. de eorum contumacia.

Oeconomi & alij prædicti Adminiſtratores rerum alienarum, an iurent de calumnia in animam propriam. capit. 15. numero 427. 428. 430.

Officium iudicis multum valet in his quæ accidunt poſt litem conteſtatam. cap. 17. numero 39.

Officiales praui, & Rectores populorum redarguuntur. cap. 15. num. 26.

Officialis Sedis Apoſtolicæ excommunicari non poteſt. cap. 15. num. 395.

Ordo præmiſſus iurandi inter actorem, & reum, & inter agentem, & excipientem ſi peruerteretur, & non vitiaretur proceſſus, nec ſententia. cap. 7. num. 37.

Quod prius præſtet hoc iuramentum prouocans, procedit etiam in iudicijs duplicibus. cap. 7. num. 38.

Ordo quod prius iuret actor, quam reus, & prius agens, quam excipiens, non eſt neceſſario ſeruandus in iudicijs. eodem. numero 39.

P

PACTVM tacitum de non iurando de calumnia inter partes, quomodo poſſit intelligi, de quo Alberic. in l. 2. numero 26. C. de iureiurando propter calumniam. capit. 12. num. 19.

Pactum priuatorum ius publicum non poteſt immutare, eod. num. 35.

Pactum tacitum quod dici poſſit, remiſſiue. cap. 14. num. 63.

Papa non diſpenſat in ijs, quæ ſunt inducta iure diuino. cap. 3. num. 26.

Papæ conſtitutio fundata in iure diuino ligat etiam Papam quoad mentem, licet non quoad verba, & formam. eod. num. 27.

Vide etiam Pontifex.

Paria ſunt ſcire, & ſcire debere. cap. 16. numero 163.

Paria ſunt concluſum eſſe in cauſa, & ſententiam eſſe latam. cap. 10. num. 8.

Ea regula declaratur. num. 50.

Paria ſunt aliquid non fieri, vel perperam, & inutiliter. cap. 16. num. 87.

Paries quando dicatur communis pro diuiſo. cap. 13. numero 230. pro indiuiſo. 231. & pro diuiſo, vel indiuiſo dicitur tacite, & expreſſe. num. 232.

Paries communis pro diuiſo in dubio præſumitur. eod. num. 233.

Parietis communis multa habentur, eod. numero 234.

Patris conſenſus requiſitus ad validandum iudicium cum filio agitatum, quandocunque accedat, validat iudicium retrofactum. cap. 15. num. 47.

Patri quando quæritur vſusfructus in bonis per filium quæſitis requiritur conſenſus patris in iudicio pro eius intereſſe, eodem, numero 48.

In alijs bonis, in quibus patri ius aliquod non quæritur filius habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio, ſine conſenſu patris.

tris.ibidem.

Pater quomodo cogi poſſit ad præſtandum conſenſum filio litiganti.cap.15.num.51.

Pater non habet vſumfructum in omnibus bonis per filium acquiſitis, ſed in quibuſdam caſibus ſpecialibus.cap.15.num.52.

Pater in bonis aduentitijs filij habet vſumfructum regulariter.eod.num.53.

Pater habet vſumfructum etiam in bonis relictis filio naſcituro, maxime ſi Notarius ſtipulatus eſſet pro dicto filio,eod.num.54.

Et etiam in legitima filij.numero 55.

In bonis filij emancipati tantum pro ciuili dicto filio emancipato.numero 60.

Et in bonis omnium deſcendentium emancipatorum pro virili.num.61.

Pater non habet vſumfructum in bonis filij aduentitijs, ſi pater eſt dilapidator bonorum. cap.15.num.56. In dote filij.num.57.

Et in bonis aduentitijs filij, quando vſusfructus eſſet patri prohibitus.num.59.

Pater non habet vſumfructum in bonis filio donatis ab Imperatore. capit.15. numero 62.ab Imperatrice.num.63.a Rege.num.64.a Summo Pontifice Romano.num.65. ab Illuſtriſſimis, & Reuerendiſſimis Dominis Cardinalibus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ. num.66. neque a Principibus, & Rebuſpublicis non cognoſcentibus ſuperiorem. eod. numero 67. neque in caſtrenſibus.ibid.

Pater non trahet vſumfructum in bonis filij in pluribus alijs caſibus,eod.num.68.

Pater ſi comparet in iudicio moto per filium cōtra ſe, & non excipit de venia petita proceſſus teneret.eod.num.72.

Pater tenetur iurare de calumnia in bonis filij in quibus eſt legitimus adminiſtrator. cap.15.num.84.

Et etiam ſiue agat, ſiue excipiat.num.86.

Pater tenetur iurare de calumnia, ſiue pater agat, ſiue conueniatur, vt legitimus adminiſtrator filij, ſiue nomine filij, ſiue nomine ſuo, & filij ſimul.eod.num.87.

Et declara hoc, vt num.90.

Pater poteſt de calumnia iurare ſine ſpeciali mandato, quia eſt legitimus adminiſtrator.eod.num.89.

Pater, & quilibet alius adminiſtrator, ſiue ipſe cauſam agat, ſiue in iudicio aſſiſtat, ipſe iurat de calumnia indifferenter in bonis, in quibus habet vſumfructum. eod.num.92.

Pater de calumnia, & alia facit in iudicio de conſenſu filij, & quare.eod.num.95.

Pater non conuenitur, vt pater, ſed vt dominus.cap.15.num.98.

Pater, & filius ſimul iurant in bonis in quibus, vſusfructus patri quæritur & quomodo id procedat.cap.15.num.100.

Pater litigans contra filium ſi conſtat iudici, quod calumnietur, poterit, & debebit cogi ad iurandum de calumnia. cap. 18.numero 57.

Pater non tenetur iurare de calumnia, & ab eo excuſatur dum litigat cum filio. cap. 18. numero 8.

Et non excuſatur a parte, ſed a lege a iuramento calumniæ.ibid.

Patronus litigans cum liberto præſtare non tenetur iuramentum calumniæ, & ab eo excuſatur.cap.18.num.22.

Et remittitur iuramentum a lege non autem a parte.ibid.

Pauperi non potenti venire ad iurandum de calumnia in iudicio, vt quia eſt male indutus, & indedecus conditionis mittitur Notarius ad recipiendum iuramentum. capit. 17. numero 56.

Periurus non dicitur qui non iurauit. capit.23. numero 25.

Periurus in iuramento calumniæ non poteſt criminaliter inquiri, & puniri ſecundum aliquos.cap.23.num.12.

Quæ ſententia reprobatur.num.13.

Periurus tenetur de calumnia iurare. capit.15. num.150.

Poteſt cogi ad iurandum, ſed eius iuramentum non admittitur, niſi quando eſt abſolutus.num.154.

Petens iurari de calumnia ab eo qui alias fuit periurus, exponit ſe maximo animæ periculo. ibidem.

Perſona ſi mutatur iuratur de calumnia.cap.9. num.3.& 12.

Perſona principalis dicitur illa, quæ ſuo nomine litigat.cap.15.num.3.

Perſona principalis tenetur litigans iurare de calumnia ſi principalis perſona commode haberi poſſit.eod. num.4. Et etiam ſi ſuus Aduocatus iuraſſet.num.5.

Et etiam ſi ſuus procurator iuraſſet.num.6.

Et poſtea reſpondiſſet poſitionibus illaſq; negaſſet, quia principales ipſe vt melius informatus reſpondere cogetur.num.7.

Perſona principalis litigans, quod cogatur iurare de calumnia, intelligitur de iure ciuili: quia de iure canonico ſufficit quòd pro-

curator

curator iuret.cap.15.num.8.
Perſona principalis litigans tenetur iurare de calumnia, etiam ſtagens pro ipſo fideiuſſiſſet de rato.eod.num.9.
Plures perſonæ aliæ tenentur petere veniam agentes.cap.15.num.83.
Perſona non dicitur obligata in reali actione.cap.15.num.334.
Perſonæ Eccleſiaſticæ habentes regalia ab Imperio, & Imperatore habent iudicem eundem.cap.15.num.339.
Perſonæ Eccleſiaſticæ iurant tacto pectore.eod.num.351.
Et quare ſit.352.
Perſona omnis principalis litigans, tenetur iurare de calumnia.cap.17.num.1.
Perſonæ egregiæ abſenti mittitur Notarius ad recipiendum iuramentum calumniæ.cap.17.num.13.
Perſonæ quæ non teneantur præſtare iuramentum calumniæ, & excuſentur ab illo.cap.18.per totum.
Petens quæſtionem ſeruorum ad propalanda bona hæreditaria, tenetur de calumnia iurare, & quòd non odio ſeruorum, vel ad offenſas cohæredum id petit, ſed quia aliter rerum hæreditariarum veritatem oſtendere, vel inquirere nequit.cap.15.num.189.
Quod iuramentum procedit inter cohæredes.num.190.
Petens edi rationes, & iura debet iurare de calumnia.cap.15.num.192.
Et petens ſequeſtrum.num.193.
Petens fieri actum iudicialem debet ſubminiſtrare expenſas fiendas in dicto actu explicando.cap.17.num.28.
Petens iurare de calumnia &c, vel nemine petente, an expenſas ſoluat vide, expenſæ.
in Petitionibus mutuis vtraque pars præſtat duo iuramenta, vnum vt actor, aliud, vt reus.cap.7.num.45.
Pœna maior irrogatur contrauenienti iuramento, quam præuaricationi fidei. cap.1.numero 7.
Pœna l.2. C. de iureiurãdo propter calumniam, & ſimilium dirigitur contra eum, qui facit contra legem, non autem contra eum, qui implet mandata legis.cap.7.num.56.
Pœna impoſita non iurantibus non tranſit ad hæredes, ſi actor, ſeu reus principalis moriatur ante ſententiam declaratoriam.cap.14.num.42.
Pœna recuſantis reſpondere poſitionibus mor-tuo recuſante ad hæredes non tranſit.
Pœnæ legales per deſiſtentiam euitantur. cap.14.num.167.
Pœna impoſita recuſantibus iurare de calumnia, an habeant locum in tertio veniente, & admiſſo, aut vocato ad cauſam. cap.14.num.192.
Pontifex Romanus eſt ordinarius cunctorum Epiſcoporum: vt pater patrum concurrit cum omni poteſtate: Excommunicauit etiam alienos ſubditos præditos etiam Regali, ac Imperiali dignitate. cap.15.num.322.323.324.
Mandare non poteſt, vt Clerici ſubiaceant foro laico.331.Vide etiam Papa. Non tenetur præſtare iuramentum calumniæ, & ab eo excuſatur.cap.17.num.5.
Poſitionum datio, & illis facta reſponſio, eſt ſpecies probationis, & qui non admittitur ad probandum; nec admittitur ad ponendum.cap.2.num.11.
Poſitionibus reſpondetur de credulitate per verbum credo, vel non credo. capit.8.numero 3.
Poſitionibus reſpondens poteſt reſpondere, Dubito, & quando.cap.8.num.9.
Poſitionibus ignoratis, quomodo eſt reſpondendum per verbum credo, & non credo.cap.8.num.12.
Poſitionum copia, an ſit concedenda reo petenti, & quando.cap.11.num.21.
Poſitionibus monitus reſpondere, ſi non reſpondeat, habetur pro confeſſo. capit.14.numero 72.
Poſitionibus reſpondens imperfectè, habetur pro confeſſo, ac ſi non reſpondiſſet. eod.numero 73.
Poſitionibus iuſſus reſpondere non habetur pro confeſſo, niſi hæc tria concurrant; videlicet, quod ſit præſens in iudicio, & ſint ſibi lectæ poſitiones; ſecundum quòd ſit iuſſus à iudice; tertium quòd rationabili cauſa recuſet reſpondere.cap.14.num.74.
Poſitionibus criminoſis quis non cogitur reſpondere.cap.14.num.76.
Poſitioni criminoſæ tenetur reus reſpondere, dum iudex ex officio ponit, & interrogat.eod.num.77.
Poſitioni criminoſæ reſpondendum quando illa concernit pecuniarium commodum tantum.eod.num.78.
Poſitioni criminoſæ reſpondere tenetur monitus, quando ipſe ſuper quo interrogatur locupleta-

cupletaretur cum aliena iactura. eod. numero 79.

Poſitioni criminoſæ tenetur reus reſpondere in cauſa criminali. capit. 14. num. 80.

Poſitioni criminoſa reſpondendum eſt quando crimen, de quo in poſitione agitur, eſt notorium & conſtat in actis. eod. num. 81.

Poſitio detegens turpitudinem dicitur criminoſa. eod. num. 82.

Poſitionibus captioſis reſpondere non tenetur monitus. cap. 14. num. 83.

Poſitio quando dicatur captioſa, remiſsiue. eod. num. 84.

Poſitio criminoſa dicitur, ſi A. mutuauit B. centum, quæ centum B. reſtituit ipſi A. qui A. conuenıendo B. ponit, ſe ei mutuaſſe centum, & non explicat reſtitutionem ſubſequutam. cap. 14. num. 85.

Poſitioni prædicta de mutuo, quomodo reſpondeatur. cap. 14. numero 86. 87. 88 90. 92. & numero 94.

Poſitio quando eſt captioſa, reclamandum eſt iudici, qui eam reformet. capit. 14. numero 93.

Poſitionibus incertis nõ tenetur reſpondere monitus. eod. num. 96.

Poſitiones fieri non debent ſub diſiunctiua, quia diſiunctiua continet incertitudinem. cap. 14. num. 97.

Poſitionibus generalibus monitus, non tenetur reſpondere. eod. num. 98.

Poſitiones generales ſemper interpretantur contra ponentem.

Poſitionibus non habentibus tempus expreſſum, non eſt reſpondendum. capit. 14. numero 99.

Poſitionibus obſcuris non tenetur monitus reſpondere. cap. 14. num. 100.

Impoſsibilibus num. 101.

Et impertinentibus. 102.

Poſitionibus impertinentibus reſpondendum eſt de ſtilo. cap. 14. num. 103.

Poſitio, ſeu articulus dum dubitatur, an ſit pertinens, vel impertinens, eſt admittenda a iudice, ne proceſſus retardetur. cap. 14. numero 104.

Poſitiones quando dubitatur, an ſint pertinentes, vel impertinentes, admittuntur cum clauſula, Saluo iure impertinentium, & non admittendorum.

Poſitiones, & articuli non admittendi ſtante clauſula, ſaluo iure impertinentium, & non admittendorum, habentur pro non admiſsis. cap. 14. num. 105.

Poſitio, ſeu articulus aliquis ſi impertinens fuerit, & deſuper aliquis teſtis examinaretur, dicta teſtis, & omnia inde ſequuta reyciuntur. eod. num. 106.

Poſitiones, & articulos impertinentes poteſt iudex reycere etiam poſt factas probationes. eod. num. 107.

Poſitiones, & articulos impertinentes neque cum clauſula, ſaluo iure impertinentium & non admittendorum admittere debet iudex & iudex melius faceret, ſi prius diſcuteret an ſint admittendi, vel non admittendi. cap. 14. num. 108.

Poſitiones articuli, & capitula videntur inter ſe differre. eod. num. 109.

Poſitiones, & articuli hodie confunduntur, & per eadem verba diſpoſitiua. eod. numero 110.

Poſitionibus iuris ciuilis, ſeu municipalis non tenetur monitus reſpondere. cap. 14. num. 111. & 115.

Poſitio iuris dicitur etiam ſi contineat illa verba, ſolemniter, & legitime. eod. numero 112.

Poſitionibus fundatis in conſuetudine non tenetur monitus reſpondere. capit. 14. numero 113.

Contrarium num. 114.

Poſitionibus non tenetur monitus reſpondere in caſibus, in quibus iuramentum litis deciſiuum recuſare poteſt. capit. 14. numero 116.

Poſitionibus productis poſt lapſum termini ad probandum non tenetur monitus reſpondere. eod. num. 117.

Poſitionibus ſuperfluis non tenetur reſpondere monitus cap. 14. num. 120.

Poſitionibus conceptis non diſpoſitiue, ſed interrogatiue monitus non tenetur reſpondere. eod. num. 121.

Poſitionibus ante litem conteſtatam fieri ſolitis, quas præparatoria aliqui vocant, & magis proprie, improprie enim dicuntur poſitiones, tenetur monitus reſpondere, licet ſint interrogatiue concepta eod. num. 122.

Poſitionibus non contentis, non comprehenſis, nec intellectis ſub iuramento non tenetur monitus reſpondere. cap. 14. num. 123.

Poſitionibus quibus ſemel reſponſum fuit non tenetur monitus reſpondere. eod. numero 124.

Poſitionibus requirentibus alium, qui reſpondeat

deat, quam reſpondentem, non tenetur monitũ reſpondere.eod.num.126.
Poſitionibus contrarijs reſpondere monitus non tenetur.cap.14.num.127.
Poſitionibus contrarijs reſpondens eſt periurus. eod.num.128.
Poſitionibus alias deciſis per iuramentum non tenetur monitus reſpondere.eod.num.129.
Poſitionibus continentibus vtrum reſpondens bona, vel malæ fide poſſideat, non tenetur monitus reſpondere.cap.14.num.130.
Et continentibus factum.numero 131.
Et contrarium.
Poſitiones ſi fiant ſuper facto alieno, & reſpondens ſciuerit, ſi conuincatur de mendacio, contra eum poterit in litem iurari.capit.14. num.132.
Poſitionibus negatiuis non tenetur monitus reſpondere.cap.14.num.132.
Contrarium.num.134.
Et conciliatio opinionum contrariarum.numero 135.136.137.139.141.
Poſitiones negatiuæ quando admittuntur, ibi & contra præſumptionem iuris, & de iure admittuntur.cap.14.num.140.
Poſitionum negatiuarum in dubio præſumitur ignorantia in dubio.eod.num.142.
Poſitioni alternatiuæ non tenetur monitus reſpondere.cap.14.num.143.
Poſitioni negatiuæ tenetur monitus reſpondere; quando talis alternatio oritur ex contractu.cap.14.num.144.
Poſitionibus datis per modum exceptionis non tenetur monitus reſpondere. capit.14. numero 145.
Quæ continet aliquid exiſtens in animo reſponſuri.num.146.
Multiplicibus 148. Detegentibus turpitudinem reſpondentis. num.151. Et alias indebitis.num.157.
Poſitionibus concernentibus bonum ius, quando reſponſurus authorem obligatum de euictione.cap.14.num.147.
Poſitio ſi eſt multiplex, poteſt reſponſurus inſtare, vt ponens melius explicet factum, & diſtincte, vel eam valet diuidere ipſemet reſponſurus.cap.14.num.149.
Poſitionem multiplicem poteſt index reuidere, & eam diuidere. eod.num.150.
Poſitioni detegenti periurium reſpondentis non tenetur monitus reſpondere. capit.14. numero 152.
Et continenti excommunicationem. numero 153.
Poſitionibus continentibus obiectiuam materiam, niſi poſitiones ſint bene ſpecificatæ, & diſpoſitiue conceptæ non tenetur monitus reſpondere.eod.num.155.
Poſitionibus obiectiuis alicuius defectus, & ſunt de iure dantis, quia pendent ex gratia obtenta; vt quando ageretur ad verificationem gratiæ. & ſi neutri, in qua obiectio eſt de iure dantis eſt reſpondendum, & tales poſitiones, & articuli admittuntur. cap.14. num.156.
Poſitionibus reſpondetur de credulitate: attamen dicta reſponſio æque præiudicat, ac ſi reſponderetur de veritate.cap.19.num.22.
Poteſtas Beati Petri, & Succeſſorum & Sacrorum Conciliorum Vniuerſalium, in Eccleſia Dei.cap.3.num.29.
Prælatus non eſt iudex competens in cauſa ſuæ Eccleſiæ propter commodum quod inde ſentit.cap.15.num.389.contra 386.
Prælati quòd teneantur iurare de calumnia, & quomodo: & quibuſcunque alijs circunſtantijs requiſitis, & modis, & quibus in cauſis vide multa de eis per plures num.cap.15.
Prælati inferiores Epiſcopis ad quæ teneantur in litibus æque, ac Epiſcopi. capit.15. numero 37.
Prælatus mouens litem iniuſtam & calumnioſam an puniatur ipſe, vel noceat eccleſiæ, remiſſiue.cap.23.num.6.
Prætores communiter non mandant de calumnia iurari, ſed ſufficit petitio partis. cap.18. num.45.
Prætor non poteſt quandocunque non mandare, vt iuretur de calumnia.ibid.
Princeps non poteſt tollere iuramentum in genere, ſed bene poterit tollere iuramentum calumniæ in ſpecie cap.3.num.28.
Principalis abſens iurat de calumnia. capit.15. num.239.
Vide Dominus Principalis.
Priuatus agens contra Fiſcum, a quo cauſam habet, tenetur petere veniam. capit.15 numero 81.
Priuilegium cui conceſſum eſt, quod non iuret de calumnia parte aduerſa opponente, quòd priuilegium eſt falſum, vel ſubreptitium, tenetur iurare de calumnia. capit.15 numero 226.
Proceſſus, & ſententia ſecundi iudicij non ſunt nulla, ſi in priori iudicio petitum fuit iurari de calumnia, & non fuit iuratum, deinde

inde deuenitur ad ſecundum iudicium & in eo non petitur de calumnia iurari. capit. 7. numero 32.

Proceſſus non vitiatur ſi iuramentum calumniæ tacite remittitur.cap.12.num.10. Sed vitiatus eſſet ſi expreſſe remitteretur. eod. nu.13.

Proceſſus non vitiatur ſi aduocatus omittit præſtare iuramentum calumniæ.cap.15.nu.245.

Proceſſus factus in cauſa, ſi iuramentum peteretur, & non præſtaretur, eſſet ipſo iure nullus, non obſtante ſtatuto mandante non iurari de calumnia.cap.12.num.2.

Proceſſus, & ſententia ſunt ipſo iure nulla ſi petatur iurari de calumnia, & non iuretur, remiſſiue.cap.14.num.5.

Quomodo id intelligatur.

Proceſſus non dicitur inualidus, nec dicitur nulla ſententia, ſi petatur in actis nihil fieri, niſi iurato de calumnia, & ſibi petenti intimato, & iuretur quidem de calumnia, ſed non intimetur, & quare.cap.14.num.159.

Proceſſus fabricatus ab eo qui in animam propriam iurare tenetur, & non vult iurare, eſt nullus, nec eo poteſt iuuari principalis ſuus. cap.15.num.436. Et idem dicitur de proceſſu fabricato ab eo, qui tenetur iurare in animã ſui principalis, & recuſat iurare.ibidem.

Proceſſus per contradictas, & edicta non concedatur, niſi propter abſentiam. cap.16. nu.153. Et formatur contra procuratorem ſpecialem, qui ſe abſentauit, aut latitat modo quo ſupra. 154.

Procurator, & heredes, ac alij repræſentantes alias perſonas, tenentur iurare de calumnia, etiam ſi perſona repræſentata iuraſſet. cap.9. numero 19.

Procurator in rem ſuam dicitur principalis. caput.11.num.14.

Procuratori petenti terminum ad cõſulendum dominum, quando concedi debeat, ſi monitus reſpondere poſitionibus.cap.11.num.18.

Procuratori petenti inducias ad certiorandum dominum, ſi eſt monitus reſpondere poſitionibus, quomodo concedatur.eod.num.20.

Procuratori quando concedi non debeat terminus ad deliberandum ſuper iuramento calumniæ.cap.11.num.22.

Procurator eſt admittendus in criminalibus in penis pecuniarijs, & a pœna relegationis infra, & quando etiam ageretur de priuatione, ſeu depoſitione ab ordine, ſeu dignitate. cap.15.num.26.

Procurator iurat de calumnia.eod.num.248.

Procurator quòd iuret de calumnia intelligitur de Procuratore ad lites.cap.16.num.1.

Procurator dictio habet varios ſignificatus. eodem numero 2.

Procurator regulariter non poteſt de calumnia iurare.eod.num.3.& 11.

Et quòd poſſit.num.4. Et in quo procedat. numero 6.7.12.& 13.& 14.& 35.

Procurator Eccleſiaſticarum perſonarum agentium pro Eccleſia, vel pro re Eccleſiæ indiget ſpeciali mandato, licet ipſæ perſonæ Eccleſiaſticæ non indigeant. eodem. capit.16. numero 10.

Procurator cum mandato generali, & facultate iurandi de calumnia, ſiue cum clauſula, ad lites, poteſt de calumnia iurare ex obſeruantia Cameræ Imperialis, & Vrbis Romæ, ac Communi.cap.16.num.28.

Et in animam propriam.num 29.

Procurator cogi poteſt ad iurandum de calumnia etiã ſi ſuus principalis iuraſſet.eo.nu.30.

Procurator non poteſt iurare in animam Domini, niſi in mandato ſit expreſſum, quod poſſit de calumnia iurare in animam Domini. eod.num.31.

Procurator non admittitur ad iurandum de calumnia, niſi in mandato adſit commiſſio. capit.16.num.32.

Nec poteſt iurare etiam ſi cum cautione de rato, &c. fuiſſet admiſſus.33.

Procurator cum mandato ſpeciali, & facultate iurandi de calumnia, poterit cogi ad iurandum de calumnia etiam appellatione remota remiſſiue.cap.16.num.40.105.& 134.

Procurator habens ſpeciale mandatum non iurat in animam propriam, ſed in animam domini ſui.eod.num.41.

Procurator habens generale mandatum cum facultate iurandi de calumnia in animam domini poterit iurare, & ſi non habeat mandatum ſpeciale.cap.16.nu.43. Et plures alias conditiones, differentias, & circumſtantias ipſius procuratoris quo ad iurandum in animam propriam, vel in animam domini vide per plures num.ſeqq.

Procurator Fiſci tenetur iurare de calumnia. cap.16.num.171.

Sed in practica non ſeruatur. 172. & cap. 18.num.14.& ſeqq.

Procurator in rem ſuam tenetur iurare de calumnia, quia ipſe dicitur principalis. eod. numero 174.

An dilatio ſit concedenda.176.

Procurator non conſtituitur ante litem cōteſtatam per tutores & curatores.cap.16.nu.184.

Procurator calumniam committens punitur in expenſis de ſuo proprio.cap.23.num.6.

Promittens de rato in iuramento calumniæ, non cōfirmatur procurator eo ipſo, quòd principalis iurauit de calum. ſed ipſe conueniri poterit ſi Dominus ratum non habeat.cap.15.nu.10.

Proteſtatio facta a petente iurari de calumnia, vt poſt iuramentū præſtitum ſibi intimetur, & proteſtatio, & petitio partis, cui nullū ius adſtipulatur.cap.14.numero 160. Et ſi iudex mādaret iurari de calum. cum intimatione, dicta intimatio reſpicit, quod decretum intimetur, & non iuramentum calumniæ.ibid.

Pupillus iurare debet de calumnia in cauſis, in quibus habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio.cap.15.num.33. Et exemplificatur in pupillo agente in cauſa momētaneæ poſſeſſionis.numero 34.

Pupillus ſi læditur in iuramento calumniæ, reſtituitur.eod.num.35.

Pupillus reus non habetur pro confeſſo ſi eius tutor nolit iurare de calumnia.cap.21.nu.11.

Q

QVALITATES *duæ interuenire debent, vt reus recuſans iurare de calumnia pro confeſſo habeatur.cap.14.num.36.*

Prima ibid.

Secunda.num.37.

Quæ dicuntur de filio, dicuntur de omnibus deſcendentibus.cap.15.num.93.

Quæſtio, quæ ſæpe accidit, in qua petitur ante iurari de calumnia, & non præſtatur tale iuramentum, ſed præſtari prætenditur poſt conclusum in cauſa, vel mandata relaxata. cap. 10.num.53.

Quæſtio an iuramentū calumniæ reſpiciat præterita & ad ea extēdatur, nō eſt, vt Socin. placuit, modici præiudicij, ſed magni. eo.nu.66.

Querela de calumniæ poſita per reum contra accuſatorem, quando intelligatur probata. cap.23.num.22.

Quilibet poteſt fauori ſuo renunciare. cap.7. numero 50.

R

RECVSANS *omnis de calumnia iurare, perdit cauſam.cap.14.num.30.*

Intellige tamen, vt ibidem.

Recuſans iurare de calumnia, tenetur iniuriarum alteri parti.cap.14.num.31.

Recuſans iurare ad hoc vt pro confeſſo haberi poßit, & incidat in pœnas recuſantis, opus eſt, vt ſine iuſta cauſa recuſet, aliàs ſecus eſt. eod.num.38.

Recuſans iurare de calumnia in cauſa ſpirituali quomodo habeatur pro confeſſo.cap.19.numero 43.

Recuſans iurare: vide Minor. Pupillus. Eccleſia. Dominus.

Regula quod iuramentum calumniæ peti, & exigi poßit in quacunque iudicij parte declaratur, vt procedat, dummodo petatur ante ſententiam.cap.10.num.4.

Regula prædicta declaratur, vt procedat dummodo iuramentū calumniæ petatur ante conclusionem in cauſa factam.eod.num.7.

Regula, & concluſio firmatur quod iuramētum calumniæ præſtandum ſit, facta litis conteſtatione.cap.10.num.34.

Regula dicta, & concluſio declaratur procedere ſiue lis ſit conteſtata vere, vel ficte tū nominantis dominum in iudicio, tum nominati dum ageretur ex forma.cap.10.num.35.

Regulæ declaratio, quod paria ſunt concluſum eſſe in cauſa, & ſententiam eſſe latam. cap. 10.num.50.

Regula quod indefinita æquipollent vniuerſali, non habet locum vbi non eſt eadem ratio. cap.16.num.75.

Et limitatur in dicto teſtis, & quod in eo non procedat. num. 76. Et pluribus modis, remiſſiue, limitatur.num.77.

Remißio expreſſa iuramenti calumniæ continet turpe pactum.cap.12.num.16.

Ratio potior, cur expreſſa remiſsio iuramenti calumniæ improbetur eſt, quia in expreſſa remißione lex eſt ſuſpicata contra litigantes.cap.12.num.17.

Res eadem non debet diuerſo iure cenſeri. cap. 16.num.24.

Declaratur num.26.& 146.

Reſcripto Principis non poteſt auferri iuramentum calumniæ, ſi eſt inductum iure naturali proprio, & primæuo, quod omnibus animantibus eſt commune. capit. 13. numero 16.

Reſcripto Principis auferri poteſt iuramentum calumniæ, ſi eſt inductum iure poſitiuo. eod. numero 17.

Reſcripto quando Princeps tollit iuramentum calumniæ, debet ponere in reſcripto clauſula,

la, Non obſtante tali lege, ſecundum Socin. & Curt.cap.13.num.18.

Eius opinio quo caſu poſſit habere locum. numero 21.

Si non expreſſe tollit iuramentum calumniæ, non videtur tollere etiam, ſi cauſa eſſet commiſſa ſummarie, de plano, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij. capit. 13. numero 19.

Reſcripto quando Princeps tollit iuramentum calumniæ ſufficit apponere clauſulam, Non obſtante quacunque lege, ſecundum Albericum.cap.13.num.20.

Et eius opinio quo caſu locum habeat. numero 21.

Princeps ſi apponeret in reſcripto clauſulam quod procederetur manu Regia, & nullis terminis ſeruatis, non intelligeretur ſublatum noſtrum iuramentum.eod.num.23.

Reſcriptum ſubreptitium redditur ſi in eo narratur comparentium, cuius poſitiuum non ſit verum.cap.16.num.147.

Reſponſio poſitionibus facta per clauſulam, Non credit, vt ponitur, non eſt bona, obſtante ſtatuto, quod poſitionibus ſimpliciter reſpondeatur.cap.14.num.90.

Reſponſio præmiſſa per clauſulam, Non credit, vt ponitur, non obſtante ſtatuto dictante quod ſimpliciter reſpondeatur poſitionibus, quando poſitio eſſet implicata.eodem. numero 91.

Reſponſio facta poſitioni ſub conditione non valet, & reſpondens cogi poterit ad reſpondendum præciſe.cap.14.num.95.

Reſtitutio non conceditur domino aduerſus negligentiã procuratoris nolentis iurare de calumnia in animam domini. capit.16. numero 89.

Et etiam conceditur, quando procurator non eſt ſoluendo ita, vt dominus contra eum agendo non poſſet recuperare damna, & intereſſe. num. 90.

Et an concedatur in non iurando. numero 160.

Reſtitutio conceditur minori, etiam ſi habeat regreſſum contra tutorem. capit. 19. numero 57.

Sed non conceditur aduerſus confectionem inuentarij, ſi minor habet regreſſum contra tutorem, & curatorem qui ſint ſoluendo: & niſi prius diſcuſſis ijſdem. capit. 19. numero 58.

Reus recuſans de calumnia iurare habetur pro confeſſo in illis, quæ ab eo quæruntur. cap.14. num.19.

Et etiam in replicationibus.num.22.

Quod habet locum etiam in criminalibus. eod.num.20.

Reus tamen non habetur pro confeſſo, quando vellet purgare contumaciam. cap.21.numero 9.

Et quando vtraque pars concordaſſet de non iurando.num.10.

Reus recuſans iurare de calumnia, habetur pro confeſſo etiam in cauſa ſpirituali, remiſſiue.cap.14.num.23.

Et non ipſo iure. num.24.

Quomodo id intelligatur, ibidem, remiſſiue.

Reus habetur pro confeſſo per ſententiam iudicis, ſi recuſat iurare de calumnia. cap.14. numero 25.

Reus recuſans iurare, habetur pro confeſſo non ſolum in negocio principali, verum etiam in omnibus exceptionibus peremptorijs. cap. 14.num.32.

Sed non in dilatorijs, & in habilitantibus perſonam actoris.num.33.

Reus ſi renuit de calumnia iurare, quibus contra eum remedijs vtetur iudex, remiſſiue eod.num.35.

Reus debet eſſe monitus a iudice, & non a nuncio ad iurandum de calumnia ad hoc, vt habeatur pro confeſſo non iurando. capit. 14. num. 71.

Reus eſt fauorabilior actore. capit. 16. numero 122.

Rex non iurat de calumnia, & ab illo excuſatur.cap.18.num.2.

Rigor ſi eſt in ſpecie ſcriptus, & ſimiliter æquitas in ſpecie ſcripta, rigor æquitati præfertur.cap.7.num.23.

S

SABBATHI dies feſtus eſt mandatus iure diuino.cap.3. num.20.

Sabbathi quamuis eſſet dies feſtus iure diuino, fuit in Veteri Teſtamento per Machabæorum ducem deſuper facta ordinatio. eodem. numero 21.

Sacramenta alia præter Matrimonium habuerunt vim poſt lapſum Adæ. cap.3. num.22.

Senex quis dicatur.cap.17.num.15.

Seni abſenti mittitur Notarius ad recipiendum iuramentum calumniæ.eodem.num.14.

Senſus, in quo res prauales, capi debet remiſſiue ad varias materias. capit. 16. numero 74.

Sententia ſuper negocio principali ſi feratur in fauorem Titij, qui recuſauit iurare, vnde nulla eſſet, An poſſit iudex de nouo ſententiare. cap. 7. num. 57.

Sententia nulla non dicitur ſententia. eod. numero 58.

Sententia in puncto iuris eſt nulla, ſi Titius in terminis ſubſtantialibus petijt iurari de calumnia, & Seius in cuius fauorem lata eſt, non iurauit, capit. 7. numero 29. & 31. in fin.

Sententia non poteſt dici nulla, quæ fertur in fauorem Seij, & contra Titium, ſi Seius petijt de calumnia, & Titius non iurauit, & Titius non poteſt dicere ſententiam contra ſe latam eſſe nullam, ex quo ipſe requiſitus noluit iurare. cap. 7. num. 46.

Sententia ſuper negocio principali lata pro eo, qui inſtetit iurari de calumnia contra aduerſarium qui non iurauit, poteſt dici nulla conditionaliter. eod. num. 52.

Sententia debet ferri in vltima parte diei. cap. 10. num. 6.

Sententia valebit, ſi iuramentum calumniæ tacite remittitur. cap. 12. num. 11

Sententia eſſet nulla ſi iuramentum calumniæ expreſſe remitteretur. eod. num. 14.

Sententia iudicis, qua declarat reum haberi pro confeſſo, non eſt interloquutoria, ſed declaratoria diffinitiua. capit. 14. numero 26.

Sententia ſuper iuramento calumniæ poteſt peti, & non obtineri in eadem inſtantia ſine nouo proceſſu. cap. 14. num. 39.

Sententia, quæ fertur contra recuſantem iurare de calumnia, qualis debeat eſſe. cap. 14. numero 43.

Sententia condemnatoria datur in confeſſum poſt litem conteſtatam: ſecus autem ante. eod. num. 44.

Sententia nulla non eſt ſententia. capit. 14. numero 55.

Sententia nulla nullum operatur effectum. eod. numero 56.

Sententia non eſt nulla ſi A, agit, & poteſt aliquid probare per teſtes, & ad illos examinandos producit articulos; & ad id citat B. aduerſarium, qui B. proteſtatur non examinari aliquos teſtes, niſi iurato de calumnia. Deinde A. determinat vlterius non examinare teſtes, ſed probare per inſtrumenta, & non iurato de calumnia procedit ad ſententiam. cap. 14. num. 162.

Petitio iuramenti calumniæ in caſu præmiſſo reſpicit ſolum examen teſtium. ibid. & num. 64.

Sequeſtra nos vocamus ea, quæ in Germania dicuntur arreſta, ſeu impedimenta. cap. 15. num. 194.

Sequeſtra ſunt in duplici differentia, alia enim reſpiciunt perſonam, alia reſpiciunt bona. eod. num. 195.

Et reſpicientia perſonam. 196.

Sequeſtra contra carceratam perſonam, quando concedenda, & quando non. eodem. numero 197.

Sequeſtra perſonalia pro ſiſtenda perſona vaga, ſed de fuga ſuſpecta, vocantur mandata ſuſpicionis fugæ, & paſſim conceduntur ſine partis citatione. eod. num. 202.

Sequeſtra, ſeu arreſta perſonalia egregijs perſonis, & ſæpe Principibus, quomodo fiant pro concordandis creditoribus. eodem. numero 203.

Sequeſtra ſeu arreſta perſonalia, ſiue mandata ſuſpicionis fugæ conceduntur de ſtilo docto de credito, & iurato de ſuſpicione fugæ. eod. num. 204.

Quando concedi, vel non concedi poſſint, & debeant. 205.

Et ſi ſtatutum id permittat, intelligitur, ſi poſt contractum debitum ſuperueniſſet noua ſuſpicionis cauſa. num. 206.

Deterioratio conditionis poſt contractum debitum, & dicta deteriorationis probatio eſt neceſſaria ad obtinenda dicta ſequeſtra, ſeu arreſta perſonalia, vel mandata ſuſpicionis fugæ. eod. num. 207.

Sequeſtra realia ſunt in duplici differentia, & quando concedantur pro capiendis bonis ad effectum aſſecurationis iudicij. eodem numero 211.

Et quomodo fiant in manibus debitoris noſtri debitoris. ibid.

Et iuramentum calumniæ requiritur a quocunque obtinente quodcunque ex prædictis ſequeſtris. eod. num. 212.

Et expenſæ factæ in dictis ſequeſtris imputantur creditori, ſi fiunt parte non citata. eod. num. 210.

Et ſi fiunt ſoluet debitori. ibid.

Sequeſtra tolluntur ipſo iure præſtita fideiuſſione de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo.

do.eod.num.215.& 222.
Et aliquando praſtita tantum iuratoria cautione.num.223.
Sequeſtrum expirat triennio. capit. 15. numero 224.
Seruus tenetur de calumnia iurare in ijs cauſis in quibus habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio.cap.15.num.36.
Et exemplificatur in cauſa momentanea poſſeßionis.num.37.
Sindicus & Oeconomi &c. Vide Oeconomus.capit.15.num.424.& ſeqq.
Solemnitates requirẽtes praſentiam proximiorum, & iudicis, dictiq́ iudicis decretum in contractibus, & quaſi contractibus in iudicio, & extra mulierum, & minorum per reformationes Tiburis habet locum in iuramento calumnia, & litis conteſtatione.cap.14.num.194.
Species, & genus aliter accipitur a Philoſophis, & aliter a Legiſtis. capit. 1. numero 11.
Sportulæ dari poſſunt.cap.5.num.20.
Sportula quid.eod.num.21.
Sportulæ an, & quando debeantur. eodem numero 22.
Sportularum materia, vbi habeatur. eod.numero 23.
Sportula an licitè dari, & recipi poßint de conſuetudine.eod.num.24.
Sportula non debentur aſſeſſoribus. eod. numero 25.
Statutum ita eſt interpretandum, vt aliquid addat iuri communi, & fruſtratorium non ſit nihil operando.cap.12.num.21.
Statutum nihil operaretur, ſi reciperet interpretationem, quod iuramentum calumnia a ſe mandatum intelligatur, ſi petatur a parte.eod.num.22.
Statuti forma eſt ſeruanda, aliàs illa, qua geruntur, ſunt nullius momenti. cap.12.numero 24.
Statutum non ſolum non poteſt tollere iuramentum calumnia, ſed nec differre. cap.13. numero 3.
Statutum, & lex poſſunt tollere, & differre iuramentum calumnia cum limitationibus premißis in conſuetudine. cap.13. num.12.
Suſpectus de fuga quis iurari poteſt etiam lite pendente.cap.15.num.208.
Suſpectus de fuga iuratus pro maiori quantitate, quam ſit debitor, conſtito de hoc debet relaxari.eod.num.209.

T

TACITI, & expreßi, quod eadem ſit vis, quomodo procedat in iuramento calumnia.cap.12.num.18.
Tempus datum ad probandum alicui an currat infra tempus datum ad iurandum de calumnia.cap.14.num.193.
Termini ſubſtantiales decem ſunt, maxime ſi cauſa ſit profana. cap.7. num.25.
Termini ſubſtantiales ſunt communes vtrique parti.eod.num.27.
Termini ſubſtantiales ſunt communes vtrique parti non ſimpliciter, ſed ſecundum quid, & ſunt communes quoad dilationes vtrique parti.eod.num.28.
Termini ſubſtantiales ex vrbanitate, & non de rigore ſeruantur, quando per contradictas proceditur contra citatum ad totam cauſam.eod.num.30.
Quando proceditur per edicta idem eſt dicendum.
Et eſt nulla ſententia prædicta in fauorem Seij lata, dum ſimiliter proceditur per contradictas, & edicta.ibid.
Terminus datus parti non concludit iudici in eo, quod poteſt etiam contradicentibus partibus facere.cap.10.num.51.
Terminus, ſeu dilatio ad deliberandum concedi debet iurare debenti de calumnia ſecundum Bart.cap.11.num.1.
Cuius opinio quomodo poſſet ſaluari. numero 5.& 6.
Contrarium, & quod talis terminus, & dilatio non ſit concedenda, idq́ tenent omnes. num.2.& 4.& cap.18.num.31.
Ratio huius contrarij ex Marian. Socin. numero 3.
Terminus eſt indulgendus ad deliberandum ſuper tali iuramento, quando ſuperueniſſet cauſa propter quam veroſimiliter debens reſpondere, poſſet dubitare. capit. 11. numero 7.
Terminus prædictus concedendus eſt, quando aliquis qui iurare tenebatur, reſpondiſſet libello, & deinde iuramentum peteretur ab eius harede, vel procuratore. eodem. numero 8.
Terminus prædictus conceditur reo quando procurator litem eſt conteſtatus. eod. numero 9.
Terminus prædictus an concedi debeat procuratori,

ratori, eſt iudici arbitrarium, ſecundum Socin.cap.11.num.10.
Eiuſdem opinio quid parit, & quomodo limitatur.num.11.12.15.&16.
Terminus, ſeu dilatio ad deliberandum ſi non conceditur principali; ita nec concedi debet Procuratori in rem ſuam.capit.11.numero 13.
Terminus decendij ad appellandum non currit, niſi a die ſcientia domini, quando procurator non eſt ſoluendo, & negligens fuerit in appellando.cap.16.num.91.
Terminorum ſubſtantialium omißio percutit defectum citationis.cap.19.num.70.
Et defectum iuriſdictionis.num.71.
Seruari debent etiam coram Gubernat. Vrbis.72.
Terminum ſuſcipiens ad ſoluendum coram Domino Auditore Cameræ non poteſt petere, vt aduerſarius iuret de calumnia, quia confeſſus eſt debitum.cap.20.num.9.
Tertius vocatus, vel admiſſus ad cauſam tenetur iurare de calumnia. cap.15.numero 134.
Admittitur in ſtatu, & terminis, in quibus cauſa reperitur ſi non iurat de calumnia cadit in pœnas impoſitas non iurantibus cum diſtinctione tamen.num.135.
Semper gerit vices actoris, aut rei. numero 136.
Quomodo, & quando admittatur remißiue.numero 139.
Vt admittatur quid debeat docere. numero 140.
Veniens ad cauſam docto de ſuo intereſſe impedit exequutionem.num.141.
Et quando poßit impedire exequutionem obligationis Cameralis, remißiue. numero 142.
Teſtis iurat de veritate.cap.8.num.14.
Debet deponere per aliquem ſenſum corporis, ibidem.
Teſtis non deponens per ſenſum corporis, non probat.cap.8.num.15.
Teſtis interrogatus de proprio vitio, per quod à teſtimonio repelleretur, an debeat reſpondere, remißiuè.cap.14.num.154.
Teſtibus deponentibus pro damno vitando, magis creditur, quam deponentibus pro lucro captando.cap.16.num.115.
Thiphilims Hebræorum quid ſit. capit. 15. numero 175.
Tituli a primordio, poſterior formatur euentus.cap.16.num.143.&145.
Tranſactioni a ſe iurata, ſi maior vigintiquinque annis contrafaciat, ipſo iure cadit ab omni commodo contractus. capit. 7. numero 55.
Turcarum iuramento ſtandum eſt.capit.15.numero 168.
Quòd teneantur iurare: & quomodo. numero 165.& 167.
Turpitudinem ſuam nemo allegare debet. cap. 14.num.151.
Tutor tenetur iurare de calumnia.capit.15.numero 282.
Et in animam propriam.288.
Tutor quare iuret de calumnia, duæ redduntur rationes.eod.num.283.
Tutor interuenire debet, dum diſcutitur an minor teneatur iurare, vel non: ſed non debet authorare, ad iſto, vel illo modo reſpondendum.eod.num.285.
Tutor ſi non iurat requiſitus, eius contumacia non nocet pupillo.eod.num.287.
Et etiam id in curatore dicitur.ibid.
Tutores ſi plures fuerint, omnes iurant vel vnus pro omnibus.cap.15.num.288.
Quando id ſibi locum vendicabit. numero 289.
Quando plures ſunt dati in ſolidum, vel quaſi, vel ſunt dati cum præcepto, quod coniunctim procedant, vnuſne vel plures iurent.num.290.&291.
Tutor duorum pupillorum, qui ad inuicem litigant, non tenetur iurare de calumnia pro vtroque pupillo, ſed iſto caſu ipſe pro vno tantum pupillo iurabit, & pro alio actorem eliget.cap.18.num.41.
Et quando pro vtraque parte poteſt habere bonam fidem, vt ibi poterit iurare de calumnia pro vtroque pupillo. numero 42. &43.

V

VALETVDINARII, qui dicantur. cap.17.num.11.
Valetudinarijs abſentibus mittitur iuramentum calumniæ.ibid.
Vaſſallus agens contra dominum tenetur petere veniam.cap.15.num.76.
Vaſſallus agens contra dominum non tenetur petere veniam ſecundum Miſingerum, qui eam ſententiam dicit Germanis moribus comprobatam.eod.num.77.

Veniam

Veniam petere tenetur, qui vult conuenire cauſam habentem a Fiſco.cap.15.num.82.
Verba debent intelligi ſecundum ſubiectam materiam.cap.16.num.137.
Verbi, cogi, vis in iuramento calumniæ præſtando.eod.num.135.& 136.
Verſus, qui effecti ſunt a Doctoribus ſuper præmiſſis, quæ continentur ſub iuramento calumniæ.cap.2.num.13.
Vice dominus iurat de calumnia, ſiue ſit actor, ſiue reus,& quare.cap.15.num.364.
Victus victori condemnari debet in expenſis. cap.14.num.183.
Si non adeſt iuſta cauſa.183.
Quod procedit in reo, nunquàm in actore victo.190.
Ea cauſa non valet, cum adeſt ſtatutum, quòd condemnetur: vel expenſæ ſunt promiſſæ in inſtrumento.188.189.
Condemnatur etiam ſi victor non petat.185.
Etiam ſi victus eſſet hæres.186.
Victus condemnatur etiam in criminalibus.184.
Vniuerſitas iurat de calumnia, & eius forma, remiſſiue.cap.5.num.8.
Vniuerſitas tenetur iurare de calumnia.cap.15.num.107.
Vniuerſitatis iuramentum calumniæ præſtatur iurando omnes de Vniuerſitate, vel eorum maior pars.cap.15.num.108.
Et per idoneam partem Vniuerſitatis, licet non ſit maior.eod num.109.
Vniuerſitas iurat de calumnia per eius adminiſtratores.eod.num.110.
Vniuerſitas quod per Oeconomum iuret, eſt tutius.cap.15.num.111.
Et per Sindicum.num.112.
Vniuerſitas iurat de calumnia per eum qui eſt conteſtatus litem. capit.15.numero 113.& 117.
Vniuerſitas ſecularium quomodo iuret. eodem. numero 115.
Et Eccleſiaſtica.num.116.
Vniuerſitas non habet animam, ideo in eius animam non poteſt iurari.eod.num.121.
Vniuerſitas eſt nomen iuris, non perſonæ. eod. numero 122.
Vniuerſitas quid ſit reſpectiuè. eodem. numero 123.
Vniuerſitas per vnum non conſtituitur, ſed per tres.cap.15.num.124.
Et per vnum retinetur.ibid.
Vniuerſitas cogi poteſt ad conſtituendum Sindicum pro negocijs incumbentibus. eod. numero 125.
Et ad congregandum, & antequam congregari poſſit, & deliberare, non currit ei terminus Conſtitutionis, ſeu iuris.ibid.
Vſuræ ſunt prohibitæ iure Ciuili, Canonico, Naturali, & Diuino.cap.3.num.24.
Vſura non obſtante quòd ſit prohibita omni iure, vt ſupra, & etiam iure Diuino, Summus Pontifex determinat, quòd contractus factus hoc modo ſit vſurarius, & factus alio modo non ſit vſurarius.eod.num.25.
Vſusfructus morte vſufructuarij finitur, & ad hæredes non tranſit.cap.15.num.96.

INDICIS FINIS.

TRACTATVS DE IVRAMENTO CALVMNIAE,

AVTHORE ANTONIO DEL RE TIBVRTINO, I. V. D.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio omnis in iure periculoſa eſt, & rarò contingit, quin ſubuerti non poßit.*

2 *Diffinitio iuramēti calumniæ ex Hoſtien.*

3 *Diffinitio iuramenti calumniæ ex Pileo.*

4 *Diffinitio iuramenti calumniæ ex Mar. Soccino.*

5 *Diffinitio Hoſtien. & Pil. reprobatur à Soccin. & diffinitio Soccini reprobatur ab Auth.*

6 *Qui per alium facit, per ſe facere videtur.*

7 *Pœna maior irrogatur contrauenienti iuramento, quam præſtationi fidei.*

8 *Iuramentum calumniæ præſtatur generaliter ſuper tota cauſa, & non ſuper aliquo actu particulari. & num. 20. & 29. & 31.*

9 *Genus prædicatur in quid de ſuis ſpeciebus.*

10 *Differentia prædicatur in quale de pluribus differentibus ſpecie.*

11 *Aliter accipitur genus, & ſpecies à Philoſophis, & aliter à Legiſtis.*

12 *Multi Doctores tractarunt de iuramento, & eius ſpeciebus.*

13 *Doctores confundunt has tres iuramenti ſpecies, videlicet, Malitiæ, Calumniæ, & Veritatis.*

14 *Dicta tres iuramenti ſpecies de iure antiquo non præſtabantur in omnibus caſibus, ſed hodie præſtantur in omnibus caſibus.*

15 *Iuramentum malitiæ præſtatur in omnibus caſibus hodie.*

16 *Iuramentum calumniæ de iure nouißimo, præſtatur in omnibus caſibus.*

17 *Iuramentum veritatis de iure nouißimo, præſtatur in omnibus caſibus.*

18 *Iuramentũ malitiæ de iure antiquo, præſtabatur tam ante litem cõteſtatam, quam poſt litem conteſtatam, & tam generaliter, quam particulariter, & ſuper quolibet particulari articulo, & idem erat de iuramento calumnia, & veritatis.*

19 *Iuramentum malitiæ de iure nouißimo, præſtatur ante litem conteſtatam priuatiuè, quoad alia duo prædicta iuramenta.*

20 *Iuramentum calumniæ præſtatur tantùm poſt litem conteſtatam, ſed generaliter, & ſuper tota cauſa. & num.*

21 *Iuramentum veritatis, ſeu de veritate*

præſtatur

præſtatur dumtaxat poſt litem conteſtatam, ſed ſuper emergenti, & articulo particulari.

22 *Differentia inter iuramentum malitiæ, calumniæ, & veritatis, apud quos Doctores haberi poßint.*

23 *Differentiam inter iuramentum calumniæ, & malitiæ quis tradat.*

24 *Differentiam iuramenti calumniæ, & veritatis quis tradat.*

25 *Diffinitio iuramenti calumniæ ex Anthore.*

26 *Diffinitio iuramenti calumniæ ab Anthore tradita conuenit ſoli diffinito, vt ſolet diffinitio.*

27 *Diffinitio iuramenti calumniæ ab Anthore tradita rectè conuertitur cum diffinito, vt ſolet qualibet diffinitio.*

28 *Diffinitio iuramenti calumniæ ab Anthore tradita conſtat ex genere, & differentia, vt qualibet diffinitio conſtare ſolet.*

29 *Differentiæ quatuor inter iuramentum calumniæ, & alia iuramenta.*

30 *Differentia inter iuramentum calumniæ, & veritatis apud quos Doctores habeatur.*

31 *Differentia inter iuramentum calumniæ, & malitiæ vbi habeatur.*

32 *Differentia, quod iuramentum calumniæ præſtetur ad confirmationem, & ſolemnitatem iudicij, quare ponatur in diffinitione iuramenti calumniæ ab Anthore.*

33 *Dicitur, & exponitur iuramentum calumniæ, id eſt, calumniæ vitandæ, & non calumniæ committendæ.*

34 *Noſtra ætate videtur iurari potius de calumnia committenda, quàm vitanda.*

35 *Facti ſumus Dei, & Chriſtianæ Religionis contemptores.*

36 *Iuramentum calumniæ hodie non extimatur* vnum obulum.

37 *Dictio calumniæ, quid ſignificet.*

38 *Iuramentum calumniæ ſemel tãtum præſtatur.*

39 *Iuramentum malitiæ, & veritatis pluries præſtatur.*

40 *Differentiæ ſufficientes tradita ſunt inter iuramentum calumniæ, ac iuramentum malitiæ, & veritatis ab Anthore.*

De Iuramenti calumniæ diffinitione. Cap. I.

ANTEQVAM ad
tractandum de
iuramẽto calum
niç deſcendam,
inueſtigandam
duxi eius diffini
1 tionem, † licet
omnis diffinitio
in iure periculo-
ſa ſit, & raro contingat, quod ſubuerti
non poſſit, l. omnis diffinitio. & ibi Scri-
bentes. ff. de regulis iur. Et multum priſci
Doctores inſudarunt in tradenda perfe-
2 cta diffinitione dicti iuramenti. † Vna dif-
finitio fuit Hoſtienſ. relati per Marian.
Soccin. in Rubr. de iuram. calum. num. 1.
„ quæ talis eſt. Iuramentum calumniæ eſt,
„ cum quis bona fide iurat non animo ca-
„ lumniandi agere, vel reſpondere, & ali-
3 quod aliud proponere. † Alia diffinitio
fuit Pilei, vt tradit idem Soccin. dicto nu-
„ me. 1. quæ talis eſt. Iuramentum calum-
„ niæ eſt trames legitimus, per quem liti-
„ gantium temeritas, & contentioſa litis in-
4 ſtantia compeſcitur. † Tertia diffinitio
fuit ipſius Soccini in dicta Rubr. nume. 2.
„ quæ talis eſt, videlicet. Eſt actus iudicia-
„ lis per quem medio iuramento litigantes
„ per ſe, vel per alium eorum nomine affir-
„ mant, ſeu fidem præſtant ſecundum eo-
„ rum credulitatem, quandoque ſimplici-
„ ter reſpectu omnium, quæ in iudicio agen
„ da, vel defendenda ſunt, & quandoque
„ vnius actus particularis nihil calumnioſè
5 agere, vel defendere. † Diffinitiones Ho-
ſtien. & Pilei reprobat idem Soccin. in di-
cto numero 2. & ego neque ipſius Soccini
diffinitionem probo ex pluribus. Primo,
quia in dicta diffinitione ſunt ſuperflua il-
la verba, [*Per ſe, vel per alium eius nomi-*
6 *ne.*] † Qui enim per alium facit per ſe fa-
cere videtur argumen. l. ſeruum. §. Prętor
ait. ff. de acquir. hæredit. reg. Qui per aliũ.
De reg. iur. in 6. Secundò, quia ſunt ſu-
perflua illa verba [*ſeu fidem præſtant:*]
nam iuramentum pręſtatur tactis ſcriptu-
ris, vt dicam infra cap. 6. quod non fit in fi-
7 dei præſtatione. † & maior pœna irroga-
tur ei, qui contrauenit iuramento, quàm

ei,

ei, qui præſtationi fidei contrauenit ex
Gloſ. in c. Clericus, in verbo. Quod pro-
miſit. de iureiuran. Tertio, quia illa verba
[*& quandoque vnius actus particularis*]
non ſolum ſuperflua ſunt, ſed contra ip-
8 ſius iuramenti calumniæ naturam † cum
tale iuramentum calumniæ præſtetur ge-
neraliter ſuper tota cauſa, & reſpectu om-
nium, non autem reſpectu alicuius actus
particularis. Bald. in Authent. hoc ſacra-
mentum, nume. 2. C. de iureiur. propt. ca-
lumn. & Cyn. in l. 2. nume. 4. C. eod. Ma-
rian. Soccin. in dicta Rubr. de iur. calumn.
num. 9. & 14. & in c. inhærentes, num. 15.
& 17. Alberic. in dicta Authent. nume. 1.
Paul. de Caſtro in dicta l. 2. num. 1. Cæte-
rum iſtud iuramentum calumniæ eſt ſpe-
cies iuramenti, & ideo vt poſſimus habe-
re omnium pleniorem ſcientiam tractan-
dum eſſet prius de iuramento in genere.
9 † Quod genus prædicatur in quid de ſuis
ſpeciebus teſte Porph. in Prædicabilibus
10 ante Ariſtotel. in cap. de Genere. † Tra-
ctandum eſſet etiam de differentia, quæ
prædicatur in quale de pluribus differen-
tibus ſpecie, teſte eod. Porph. vbi ſupra in
11 cap. de differentia. † Quamuis non me la-
teat aliter accipi genus, & ſpeciem à Phi-
loſophis, aliter à Legiſtis, & quod Legi-
ſtę ponunt indiuiduum pro ſpecie, & ma-
le, ac impropriè loquuntur, vt ex innu-
12 meris locis conijcere licet. † Sed quia mul-
ti tractauerunt de iuramento in genere,
& varijs eius ſpeciebus, vt Ant. Corſet-
tus. de iureiur. & iur. priuileg. Ioannes de
Silua in tract. de iureiur. Phanut. de iur. in
lit. Plot. de in litem iuran. Carocc. de iur.
lit. deciſiuo. Seraphin. de Priuilegijs iura-
menti, & Scribentes in ff. & C. de iure-
iur. & C. de iureiur. propt. calumn. & in ca-
nonico extra, & in 6. eiſdem titulis. Et
nouiſſimè Clariſſimus Iureconſultus D.
Vincentius Mancinus genere Tiburs, &
in Curia Romana tum in theorica, tum
in practica nemini ſecundus in ſuo lucu-
lento Tractatu, quem compilauit magno
ſtudio de iuramento nondum in lucem
edito, vbi omnes eius ſpecies, effectus,
& priuilegia ſupra omnes alios comple-
xus eſt; qui tractatus erit pleniſſimus, &
ideo cum edetur ad eum in omnibus oc-
currentibus materijs, circa iuramentum
haberi poterit recurſus; in ijs non immo-

ror, ſed redeo, vnde digreſſus ſum ad diſ-
finitionem iuramenti calumniæ, & dico,
13 † quod per antiquos Doctores iſtæ tres iu-
ramenti ſpecies, ſcilicet malitiæ, calum-
niæ, & veritatis confundebantur, & in
qualibet iudicij parte tum lite non conte-
ſtata, tum facta litis conteſtatione, & tum
in quolibet particulari emergenti præſta-
bantur indifferenter, & ſic ſeſe, ac legen-
tes intricarunt. Vnde vt poſſimus veram
diffinitionem habere præmittenda duco
duo euidentialia, quorum Primum eſt,
14 † quod quamuis dictæ tres iuramenti ſpe-
cies non præſtarentur de iure antiquo in
omnibus caſibus, vt per Specul. Marian.
Soccin. & alios per me citatos, & citan-
dos, hodie præſtantur in omnibus caſi-
15 bus, † & de iuramento malitię tradit Soc-
cin. in cap. in pertractandis, num. 18. de iu-
ram. calum. tex. in cap. appellationis, in fi.
16 de iuram. calumn. in 6. † De iuramento ca-
lumniæ Speculat. in tit. de iur. calum. Soc-
cin. ſparſim in dicta ſua repetitione, quam
in forma tractatus edidit de iur. calum. &
17 alij quamplures, vt alibi dicam. † Et de iu-
ramento veritatis, ſeu de veritate voluit
idem Soccin. in dicto cap. in pertractan-
dis, num. 17. & prædicta latius per me ex-
18 plicabuntur in præſenti opere. † Secun-
dum euidentiale eſt, quod licet de iure an-
tiquo iuramentum malitiæ præſtaretur
tam ante litem conteſtatam, quam poſt
litem conteſtatam, & tam generaliter,
quàm particulariter, & ſuper quolibet
emergenti, & particulari articulo; idem-
que erat de iuramento calumniæ, & de
19 iuramento veritatis. † Nunc autem de iu-
re nouiſſimo iuramentum malitiæ præ-
ſtatur ante litem conteſtatam generali-
ter, & particulariter, ac ſpecialiter ſuper
quolibet emergenti, & articulo priuatiuè
quoad alia duo iuramenta ita, vt alia duo
prędicta iuramenta non poſſint ante litem
conteſtatam præſtari; & iuramentum prę-
dictum malitiæ prępſtatur etiam poſt litem
conteſtatam, vt per cap. fin. de iuram. ca-
20 lumn. videtur traditum in 6. † Iuramen-
tum calumniæ præſtatur tantùm poſt li-
tem conteſtatam, ſed generaliter, & ſu-
21 per tota cauſa, vt dixi ſupra nume. 8. † Iu-
ramentum vero veritatis, ſeu de veritate
ſimiliter dumtaxat poſt litem conteſta-
tam, ſed ſuper emergenti particulari, &

ſuper particulari articulo, & non gene-
22 raliter. † Quas differentias, & alias plures
inter has tres iuramenti ſpecies colligere
datur ex Speculat. in tit. de iuram. calum.
& Gloſ. 1. in fin. §. propter omiſſum, in
cap. 1. de iur. calum. in 6. Socin. in cap. cum
cauſa, num. 26. & ſequen. extra eod. tit. &
ſparſim Scribentes ſuper ff. & C. & extra,
23 ac in 6. vt dixi. † Et præcipuè differentiam
inter iuramentum calumniæ, & malitiæ,
ex Socin. in dicta rubr. de iur. calumn. nu-
24 me. 4. & 14. † Et differentiam inter iura-
mentum calumniæ, & veritatis ex dicta
Gloſ. 1. in dicto cap. 1. in 6. & Socin. in c.
cum in cauſa, num. 23. extra de iur. calum-
25 niæ. † His duobus euidentialibus firmatis
dico iuramenti calumniæ talem poſſe dif-
finitionem tradi. Quod ſit iuramentum in
iudicio per litigantes præſtitum ſuper to-
ta cauſa poſt litem conteſtatam tantùm
ad confirmationem, & ſolemnitatem iu-
26 dicij. † Quæ diffinitio ſoli diffinito conue-
nit, & ſic ſoli iuramēto calumniæ, vt opor
tet ex Cępolla in tract. de interpretatione
legis extenſiua in rubr. de generali exten-
ſione interpretatiua, nume. 149. pag. mihi
27 20. & non alij iuramento. † Et recte con-
uertitur cum ſuo diffiniro, ſicut vera diffi-
nitio conuerti debet vulgata l. r. §. dolum,
& ibi Bar. ff. de dolo, Glo. Canoniſtarum,
in rubr. de Summa Trin. & Fide Cathol.
Iaſ. in rubr. ff. ſolut. matrim. num. 22. & in
28 rubr. ff. de acquir. hæredit. num. 6. † & con-
ſtat ex genere, & differentia, vt eſt neceſ-
ſe in qualibet diffinitione ex Porphir. in
loco ſupra vltimo citato. Genus enim eſt
iuramentum, quod de hoc iuramēto præ-
29 dicatur in quid, vt dixi: † Differētiæ autem
quatuor per me ponuntur. Prima differen
tia eſt quod præſtatur in iudicio ad diffe-
rentiam iuramentorum, quæ extra iudi-
cium præſtantur. Secunda differentia eſt,
quod præſtatur ſuper tota cauſa genera-
liter, vt dixi ſupra nu. 8. & 20. ad differen-
30 tiam iuramenti veritatis, † quod præſtatur
ſup quolibet particulari articulo, & emer-
genti, & hęc differentia probatur ex Cyn.
in l. 2. nu. 4. in fi. & nu. 6. & 7. Marian. Soc.
in d. rubr. num. 9. & 14. & in c. inhærentes,
31 nu. 15. & 17. de iur. calum. † Tertia differē-
tia eſt quod pręſtatur iuramentum calum
niæ poſt litem conteſtatam tantùm, vt di-
cam latè infra cap. 10. ad differentiam iu-
ramenti malitiæ, quod præſtatur ante litē
conteſtatā, vt dixi ſupra nu. 19. & aliquā-
do etiā poſt litem conteſtatā, vt ſupra po-
ſui d. nu. 19. ex. c. fi. ibid. citato. Et hęc pro-
banrur ex Specul. & Socin. & Scribenti-
bus in locis præciratis, vbi talem differen-
32 tiam ponūt. † Quarta differentia eſt, quod
præſtatur ad confirmationem, & ſolem-
nitatem iudicij ad differentiam iuramen-
ti malitiæ, iuramenti in litem, iuramenti
deciſiui, iuramēti affectionis, & ſimilium,
quæ licet pręſtentur in iudicio, & genera-
lia quandoq; videantur, & ſuper tota cau
ſa, nō tamen ſunt ad confirmationem, &
ſolemnitatem iudicij; ſed potius ad proba
tionem: Et eadem verba ponūtur etiā ad
differentiā iuramenti veritatis, quod licet
præſterur in iudicio, non tamen eſt ad cō-
firmationem, & ſolemnitatē iudicij. Quæ
quatuor differentiæ prædicantur in quale
de iuramento calūniæ; & ſic habemus de
iuramēto p̄dicto quod quid per genus, &
33 quod quale per differentias. † Dicitur aūt,
& exponitur inramentū calumniæ, ideſt,
calumniæ vitādę, & nō exponitur calūnię
cōmittēdę. Ioan. de Amono in ſua Pract.
iudiciali, cap. 20. Marian. Socin. in d. rubr.
de iur. calum. nu. 1. Speculat. in tit. de iur.
calum. §. 1. nu. 8. Alberic. in rubr. C. de iu-
reiur. propt. calum. & allegant dictū Apo-
" ſtoli, Vnuſquiſq; habeat ſuā vxorē pro-
" pter fornicationē, hoc eſt propter fornica
34 tionē vitandā, & repellendā, † licet noſtra
ętate videatur potius iurari de calūnia cō
mittēda, q̄ de calūnia vitāda. Andr. Gaill.
Pract. obſer. lib. 1. obſer. 85. nu. 4. ex Soci-
35 no ab eo relato. † Quia facti ſumus Dei op
ptimi Maximi, & Chriſtianę Religionis
36 cōtemptores, Gaill. d. obſer. 85. nu. 4. † Et
ideo iſtud iuramentū hodie non extimatē
vno obulo, Gaill. d. num. 4. vbi id tradit ex
Marant. in Speculo par. 6. in 2. par. iudicij,
in tit. de iuramēto actu 1. nu. 11. & Addēt.
ad Matheſil. in ſing. 64. verſic. & ibi ſub-
dit Baldus, allegat ēt ad id tex. in l. quę ſub
cōdictione, ff. de cōdict. inſtit. & vt prędi-
cta facilius intelligamus, perpēdendū eſt,
quid ſibi velit iſta dictio, *calumnia*, & dr̄,
37 † quod calumnia eſt, cū quis ex certa ſcien
tia iniuſte agit, vel reſiſtit. Socin. in d. rub.
de iur. calum. num. 1. cōcordat cū Gloſ. in
l. ſi calūnietur, in verb. litib⁹, ff. de verb. ſig.
Aliter aūt illā ex Cicer. de Offic. 1. diffinit

Petr. Vanderan. in ſua Pract. iudiciali li-
bro 3. cap. 2. in princ. & quod ſit malitio-
ſa, & nimis callida iuris interpretatio, &
Alciat. in comment. dictæ l. ſi calumnie-
tur, num. 1. dicit, per illam l. quod calum-
niari eſt per calumnias, & fruſtrationes
negocium differre, vel per fraudem alios
litibus vexare, & ſub num. 2. ſubdit, quod
idem eſt cauillari, & quod vtrunque ver-
bum ab antiquo verbo caluire deducitur,
quod decipere ſignificat, & fruſtrari tra-
cta metaphora à caluis, qui eos fruſtran-
tur, à quibus per capillos præhendi vi-
dentur. Sed forte aliquis reprehendet
hanc diffinitionem à me traditam, tan-
quàm mancam, ex quo omiſi aliam diffe-
rentiam inter iuramentum calumniæ, &
alia duo prædicta iuramenta, videlicet,
malitiæ, & veritatis, quæ differentia eſt
38 quod † iuramentum calumniæ ſemel tan-
tùm præſtatur, & pluries præſtari non
poteſt ab eadem perſona, & in eadem in-
39 ſtantia, vt late dicam infra cap. 9. † Iura-
mentum verò malitiæ, & veritatis pluries
præſtari poteſt, vt præcitati Doctores
40 volunt. † Verum ego tradidi ſufficientes
differentias inter iuramentum calumniæ,
& dicta alia duo iuramenta, & nolui po-
nere omnes differentias, vt euitarem pro-
lixitatem: qui tamen illas habere volue-
rit, conſulat Doctores per me inductos,
& inducendos. & præſertim Panormit.
in cap. literas, nume. 10. & ſeq. & de iu-
ramen. calum.

S V M M A R I V M.

1 *Non eſſemus ita proclines ad iurandum de calumnia, ſi perpenderentur ea, quæ continentur ſub iuramento calumniæ, & explicitè iurarentur, vt deberent.*

2 *Iuramentum calumniæ in ſe cõtinet, quod iurans non animo calumniandi agit, vel reſiſtit, ſed quia lis ſibi iuſta videtur.*

Caſus, in quo quis poteſt habere cauſam iniuſtam, & iurare de calumnia remiſſiuè.

Nota, quibus deſignabant antiqui, quod non calumniæ cauſa aliquid faciebant.

3 *Iuramẽtum calumniæ in ſe continet, quod iurãs probationem nõ exiget, niſi quam pro veritate putabit exigendam.*

4 *Et quod dicta probatio exigenda ſit neceſſario ex Socino.*

5 *Iuramentum calumniæ in ſe cõtinet, quod iurans non dedit, aut promiſit, nec dabit, aut promittet iudicibus, vel alicui alteri perſonæ aliquid, vt iniuſta feratur ſententia.*

6 *Marian. Socin. detrahit illa verba,* vt iniuſta feratur ſententia, *& addit infraſcr.* niſi illis perſonis, quibus leges dare permittunt.

7 *Iuramentum calumniæ in ſe cõtinet, quod iurans dilationem non petet animo calumniandi, & differendi iudicij.*

8 *Obiurgatio contra quoſdam Procuratores, nomine Procuratorum indignos, qui contra proxime dicta faciunt.*

9 *Iuramentum calumniæ in ſe cõtinet, quod ſi iurans aliquando interrogabitur, reſpondebit veritatem.*

10 *Iuramentum calumniæ cõtinet in ſe, quod ſi quis dat poſitiones, illas dans, & iurans non animo calumniandi illas dat; & iurat, ſed ſui iuris conſeruandi gratia. Vbi vide de intellectu huius dicti.*

11 *Poſitionum datio, & illis facta reſponſio eſt ſpecies probationis, & qui non admittitur ad probandum, nec admittitur ad ponendum.*

12 *Iuramentum calumniæ in ſe cõtinet, quod iurans non vtetur ſcienter falſa probatione ſiue in teſtibus, ſiue in inſtrumentis, ſiue in quauis alia probatione. Vbi vide de intellectu huius dicti.*

13 *Verſus, qui effecti ſunt à Doctoribus ſuper præmiſſis, quæ continentur ſub iuramento calumniæ.*

14 *Explicitè iurari deberent omnia prædicta contenta ſub iuramento calumniæ. Et iudex ad id poteſt cogere partes.*

15 *Si ſimpliciter defertur iuramẽtum calumniæ, & ſimpliciter iuratur, virtualiter, & implicitè cenſentur iurata omnia prædicta, quæ ſuperius dicta ſunt contineri ſub iuramento calumniæ.*

16 *Ille, qui iurauit de calumnia, ſi ad redimendum ſanguinem ſuum vellet corrumpere accuſatorem, an dicatur contrauenire iuramento calumniæ per ſe præſtito, & comprehendatur ſub præmiſſis, quæ in ſe continent iuramentum calumniæ.*

17 *Videtur non eſſe præſtandum iuramentum*

calumniæ à reo in criminalibus, vbi irrogatur pœna ſanguinis.
Quomodo intelligatur reg. quod licet redimere quoquo modo ſanguinem ſuum in criminalibus remiſſiuè ad Barth.
18 *Capitula contenta ſub iuramento calumniæ magis reſpiciũt proſequutionem litis, quàm iuſtitiam negocij principalis.*

Iuramentum calumniæ, quæ in ſe contineat. *Cap. II.*

1 PLVRA † in ſe continet capitula iuramentũ calumniæ, quæ ſi explicitè iuranda proponerentur, & iurarẽtur, ꝑut proponi, & iurari deberẽt, nõ eſſent homines ita procliues ad iurãdum, immo, vt loquar rectius, ad deierandum.
2 † Primum capitulum, quod in ſe continet iuramentum calumniæ eſt. Quod iurans non animo calumniandi agit, vel reſiſtit; ſed quia lis ſibi iuſta videtur. tex. in l. 2. §. 1. C. de iureiur. propt. calumn. Bald. ibid. num. 3. vbi id pro forma tradit Gloſ. in c. 1. in verbo, calumniæ iuramentum. Marianus Socin. in cap. cum in cauſa, num. 5. extra de iur. calumn. Speculat. in tit. de iur. calumn. §. 4. in princ. & nu. 2. Lucas Petus in Pract. Capitol. lib. 2. cap. 3. num. 12. Maranta in Speculo par. 6. in ſecunda iudicij par. in tit. de iuramento, actu primo, nume. 10. Adden. ad Mattheſil. ſing. 64. verſic. hoc autem iuramentum. Bald. tamen in dicta l. 2. in fine ponit vnũ caſum, in quo quis ſcit ſe habere cauſam iniuſtam, & de calumnia iurare poteſt, remiſſiuè ad l. at qui natura, §. ſi cum me abſente, ff. de negoc. geſt. vbi videre eſt etiam Gloſ. in verbo, committat. Nec omitto, quod antiquitus, quando volebant dicere, quod non faciebant aliquid calũniæ cauſa his tribus notis ſcribebant, videlicet, N.K.C. quas Valer. Probus de literis antiquis in edictis perpetuis ſic interpretatur. Non calumniæ cauſa; vnde colligitur illos priſcos viros voluiſſe ſcribere calumniam per K. Græcam literam, & non per C. de quo ſummopere miror, cum nihil Latinis inſeruire K. dixerit. Angelus Florenzola in explosione nouarum literarum, quam vulgato idiomate
3 habemus inter eius opera. † Secundum capitulum, quod in ſe continet iuramentum calumniæ eſt. Quod probationem non exiget, niſi quam pro veritate putabit exigendam. tex. in l. 1. §. 1. & in Auth. in iſto ſacramento, C. de iur. propt. calumn. Gloſ. in dicto cap. 1. in dicto verbo, Calumniæ iuramentum, Specul. in dicto §. 4. in princip. verſic. Item quod non vteris. Bald. in Auth. Principales perſonæ, nu. 1. in fin. C. eodem. Socin. in dicto cap. cum in cauſa, num. 6. in fin. & num. 7. verſic. ſexto noto. Addent. ad Mattheſil. dicto ſing. 64. verſic. tertio, quòd non vtetur.
4 Luc. Petus vbi ſupra num. 12. † & Socin. in dicto cap. cum in cauſa, dicto nu. 7. verſic. ſexto noto. addit dictionem, *Neceſſario*, & ſic continet, quod non exiget probationem, niſi quam pro veritate putabit
5 neceſſariò exigendam. † Tertium capitulum, quod continet in ſe iuramentum calumniæ eſt, quod iurans non dedit, nec promiſit, nec dabit, aut promittet iudicibus, aut alicui alteri perſonæ aliquid, vt iniuſta feratur ſententia, Gloſ. in dicto c. 1. in dicto verbo, Calumniæ iuramentum. Specul. in dicto §. 4. in princ. verſic. Item quod corrupiſti. Addent. ad Mattheſil. dicto ſingul. 64. verſic. quarto quod non corrumpet, Maranta in dicto tit. de iuramento dicto actu primo, num. 10. verſic. quarto quod non corrumpet. Luc. Pet.
6 in dicta Practica dicto cap. 3. nu. 12. † Sed multi ex dictis Doctoribus diuerſimodè ponunt iſtud capitulum, alij enim detrahunt aliqua verba, aliqui addunt, & in ſpecie, Socin. in dicto cap. cum in cauſa, num. 7. non ponit illa verba. *Quod iniuſta feratur ſententia*, & loco illorum ponit hæc verba. *Niſi illis perſonis, quibus leges dare permittunt*, quæ ſunt verba ipſius textus in dicta Auth. Principales per-
7 ſonæ, in principio. † Quartum capitulum, quod continet in ſe iuramentum calumniæ eſt, quod dilationem non petet iurans animo calumniandi, & differendi iudicij, Gloſ. in dicto cap. 1. in dicto verbo, calumniæ iuramentum. Socin. in dicto cap. cum in cauſa, nume. 6. Maranta in dicto actu

primo, dicto num. 20. verſic. quinto quod.
Lucas Pet. dicto num. 12. Specul. in dicto
§.4. num. 1. facit Bald. in dicta l. 1. nume. 1.
8 C. de iureiur. propt. calumn. † Vnde colli-
gitur peſſime agere illos Procuratores. (ſi
procuratorum nomine digni ſunt,) qui vt
videantur ſuis principalibus aliquid ſcire,
varijs commentis differunt cauſas, & in-
iuſtè damnificant aduerſarios iuſtas fo-
uentes cauſas petendo quotidie in Curia
Capitolina citationem diffundi pro die
ſequenti ad defatigandum aduerſarium,
quem ſciunt quotidie accedere non poſſe
ad bancum iuris, vel petẽdo copiam cum
termino ad excipiendum, cum reuera ni-
hil excipere poſſint, vel petendo votum
aſſettamenti; & coram Capitaneo appel-
lationis, & conſulibus artium, petendo
votum Conſultorum; & in Curia Illuſtriſ
ſimi Domini Gubernatoris petendo re-
curſum, vel deputationem noui Iudicis,
vt effugiant iuſtitiam iudicis informati, &
deputetur alius non informatus, & coram
Illuſtriſſimo Domino Auditore Cameræ
eandem deputationem noui iudicis, vel
allegando ſolutionem in partibus, cum
nullam ſolutionem adeſſe ſciant; vel ter-
minum haberi pro ſeruato pro die nota-
rij, vt tardius cauſa expediatur; Atque in
Rota petendo decreta de corrigendo ex-
tractus, cum tamen correctione non in-
digeant; Et petendo in omnibus tribu-
nalibus remiſſorias literas ad partes lon-
ginquas etiam remotiſſimę Hiſpaniæ ſub
prætextu examinandorum teſtium inſti-
gentes ſæpe teſtes, qui in rerum natura
non ſunt, & ſi ſunt in rerum natura, nihil
prorſus ſciunt de negocio, ſuper quo liti-
gatur. Prædictos, & alios modos ad pro-
trahendas lites adinuenit quædam peſtis,
quæ in numerum procuratorum irrepſit,
& fœdat caſtiſſima tribunalia, ſicut Arpiæ
fœdaſſe feruntur menſam Phinæi Regis;
& illam ſequitur magnus vulgarium nu-
merus, qui non confidit in cauſæ iuſtitia,
ſed in litis protractione. Et vtinam iſtis
temporibus, prout alias factum memini,
fieret ſelectio imperitorum, & cauillan-
tium procuratorum, & ſollicitatorum, qui
ſimilia agunt, & à Tribunalibus expelle-
rentur. Quia iudicibus non obnubilare-
tur facti ſeries, & facilius Iudices expedi-
rent cauſas; partes aduerſæ non defati-
garentur litibus; proprij clientuli talium
Procuratorum, & ſollicitatorum non ex-
pilarentur quotidie; & ipſis cum ſuis ſi-
milibus procuratoribus, & ſollicitatori-
bus in quibus ſummopere confidunt pre-
cideretur via ad infernale baratrum; &
Tribunalia tali expurgata peſte decorarẽ-
tur ſolis doctis procuratoribus, qui in via
veritatis ambularent. Et ad euitanda ſi-
milia periuria ex mente Speculat. dicit Pa
normit. in cap. inhærentes, num. 10. de iu-
ram. calumn. quod eſſet bonum omittere
iſtud quartum Capitulum; ſed eorum opi
nio mihi non placet, quia daretur mate-
ria committendi calumnias. Sed his omiſ-
9 ſis ad inſtituta deſcendendo dico. † Quin-
tum capitulum, quod in ſe continet iura-
mentum calumniç eſſe, quod ſi iurans ali-
quando interrogabitur, reſpondebit ve-
ritatem, iuxta Gloſ. in dicto cap. in dicto
verbo, calumniæ iuramentum. Addent.
ad Matthesil. dicto ſingul. 64. verſic. item
quod reſpondebit. Socin. in dicto cap.
cum in cauſa, num. 5. verſic. ſecundo nota
Specul. dicto §.4. in princ. Maranta dicto
actu primo, numero 10. verſic. item quod;
Panormit. in cap. cæterum, in princip. in
verſic. not. ibi ad veritatem. de iur. calum.
10 † Sextum Capitulum, quod in ſe continet
iſtud iuramentum eſt, quod ſi dat poſitio-
nes, is, qui illas dat, non dat illas calum-
nioſè, ſed ſui iuris conſeruandi gratia.
Andr. Gaill. Pract. obſer. libro 1. obſer. 79.
num. 10. in princ. vbi hoc iuramentum ap
pellat dandorum. Et licet Gaill. ibi lo-
quatur de calumnia, nihilominus non eſt de
calumnia, ſed de veritate, quia ſuper ar-
ticulo & emergenti particulari præſtatur,
& non generaliter ad totam cauſam, &
quamuis etiam eſſet de calumnia, redu-
ceretur ad ſecundum Capitulum, ſupra
expreſſum, num. 3. in quo iuratur non exi-
gere probationem, niſi quam pro verita-
11 te putabit exigendam neceſſario. † Quia
Poſitionum datio, & illis facta reſponſio
eſt ſpecies probationis, fieri enim non
poſſunt poſt lapſum termini ad proban-
dum, & qui non admittitur ad proban-
dum, nec admittitur ad ponendum. Mi-
ſinger. centur. 1. obſeruat. 34. vbi id limi-
tat Capic. deciſ. 15. nume. 2. Cotta in me-
moralib. in verbo, iuramentum calumniç.
Addent. ad Matheſil. ſingul. 65. incipien.

nota

nota quod ſtatutum, verſic. vnde ſuccedit
12 regula. † Septimum Capitulum, quod in ſe continet iuramentum calumniæ eſt, quod iurans non vtetur falſa probatione, ſiue in teſtibus, ſiue in inſtrumentis, ſiue in quauis alia ſpecie probationis. Iſtud Capitulum ſeptimum ponit Specul. in dicto §. 4. in princ. vbi dicit hoc eſſe potius de conſuetudine, quàm de iure; ideo ſuper hoc ſeptimo Capitulo non immoror, eoque minus cum forte Speculat. tempore eſſet de conſuetudine, nunc autem Practici noſtri temporis de eo nec verbum quidem faciunt; & inſuper videtur reduci ad ſecundum Capitulum ſuperius expreſſum ſub nume. 3. Licet reuera non reducatur, & credo, quod bonum eſſet obſeruari iſtud Capitulum, & exprimi in iuramento calumniæ ad euitandas falſitates.
13 † Alij reducunt prædicta ad duo tantum capitula, alij ad tria; & alij aliter, vt in prædictis Doctoribus videre eſt, diuidunt prædicta. Sed communiter reducuntur ad dicta quinque priora capitula, ſuper quibus Doctores formarunt infraſcriptos verſus, quos recitat Socin. in dicto cap. cum in cauſa, num. 7. in fin. videlicet,

» *Illud iuretur, quod lis ſibi iuſta videtur,*
» *Et ſi quæretur, verum non inficietur,*
» *Nil promittetur, nec falſa probatio detur,*
» *Vt lis tardetur, dilatio nulla petetur.*

De quibus aliqua tradit etiam Bald. in dicta Authent. Principales perſonæ, dicto
14 num. 1. † & quamuis prædicta omnia contenta ſub iuramento calumniæ explicitè iurari deberent, quando hoc iuramentum defertur, & ad prædicta expreſſe iurandum iudex poſſit cogere partes, quia neſciunt quid ſit iuramentum calumniæ, vt voluerunt Annotantes ad Panormitan. in cap. inhærentes, nu. 10. in verbo, quin-
15 que. de iur. calumn. † Tamen ſi ſimpliciter defertur iſtud iuramentum, & ſimpliciter iuratur, virtualiter, & implicitè videntur iurata omnia prædicta capitula, Socin. in dicto cap. cum in cauſa, num. 8.
16 in fi. † Cæterum hic dubitari poſſet, ſi quis iuramentum calumniæ præſtiterit, & deinde ad redimendum ſanguinem ſuum tentauerit corrumpere pecunia accuſatorem, an contraueniat iuramento per ſe præſtito, & comprehendatur ſub prædictis capitulis contentis, & comprehenſis in iuramento calumniæ, & Gloſ. in l. 1. in verbo, qualitercunque. ff. de bon. eor. qui an. ſenten. mort. ſibi conſciuer. dicit non comprehendi, quod intellige, vt ponam
17 infra cap. 20. num. 27. in fin. † Vnde datur intelligi, quod iuramentum calumniæ nō ſit præſtandū in criminalibus à Reo, quia fruſtra præſtaretur, ſi ei contrauenire liceret; Niſi dicere velimus, quod opinio Gloſ. vera ſit vbi irrogatur pœna ſanguinis, & non in alijs caſibus. Quod etiam colligi videtur ex Bart. in l. 1. num. 6. C. de iureiur. propr. calumn. vbi declarat quomodo intelligatur regula, quod quoquomodo in criminalibus licet redimere ſan-
18 guinem ſuum. † Notandum eſt etiā quod prædicta contenta ſub iuramento calumniæ magis reſpiciunt proſequutionem litis, quàm iuſtitiam negocij principalis, vt Socin. in cap. in pertractandis, nume. 43. in fi. de iuram. calumn. & ſic videtur magis iurandum à Procuratoribus, quàm à Principalibus litigantibus, vt dicam infra cap. 16.

SVMMARIVM.

1 *Aliqui tenuerunt iuramentum calumniæ eſſe inductum iure poſitiuo.*
2 *Iuramentum calumniæ fuit cognitum iure Digeſtorum, & auctum iure Codicis.*
3 *Iuramentum calumniæ in certis caſibus particularibus tantùm erat cognitum iure Digeſtorum.*
Et dicta iuramenta dicebantur ſpecialia.
4 *In caſibus particularibus in quibus iure Digeſtorum erat cognitum iuramentum calumniæ erat probationis, non autem ſolemnitatis.*
5 *In caſu l. inter cohæredes. §. qui familiæ. ff. famil. erciſcun. erat tantùm cognitum iuramentum calumniæ generale.*
In cæteris caſibus eſt inuentum à Iuſtiniano Imperatore in C.
6 *Iuramentum calumniæ fuit inductum ob publicam vtilitatem.*
7 *Iuramentum calumniæ non eſt inductum ob commodum priuatorum tantùm.*
8 *Iuri publico authoritate, & vtilitate renunciari non poteſt.*
9 *Si iuramentum calumniæ eſt inductum iure poſitiuo, illud poteſt Princeps tollere.*
10 *Alij tenuerunt iuramentum calumniæ eſſe*

ſe

ſe inductum iure naturali, & diuino.
Quod ſi eſſet non poſſet Princeps illud tollere.
11 *Naturalia ſunt immutabilia.*
12 *Iuri diuino homo non derogat.*
13 *Si tollantur omnes nullitates numquam intelligitur ſublata nullitas prouenienſ ex iuramento calumniæ non præſtito.*
14 *Iuramentum calumniæ dicitur inductum iure naturali, id eſt gentium.*
15 *Iuramentum calumniæ eſt de iure diuino quoad genus, & materiam, id eſt quoad iuramentum in genere.*
Diſtinctio inter iura diuina ex Gloſ.
16 *Iuramentum in genere eſt inductum iure diuino.*
17 *Qui diceret nunquam eſſe iurandum peccaret mortaliter, & eſſet hæreticus.*
18 *Iuramentum calumniæ quoad ſpeciem, & formam eſt de iure poſitiuo.*
19 *Iuramentum calumniæ quibuſdam remittitur.*
20 *Dies Feſtus Sabbathi eſt mandatus iure Diuino.*
21 *Quamuis dies Sabbathi eſſet feſtus iure Diuino, fuit in Veteri Teſtamento per Machabæorum ducem deſuper facta ordinatio.*
22 *Matrimonium eſt inductum iure diuino in ſtatu innocentiæ.*
Alia ſacramenta initium habuerunt poſt lapſum Adæ.
Matrimonium eſt ſacramentum Nouæ legis.
23 *Quamuis matrimonium ſit iure diuino inductum, & ſacramentum Nouæ legis, ſuper matrimonio plura conſtituerunt ſacra Concilia, & Summi Pontifices.*
24 *Vſuræ ſunt prohibitæ iure Ciuili, Canonico, Naturali, & Diuino.*
Ius Ciuile intelligitur de iure Ciuili Romanorum ſcripto ab illo Magno Iuſtiniano.
25 *Non obſtante quod vſura ſit prohibita omni iure vt ſupra, & etiam iure Diuino, Summus Pontifex determinat, quod contractus factus hoc modo ſit vſurarius, & factus alio modo non ſit vſurarius.*
26 *In iis, quæ ſunt inducta iure diuino, Papa non diſpenſat.*
27 *Conſtitutio Papæ fundata in iure diuino, ligat etiam Papam quoad mentem, licet non quoad verba, & formam.*
28 *Princeps non poteſt tollere iuramentum in genere, ſed bene poterit tollere iuramentum calumniæ in ſpecie.*
29 *Beati Petri, & Succeſſorum, & Sacrorum Conciliorum vniuerſalium, poteſtas in Eccleſia Dei.*

Iuramentum calumniæ quo iure inductum ſit. Cap. III.

DIFFICILIS eſt quæſtio, & diu inter Doctores controuerſa, ac ſcitu digna ad euitandas multas difficultates, quę deſuper ſępenumero oriri ſolent, quo iure inductum ſit iuramentum Calumniæ; & in hac quæſtione va-
1 rij Doctores varia ſenſerunt. † Aliqui
enim tenuerunt iuramentum calumniæ eſſe inductum iure poſitiuo, cuius ſententiæ fuerunt, Marian. Socin. in cap. cæterum nume. 9. de iur. calumn. Andr. Gaill. poſt ipſum Practic. obſeruat. libr. 1. obſer. 85. num. 8. idemque innuit Gloſella marginalis in l. 2. §. ſed quia veremur, ſuper Gloſ. in verbo, deludant. C. de iureiuran. propt. calumn. Bart. in dicta l. 2. num. 11. dum dicit hoc iuramentum poſſe remitti à lege. Panormit. in c. cæterum, num. 10. de iuramen. calum. Et habemus titulos in canonico, & ciuili iure, nempe extra, & in 6. atque in C. ab hominibus inductos,
2 † & in ſpecie quod fuerit cognitum iura-
mentum calumniæ iure Digeſtorum, & auctum iure C. voluit Cyn. in dicta l. 2. C. de iureiur. propt. calumn. poſt diſcuſſas diuerſas rationes, & ibidem Bart. num. 9. & Bald. nume. 4. verſic. quærunt hic. Marian. Socin. in rubr. extra de iuram. calum. num. 16. & in cap. in pertractandis, nu. 5.
3 in princip. ibid. † In certis tamen caſibus
tantùm particularibus, & non generaliter erat cognitum iure Veteri, & Digeſtorum iuramentum calumniæ. Bald. in dicta l. 2. dicto num. 4. verſic. quęrunt hic. Socin. in dicto cap. in pertractandis, nume. 41. verſic. quare. Alberic. in dicta l. 2. num. 1.

num.1. Bart.ibid.num.9.& dicta iuramenta dicebantur iuramenta calumniæ ſpecialia, vt ſecundum Ric. declaran. §. qui iuſiurandum, tradit Albericus in dicta l.2. num.4.& habes apud Bart.in dicta l.2.nu.
4 17.in fin. † & tunc dicta iuramenta ſpecialia erant probationis, & non ſolemnitatis, vt hodie eſt iuramentum calumniæ ad Socin. in dicto §. quare, & dicam cap.
5 17.num.38.† In vno tantùm caſu erat cognitum iuramentum calumniæ generale iure Digeſtorum, in caſu ſcilicet l. inter cohæredes. §. qui familiæ. ff. famil.ercifc. vbi conſtat in hoc iudicio particulari eſſe inuentum iure ff. iuramentum calumniæ generale, in cæteris autem caſibus iuramentum calumniæ generale eſt inuentum iure C. per Iuſtinianum Imperatorem in dicta l. 2. vt voluit Bald. in dicto verſic. quærunt hic † Paul.de Caſtro ibid.num.2. Inductum autem fuit hoc iuramentum calumniæ generale ob cauſas exprimendas
6 inferius cap. 4.† Ac etiam propter publicam vtilitatem per tex.expreſſum in dicta l.2.§.ſed quia veremur, iuncta Gloſ.ibid. in verbo, quia, & in verbo, remitti, in princ.Lanfran.in Practic.cap.8.tit.de teſt. depoſit. num.4.in fin. Bald. in dicto §. ſed quia veremur. Alberic. in dicta l.2. num. 26. Socin. in dicto cap. in pertractandis, num.52.& in dicto cap. cæterum, num.8. Panormit.ibid. nume.9. Marſil. ſing.251. incipien. Iuramentum calumniæ, Mantua conſ.143.num.63.Surdus in deciſ.18. Rotæ Mantuanæ. Rota in vna Bononien. Attentatorum. die Lunæ. 24. Octobris. 1588. coram Illuſtriſſimo,& Reuerendiſſimo Domino Cardinali Mantica, tunc
7 Rotæ Auditore in manuſcriptis.† & non eſt inductum ob commodum priuatorũ dumtaxat ad tex.in dicto §. ſed quia veremur, Andr.Gaill. dicta obſer. 85. num.4. Socin.in dicto cap.in pertractandis, num. 52.Cum autem ex prędictis iuramentum calumnię inductum ſit,vt præmittitur,iure poſitiuo publico,canonico, ciuili, & ob vtilitatem publicam, nullo modo ei poteſt renunciari, vt dicam infra capit. 12.
8 † Iuri enim publico authoritate, & vtilitate renunciari non poteſt,ad Speculat.in tit.de renunciat.& concluſ.num.9. in princip.Petr. de Monteforte ſuper Conſtitut. Regni Sicilię,in rubr.de pœnis violentorum, cap.pridem, nume.5. & 8. & neque cum iuramento renunciari poteſt tali iuri publico authoritate, & vtilitate, Zuccard. in l.1.num.28. C. de pact. etiam ſi dictum ius introductum in fauorem publicũ principaliter concerneret ſecundariò,& conſequenter vtilitatem, & honorem priuatum. Panormitanus in cap.ſi diligenti,nume.4.de foro compet.quæ intellige vt in-
9 fra cap.7.numero 52.in fin. † Quę opinio, quod ſit iure poſitiuo inductum iuramentum calumniæ, ſi admitteretur pro vera, poſſet illud Princeps vtique tollere,vt Socin. in dicto cap. cęterum, nu. 9. & dicam
10 infra cap. 13. † Alij voluerunt iſtud iuramentum eſſe inductum, non ſolum iure naturali, ſed etiam diuino, cuius opinionis fuerunt Grauat. in Addit. ad Veſtr. in Pract.libro 5.cap.2.in verſic.& ſi pars, nume.12.& lib.6.cap.num.39.poſt ab eo relatum, Ioan.Bapt.Peruſin.in tracta.de arbitr.libro 10.cap.10.nume.12.& ex Exod. cap.22.& per tex. in cap. etſi Chriſtus. de iurament. calumn. Menoch. de arbitr. iudic.quæſt.20.num.2.lib.1.Viuius libro 1. opin.258. Put.deciſ.397.lib.2.die 26.Februar.1546. in vna Paduana iniuriarum.
11 Surdus in dicta deciſ.Mantuana 18.† Naturalia enim ſunt immutabilia. §. naturalia. Inſtitut.tit.de iure natur.genr. & ciuil.
12 † & iuri diuino homo non derogat, vt eſt irrefragabilis concluſio Theologorũ,Ca-
13 noniſtarum, & Legiſtarum,† & ideo dicitur, quod ſi ſint ſublatę omnes nullitates, non intelligitur ſublata nullitas proueniẽs ex iuramento calũnię nõ pręſtito,tanquã ꝓueniente iure diuino ad Put.dicta deciſ. 397. Quæ duæ contrariæ opiniones videntur prima fronte inconciliabiles, ſed meo iudicio talis eſſe poſſet conciliatio,
14 videlicet.† Quod iuramentum calumniæ ſit inductum iure naturali, id eſt iure gentium, de quo habetur in §. ſingulorum, Inſtit. tit.de rerum diuiſ. & in Gloſ. in l.ſi non ſortem, §. libertus, in verbo, natura,
15 ff. de condict. indeb. † Et ſit inductum iure diuino quoad genus, & materiam hoc eſt quantum ad iuramentum in genere.
16 † Quod iuramentum in genere eſt inductum iure diuino, Proſper Paſethus conſil. 194. nu.62. & faciunt relata per Marſil.conſil.107.nume.13.Et in Sacris literis habetur,Quod Dominus Deus ipſe iurauit

„ uit ibi, Iurauit Dominus, & non pœni-
„ tebit eum, & alibi, Iuſiurandum, quod
„ iurauit ad Abraham Patrem noſtrum da-
„ turum ſe nobis, & iterum: Per me me-
„ tipſum iuraui, & traditur ab omnibus in
dicto cap. etſi Chriſtus, vbi de hac mate-
ria latiſſimè habetur. Dum autem dico
eſſe inductum iuramentum de iure diui-
no, intelligo de iure diuino, quod à Deo
eſt conſtitutum, vt Euangelium, Non de
eo iure diuino, quod Deo cōſtitutum eſt,
vt ſuper rebus ſacris; quam iuris diuini
diſtinctionem habemus ex Gloſ. in Auth.
vt inter diuinum, §. 1. in verbo, vt inter di-
17 uinum, C. de ſacroſanct. Eccleſ. † Vnde ſi
aliquis diceret nunquam eſſe iurandum,
peccaret mortaliter, & eſſet hæreticus,
vt voluit Nauarra in ſuo Manuali, cap. 12.
ſuper ſecundo præcepto Decalogi. nu-
18 me. 4. † Quoad ſpeciem vero, & quoad
formam, ideſt, quod in qualibet lite, &
inſtantia, & ſub tali forma, & in tali par-
te iudicij de calumnia iuretur, eſt de iure
poſitiuo, & iſta poteſt Princeps tollere.
19 † Et ideo quibuſdam remittitur hoc iura-
mentum, vt dicam infra capit. 18. & 20.
quia in eis ceſſant calumnię præſumptio,
& cauſæ propter quas inductum fuit iu-
ramentum calumniæ, de quibus cauſis di-
20 cam infra in capit. 4. † Prout etiam vide-
mus, quod dies feſtus Sabbathi eſt de
iure diuino, vt habetur in ſecundo præ-
cepto Decalogi, & ibi per Nauarram in
21 dicto Manuali: † & nihilominus habemus
in Sacris literis in lib. 1. Machabæorum,
capit. 1. & in Ioſepho Hebręo, de Anti-
quit. Iudaica, libro 12. cap. 7. in fin. Quod
cum milites Antiochi Regis aggreſſi eſ-
ſent Iudęos in die Sabbathi, & dicto die
nihil agere voluiſſent pro eorum defen-
ſione, & ſalute timentes per ſimilia Sab-
bathi ſanctificationem tranſgredi Iudęi,
& ideo debellati eſſent, & vt Ioſephus
tradit arſi in ſpeluncis, Magnus Macha-
bęorum Dux ille, & legis Diuinę acerri-
mus propugnator, omiſſiſque Iudæorum
conuentus increpauit Iudæos mandans,
vt dicto die arma ſumerent, & ſe defen-
derent ſine ſcrupulo contrauentionis diei
ſancti contra inſultantes, & ne deiectis
animis, & proſtratis armis eſſent inimicis
22 omnibus Miſerorum præda. † Et ſimiliter
matrimonium eſt de iure diuino inſtitu-
tum à Deo in ſtatu innocentię primorum
Parentū in Paradiſo ſtatim ab initio mun-
di; reliqua verò ſacramenta primùm poſt
lapſum Adæ, & peccatum ſunt introdu-
cta, per tex. in cap. literæ, de frigid. & ma-
lefic. & ibid. Panormit. nu. 5. & per tex. in c.
1. de vot. & vot. redempt. in 6. & eſt matri-
monium ſacrm Nouæ legis, vt latè apud
Concil. Trident. habetur ſeſſ. 24. in prin-
23 cip. & canon. 1. † Et nihilominus videmus,
quod ſecūdum diuerſitatem temporum,
& ad tollendos abuſus, & ſæpe hæreſes
deſuper ortas Sanctiſſimi Romani Pon-
tifices plura circa matrimonia ſtatuerunt,
vt habetur de ſponſalibus, & matrimon.
& alijs titulis, extra, & in 6. & idem ſæpe
fecit Catholica Vniuerſalis Eccleſia, in
multis Generalibus Concilijs, & nouiſſi-
me in dicto Concil. Tridentin. dicta ſeſ-
24 ſio. 24. † Præterea vſuræ ſunt omni iure
prohibitæ, vt de ciuili iure eſt deciſ. Pe-
demont. 137. nume. 6. De iure canonico
tradit Ioan. Baptiſta de Sancto Seuerino
in l. cunctos populos, num. 32. C. de Sum-
ma Trinitate, & Fide Cathol. vbi id di-
cit eſſe de iure humano etiam, quod iti-
dem affirmauit Corn. in l. ſi paſcenda, C.
de pact. quod ius humanum, quamuis vi-
deatur idem cum iure ciuili, tamen id ve-
rum non eſt, cum ius ciuile intelligatur
de iure Romanorum ſcripto ab illo Ma-
gno Iuſtiniano Conſtantinopolitano, vt
de communi opin. tradit Dec. conſil. 429.
num. 5. & conſil. 469. nu. 12. & conſil. 186.
num. 1. Vbi Grauat. in annotat. ſub nu. 4.
in litera C, in verbo, Romanorum, &
eſt tex. in §. ſed ius quidem ciuile, Inſtit.
tit. de iure natur. gent. & ciuil. Quod etiā
ſint de iure naturali prohibitæ vſuræ, vo-
luit dicta deciſ. 137. nume. 6. Pedemont.
Rota in vna Romana cenſus, die 13. Iu-
nij. 1594. verſic. confirmatio, Coram Il-
luſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino
Cardinali Blanchetto, tunc Rotæ Audi-
tore in manuſcriptis. Item quod ſint iure
prophetico prohibitæ, tradit Speculat. in
Proœmio, nume. 11. & de iure diuino vo-
luit eadem Rota in dicta Romana, Pede-
mont. dicta deciſ. 137. nume. 6. Ioan. Ba-
ptiſta de Sancto Seuerino, dicto nu. 32.
Et non ſolum ſunt prohibitæ Chriſtianis
ex Sacro Euangelio, in quo mandatur
mutuo dari, & nihil inde ſperari; verum
etiam

etiam Hebræis ipſis. Ioan. Baptiſta de
Sancto Seuerino in dicta l. cunctos po-
pulos, num. 52. Plot. in addit. ad Lauden.
conſil. 47. numero 11. Ad prædicta vide
Clar. in §. vſura, & Summiſtas in verbo,
25 vſura. † Et nihilominus Summus Roma-
nus Pontifex determinat contractum fa-
ctum hoc modo eſſe vſurarium, factum
verò illo modo non eſſe vſurarium, ſed
26 non permittit aliquo modo vſuras. † Quia
ad prædicta, quæ ſunt iure diuino man-
data, tollenda homo manum non ponit,
& contra ea Papa non diſpenſat. Rota in
dicta Romana cenſus, coram Illuſtriſſi-
mo Domino Blanchetto, facit cap. ſuper
27 eo. de vſuris. † Et hinc dicunt Panormit.
& Marian. Socin. in cap. ſignificaſti, nu-
me. 13. de foro compet. Quod Conſtitu-
tio Papæ fundata ſuper iure diuino ligat
etiam Papam ipſum quoad mentem, li-
cet quoad verba, & formalem diſpoſitio-
nem, ſeu pœnas, quæ adduntur vltra ius
28 diuinum, ipſum non liget † ex quibus in-
ferri poteſt ad caſum noſtrum, quod Prin
ceps auferre poteſt iuramentum calum-
nię in ſpecie, & quoad formam traditam,
29 non autem iuramẽtum in genere. † ſi quis
tamen à Fide Catholica deuius velit con-
tra authoritatem Eccleſiæ in vtraque pa-
gina, & Veteris, & Noui Teſtamenti in-
ſurgere contra præmiſſa: Quia meum in-
ſtitutum non eſt de ſimilibus, quæ pro
exemplis induxi, diſputare, ſed firmiter
credere Authoritatem, & Poteſtatem
Beati Petri, & Succeſſorum, & Sacro-
rum Conciliorum in Eccleſia Sancta Dei
in præmiſſis, prout credo veluti Catho-
licus, propter quod gratias Deo ago; &
vti Catholicus, Catholicis verba facere
intendo, non autem ijs, qui in principijs
errant, & illa negant; conſulat prius ſu-
per dicta authoritate, & poteſtate Bea-
tum Thomam Aquinatem, & cæteros
Sacros Theologos, & ſe in fide confir-
met, deinde redeat ad legendum mea
ſcripta.

SVMMARIVM.

*1 Cauſæ cuiuſque rei quatuor ſunt, videli-
cet, efficiens, materialis, formalis, fi-
nalis.*
*2 Cauſa finalis iuramenti calumniæ eſt du-
plex, ſcilicet, vltimata, & non vlti-
mata.*
*3 Finis duplex eſt vltimatus, & non vlti-
matus.*
*4 Cauſa vltimata inducendi iuramentum
calumniæ, eſt publica vtilitas.*
*5 Qui dicantur finis vltimatus, & cauſa
vltimata, & finis non vltimatus, &
cauſa non vltimata.*
*6 Prima cauſa non vltimata inducendi iu-
ramentum calumniæ.*
*7 Secunda cauſa non vltimata, inducendi
iuramentum calumniæ.*
*8 Tertia cauſa non vltimata inducendi iu-
ramentum calumniæ.*
*9 Quarta cauſa non vltimata inducendi iu-
ramentum calumniæ.*
*10 Quinta cauſa non vltimata inducendi iu-
ramentum calumniæ.*
*11 Cauſa vltimata licet ſit vltima in exequu
tione, fuit prima in intentione.*
Finis dat eſſe rei.

Quæ fuerint cauſæ inducendi iuramentum calumniæ. Cap. IIII.

1 CAVSAE † cuiuſ-
que rei quatuor
eſſe ſolent, vi-
delicet efficiẽs,
materialis, for-
malis, finalis.
Tractaturus de
cauſis inducen-
di iuramentum
calumniæ breuitati conſulens tractabo de
2 cauſa finali tantum, † Quæ duplex eſt, ſci-
3 licet, vltimata, & non vltimata, † ſicut
etiam finis duplex dicitur vltimatus, &
4 non vlumatus. † Cauſa vltimata indu-
cendi iuramentum calumniæ, fuit publi-
ca vtilitas, de qua dixi ſupra, cap. 3. nu-
mero 6. Reſtat igitur dicere de cauſa non
vltimata, quæ multiplex eſt, ſed ante-
quàm ad eam deſcendam, aliqua præmit-
tenda duxi pro declaratione iſtius termi-
ni vltimati, & non vltimati finis, & vlti-
5 matæ, & non vltimatæ cauſæ. † Ei dico
finem vltimatum dici illum poſt quem
nullus alius expectatur finis, nec ad alium
finem tendit, finis autem non vltimatus
dicitur ille è conuerſò, poſt quem expe-
ctatur

ctatur alius finis, & qui ad alium finem tendit; & hoc idem de cauſa dicitur: Vt exempli gratia peregrinari inſtituo ad Sacram Lauretanam domum ab Vrbe; Finis vltimatus iſtius peregrinationis cęptæ ab Vrbe eſt ire ad dictam Sanctam Domum; ſed quia ad dictam Domum ire volo per Ciuitatem Spoleti, meus finis eſt ire ad Ciuitatem Spoleti; Tamen non eſt meus vltimatus finis ire ad Ciuitatem Spoleti, ſed inde ire ad Sanctam Domum. Sic ad rem noſtram redeundo dico, quod omnes infraſcriptæ cauſæ, quæ à Doctoribus traduntur fuiſſe inducendi iuramentum calumniç, ſunt quidem cauſæ, ſed non vltimatę, & omnes ipſæ ſunt propter vtilitatem publicam, quæ eſt cau-
6 ſa vltimata. † Cauſarum non vltimatarum inducendi iuramenti calumniæ. Prima fuit ad inquirendam veritatem, & vt veritas eluceſcat, & non occultetur, cap. cæterum, iuncta Gloſ. ibid. in verbo, veritatem, de iuramen. calumn. faciunt tradita per Franciſcum Marcum deciſ. 581. numero ſecundo, Marian. Socin. in rubric. de iuramen. calumn. numero decimoſeptimo, vbi dicit hanc fuiſſe præcipuam cauſam. Rota in vna Bononien. Attentatorum die Lunæ, vigeſimoquarto Octobris. 1588. verſicul. nec dubium, & verſicul. quia iudex, coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Cardinali Mantica, tunc Rotę Auditore in ma-
7 nuſcriptis. † Secunda cauſa non vltimata fuit, vt timore talis iuramenti litium ambages compeſcerentur, per text. in l. prima, & ibi Gloſ. in verbo, compeſcitur, C. de iureiuran. propter calumn. & in dicto capitul. cæterum, in dicto verbo, veritatem, extra, eodem titul. Cotta in Memorial. in verbo, iuramentum calumniæ. Marian. Socin. in rubric. de iuramen. calumn. numero decimoſeptimo, vbi dicit hanc fuiſſe cauſam præce-
8 denti proximam. † Tertia cauſa non vltimata fuit, vt litigantium contentioſa inſtantia, & calumnia compeſceretur. Socin. in dicta rubrica, dicto numero decimoſeptimo. Baldus in dicta l. prima, numero primo, prope fin. C. de iureiuran. propter calumn. vbi Bald. ex hoc infert ad tria, vt ibi per eum, & aliqua ex ijs in-
9 fra ponam. † Quarta cauſa non vltimata fuit, vt timore talis iuramenti quis non fit immemor ſalutis æternæ, de qua cauſa Socin. dicto numero decimoſeptimo.
10 † Quinta cauſa non vltimata fuit, vt euitarentur fraudes, Socin. in dicto capitul. cæterum, numero octauo, verſicul. ſed hoc dixi. Sed iſta quinta cauſa videtur
11 reincidere cum prima. † Nec ex hoc quod cauſæ non vltimatæ præcedunt cauſam vltimatam, dici poterit iuramentum calumniæ introductum principaliter in fauorem priuatorum, & ſecundario in fauorem publicum, quia cauſa vltimata licet ſit vltima in exequutione, fuit prima in intentione. Et inſuper finis dat eſſe rei.

SVMMARIVM.

1 *Forma iuramenti calumniæ ex Speculat.*
2 *Forma iuramenti calumniæ ex Bald.*
3 *Forma iuramenti calumniæ ex Marian. Socin. remiſſiuè.*
4 *Forma iuramenti calumniæ ex Petr. Vanderano.*
5 *Forma iuramenti calumniæ præſtandi à litigante, & iurante alieno nomine, remiſſiuè.*
6 *Forma iuramenti calumniæ Aduocati, remiſſiue.*
7 *Hebræi iurant de calumnia.*
8 *Hæretici, & Turcæ iurant de calumnia.*
Vniuerſitas iurat de calumnia, & eius forma, remiſſiue.
9 *Formæ duæ iuramenti calumniæ Procuratoris.*
10 *Forma iuramenti calumniæ nuncij.*
11 *Formæ prædictæ iuramẽti calumniæ, ſunt generales ſuper tota cauſa.*
Dantur aliquæ formæ iuramenti calumniæ, ſuper actibus particularibus.
12 *Forma iuramenti calumniæ, quando ſimpliciter petitur de calumnia iurari, & ſimpliciter præſtatur hoc iuramentum.*
13 *Forma iuramenti calumniæ, in quo explicitè iurantur omnia Capitula ſub iuramento calumniæ comprehenſa.*
14 *Quare ſint poſita in dicta vltima forma illa verba*, ad ſatisfaciendum importunitati Seij aduerſarij.
15 *Quare in dicta vltima forma ſint appoſita illa verba*, manibus corporaliter tactis ſcripturis.

16 *Quare in dicta forma vltima ſint poſita illa verba*, Ad Sancta Dei Euangelia.
17 *Quare in dicta formula ſunt poſita verba*, exiſtimo, & credo.
18 *Quare forma concepta ſit dictæ formulæ per verbum præteritum, præſens, & futurum.*
19 *Quare appoſita ſint illa verba*, Niſi illis perſonis.
20 *Poſſunt dari ſportulæ.*
21 *Sportulæ quid.*
22 *An, & quando debeantur ſportulæ.*
23 *Sportularum materia, vbi habeatur.*
24 *De conſuetudine, an licitè dari, & recipi poſſint ſportulæ.*
25 *Aſſeſſoribus ſportulæ non debentur.*
26 *Poſſunt dari iudicibus eſculenta, & poculenta.*
27 *Quare poſita ſint in dicta forma vltima illa verba*, Quandocunque fui.
28 *Quid agere debeat ille, qui calumniam commiſit ante iuramentum calumniæ.*

De formulis iuramenti calumniæ. Cap. V.

DIVERSIMODE
à Doctorib⁹ re-
peritur tradita
forma iuramen
1 ti calũniæ. † Vnã
formam tradit
Speculat. in tit.
de iuramẽto ca-
lumniæ, §. quar-
to, in princip. & numero primo, quæ for-
„ ma talis eſt, videlicet. Quod iurabis, quod
„ non calumnioſè petis, ſed quia credis,
„ & exiſtimas iuſtè petere. Item quod re-
„ ſpondebis veritatem ſuper iis, de quibus
„ interrogaberis. Item quod non vteris
„ ſcienter falſa probatione, ſiue in teſtibus,
„ ſiue in inſtrumentis, ſiue in alia ſpecie
„ probationis. Item quod non corrupiſti,
„ neque corrumpes iudicem, neque promi-
„ ſiſti, nec promittes aliquid per te, vel per
„ interpoſitam perſonam pro hac cauſa, vt
„ ſententia feratur pro te, niſi illis perſo-
„ nis, quibus iura dare permittunt, videli-
„ cet, Notario, Aduocato, & aliis. Item
„ quod dilationem non petes animo diffe-
„ rendi iudicij, ſic verum eſt, & ſic ſerua-
„ bis, ſic Deus te adiuuet, & hæc Sancta
„ Euangelia Dei. Conſulit tamen Specu-
lat. ob crebra periuria, quæ deſuper ac-
ciderent, vt omittatur illud capitulum,
quod dilationem non petet animo diffe-
rendi iudicij. Et prædicta forma vide-
tur tradita à Speculat. caſu quo expreſſe,
& explicite velimus iurari omnia Capi-
tula comprehenſa ſub iuramento calum-
niæ, vt ſupra dixi capitul. ſecundo. Ve-
rum quando implicite, & tacitè iurantur
omnia dicta Capitula expreſſa ſupra ca-
pitul. ſecundo. traditur à Speculat. dicto
numero primo, forma talis, videlicet,
„ Quod iuras, quod iſtam litem calumnian-
„ di animo non mouiſti. & iſtæ duæ for-
„ mæ ad iuramentum actoris ſpectant. Cæ-
terum quoad iuramentum rei voluit Spe
culat. dicto numer. 1. Quod Iudex ad reũ
„ conuerſus dicat. Tu iurabis, quod pu-
„ tas petitioni actoris iuſtè contradicere, &
generaliter iurabis, ita verum eſſe, & te
obſeruaturum in defendendo, ſicut ille
iurauit ſuperius in agendo: & iſtæ duæ
formæ altera actoris, altera rei à Specul.
2 traduntur. † Secundam formam iuramen
ti calumniæ tradit Bald. in l. 2. numero 3.
C. De iur. iur. propter calum. & eſt. Quod
„ actor iurat non calumniandi animo litem
„ mouere, ſed credens ſe bonam cauſam
„ habere: Reus verò iurat ſe bona inſtan-
3 tia vti, & recte contradicere. † Tertiam
formam tradit Marian. Socin. in cap. cum
in cauſa. De iur. calumn. vbi ſub numero
8. ponit iuramentum calumniæ actoris,
ſub numero 10. autem ponit formam iu-
ramenti rei: & ibi poteris ex te videre,
4 † Quartam formam tradit Petr. Vandera-
nus in ſua pract. iudiciali. lib. 3. cap. 2. ver-
ſic. Formula autem iuriſiurandi, vbi ta-
„ lem tradit. Nulla alia affectione, & inten-
„ tione litem moui, ſeu actori reſtiti, quàm
„ quod exiſtimem me iuſtam cauſam fo-
uere. Et hæc Vanderanus. ſi vellem ſimi-
les formulas, ſeu deſcriptiones iuramen-
ti calumniæ, centum afferre poſſem ge-
nerales, & non particulares ad particula-
res perſonas ſpectantes, excerptas à va-
riis Doctoribus: ſed quia ponam vnam
formam generalem, quæ ſit communis
actori, & reo eis omiſſis breuitati conſu-
lens venio ad quædam iuramenta parti-

cularia concernentia perſonarum quaſ-
5 dam ſpecies particulares. † Prout de iu-
ramento litigantis, & iurantis nomine
alieno habes formam apud Speculat. in
dicto Titul. De iuram. calumn. §. quar-
to, numero ſeptimo, & ſequen. vbi vide-
6 re poteris, † Formam iuramenti calum-
niæ aduocati in dicta l. ſecunda, haberi
dicit Socin. in dicto Capitul. cum in cau-
ſa, in qua lege reuera non extat tale iu-
ramentum, ſed ibi remittit ſe Impera-
tor ad ſuas diſpoſitiones, & talis forma
habetur in l. rem non nouam, §. Patroni
autem cauſarum, C. De iudic. vbi ex te
videre poteris, & hic non ponam, quia
de conſuetudine tale iuramentum aduo-
cati dicunt non præſtari, vt ponam infra
vide in præmiſſis de Aduocato ea, quæ
dicam infra cap. decimoquinto in decla-
7 ratione 33. † Hebræi etiam iurant de ca-
lumnia vt dicam infra cap. 15. in declara-
tione 19. & ſi viderit iudex expedire fa-
ciet eos iudex iurare ſuper decem præce-
ptis Moyſi. Vel per Deum Patrem om-
nipotentem Sabaoth. Vel per Deum,
qui apparuit Moyſi in rubo. Vel per ve-
rum Adonai Patrem. Vel per Deum
Eloîm. Vel ſic, ſi culpabilis es, & per-
iurus, ſis diſperſus inter gentes, & mo-
riaris in terra inimicorum tuorum, & ſic
te terra abſorbeat, ſicut Dathan, & Abi-
ron, & tu deferens iuramentum reſpon-
de amen. Vel ſic. Te lepra abſorbeat,
ſicut Naaman Syrum, vel ſic fiat habita-
tio tua deſerta. Vel ſic veniant ſuper ca-
put tuam omnia peccata tua, & paren-
tum tuorum, & omnes maledictiones,
quæ in lege Moſaica, & prophetica ſcri-
ptæ ſunt, & ſemper tecum maneant, &
reſponde tu deferens iuramentum, Amē
Vel ſic. Det Deus te maledictionem in
gentibus, & in exemplum cunctorum
populo ſuo. Hæc habes ex Specul. ſed
alia iuramenta habebis infra capitul. de-
cimoquinto. Ideo in præmiſſis vide, quæ
8 tradidi dicta 33. declaratione. † Hæreti-
ci etiam, & Turcæ iurant de calumnia,
vt infra dicto capitul. 15. dicam in decla-
ratione. 17. & 18. vbi aliqua colligi pote-
runt. Vniuerſitas quoque iurat de ca-
lumnia, & eius iuramenti formam vi-
de remiſſiue infra capitul. 15. nume. 108.

9 † Quia vero non cogimur iudicia per nos
ipſos mouere, ſed ſæpe per alias perſo-
nas noſtro nomine iudicia mouemus; vt
per procuratores, de quibus dicam infra
capitul. 16. Socin. in dicto capitul. cum in
cauſa, tradit duplicem iuramenti de ca-
lumnia procuratoris formam, alteram,
in qua procurator concipit verba exequu
tiua actus iurandi in perſona ipſius pro-
curatoris, alteram, in qua prorſus con-
cipit dicta verba exequutiua iuramenti ca
lumniæ in perſona Domini ſui. Prima
forma, in qua procurator concipit dicta
verba in ſua perſona, ſecundum Socin.
ibidem. in numero 14. talis eſt, videlicet,
» Ego iuro in animam Domini mei, quod
» ipſe ita ſeruabit; ſecunda dum procura-
tor concipit verba in perſona propria di-
cto numero decimoquarto à Socino tra-
» ditur, & eſt talis, videlicet. Dominus
» meus iurat, quod ipſe ita ſeruabit. Et poſt
vtrunq; iuramentum ſubdatur illud, quod
Socin. ibi tradit, videlicet, Sic Deus ip-
ſum adiuuet, & hæc Sancta Dei Euan-
gelia, vtrique enim caſui aptari poſſunt
dicta verba, immo neceſſario ſunt po-
10 nenda. † Verùm Nuncius, de quo ver-
ba faciam infra cap. decimoquinto. in de-
claratione 35. Concipit dicta verba exe-
quutiua actus iurandi in perſona Domi-
ni, dumtaxat, vt Socin. in dicto numero
14. ex mente Cyn. in dicta l. ſecunda. Præ-
11 dictæ † omnes iuramenti calumniæ for-
mæ ſunt generales, hoc eſt generaliter
comprehendentes omnia, quæ in iudi-
cio deducuntur. Formæ verò aliæ par-
ticulares etiam traduntur, quæ non re-
ſpiciunt generaliter totam cauſam, ſed
quoſdam articulos particulares, vt trado-
tur forma iurandi de calumnia ſuper ex-
ceptionibus infra capit. 19. in declaratio-
ne 25. & aliæ multæ formæ, quæ tradun-
tur ſuper quibuſdam articulis particulari-
bus, quæ cum non ſint proprie iuramen-
ta calumniæ, ſed malitiæ, vel veritatis,
quia ſuper actu, & articulo particulari
præſtantur, & non generaliter ſuper to-
ta cauſa, ſicut eſt iuramentum calumniæ,
ea omiſi. Et quia omnes prædictæ for-
mulæ, ſeu potius deſcriptiones aliquem
patiuntur defectum, & ſimiliter omnes
alias, quotquot vidi, aliquæ ſiquidem a-

ctorem tantùm reſpiciunt, aliquæ reum
tantùm, compilãdam duxi duplicem for-
mam iuramenti calumniæ; Alteram,quæ
implicitè, & virtualitet contineat omnia
capitula poſita ſupra cap.2. alteram, quæ
expreſſe, ac explicitè contineat omnia
comprehẽſa ſub dicto cap.2. & ambæ ex-
12 tendantur ad actorem,& reum. † Forma
iuramenti calumniæ præſtandi, quando
ſimpliciter petitur de calumnia iurari, &
ſimpliciter præſtatur, quæ implicite, &
virtualiter contineat o͞ia comprehenſa in
d.c.2. ſuperius poſito, talis tradi poſſet, vi-
delicet: Ego Caius ad ſatisfaciendum im-
portunitati Seij aduerſarij iuro de calum-
nia manibus corporaliter tactis ſcripturis
ad Sancta Dei Euangelia in forma iuris
valida,& ita me Deus, & dicta eius Euan
gelia me adiuuent, prout veritatem iuro.
13 † Forma iuramenti calumniæ præſtandi
expreſſe, & explicite, & quæ expreſſe, &
explicitè contineat omnia comprehenſa
ſuperius,cap.2.talis tradi poſſet, videlicet,
Ego Caius ad ſatisfaciendum importu-
nitati Seij aduerſarij de calumnia mani-
bus corporaliter tactis ſcripturis ad San-
cta Dei Euangelia iuro, quod exiſtimo,
& credo, quod non animo calumnian-
di quandocunque fui, ſum, aut ero a-
ctor, ſiue reus in huiuſmodi cauſa non
egi, ago, aut agam, reſtiti, reſiſto, aut
reſiſtam, ſed quia lis mihi iuſta viſa
fuit, videtur, ac videbitur. Item quod
probationem non exegi, non exigo, nec
exigam, niſi quam pro veritate putaui,
puto, & putabo neceſſariò exigendam;
Item quod non dedi,do, nec dabo,neque
promiſi,promitto,aut promittam per me,
vel per aliam perſonam iudici, aut alicui
alij perſonę aliquid, niſi illis perſonis, qui-
bus leges, & quantum, & quæ dare per-
mittunt; Item quod dilationem non pe-
tij, non peto, nec petam animo differendi
iudicij; Item quod ſi aliquando interroga-
tus fui, ſum, aut ero reſpondi, reſpondeo,
& reſpondebo veritatem; Item quod nõ
fui vſus, non vtor, neque vtar falſa proba-
tione, ſiue in teſtibus, ſiue in quauis alia
ꝓbationis ſpecie; Et ita me Deus,& eius
Sancta Euangelia prędicta me adiuuent,
prout veritatem iuro. Et ſub hac expreſ-
ſione Capitulorum prædictorum, iudex
poteſt cogere partes ad iurandum, quia
neſciunt, quid ſit iuramentum calumniæ,
14 vt dixi ſupra cap.2.num.14. † Poſui in di-
ctis duabus formulis illa verba, *Ad ſatiſ-
faciendum importunitati Seij aduerſarij*,
quæ verba ſunt potius de ſtilo curiarum,
quàm de iure, quia ſolet peti dictum iura-
mentum à parte aduerſa, aliàs non ſolet iu
rari, vt plurimum, niſi petatur. Et ideo ſi
præſtaretur nemine petente, prout fieri
poſſe, dicam infra capit.10. auferentur di-
15 cta verba. † Poſui etiam illa verba, *Ma-
nibus corporaliter tactis ſcripturis*, Ad
tollendam quæſtionem, an requirat iſtud
iuramentum tactum ſcripturarum, de qua
dicam infra capit. ſexto, ſequenti. Et prę-
dicta procedunt in laicis, quia in Clericis,
& Eccleſiaſticis perſonis non ſeruatur, ip-
ſæ enim Eccleſiaſticæ perſonæ non iu-
rant tactis ſcripturis, vt dicam infra dicto
capitul. ſexto, in fin. & in capitul. decimo-
16 quinto. † Poſui quoque illa verba, *Ad San-
cta Dei Euangelia*, ad oſtendẽdum, quod
quamuis iuretur tactis ſcripturis quibuſ-
cunque, tamen intentionaliter ad Euan-
gelia iuratur per tactum talium ſcriptura-
rum, vt dicam infra dicto capitul. ſexto.
17 † Poſui in ſecunda Formula nouella iura-
menti calumniæ, per me compilata illa
verba, *Exiſtimo, & credo*, quia in dicto
iuramento reſpondetur de credulitate,
& non de veritate, & nihilominus talis
reſponſio de credulitate præiudicat, ſi-
cut reſpondiſſet de veritate, vt dicam in-
18 fra capitulo octauo. † Concepi etiam
omnia verba Capitulorum comprehen-
ſorum ſub iuramento calumniæ, de qui-
bus egi ſupra capitulo ſecundo, in tem-
pore præſenti, præterito, & futuro, ad
tollendam difficultatem, An iuramen-
tum calumniæ reſpiciat præterita, præ-
ſentia, & futura, de qua quæſtione ver-
ba faciam infra capitulo decimo, in fine.
19 † Addidi etiam illa verba, *Vel per aliam
perſonam*, quamuis ille qui per alium fa-
cit, per ſe facere videatur, vt dixi ſupra
capitulo primo, ad vberiorem cautelam,
& non ad neceſſitatem, nec imputari poſ-
ſum ſub prætextu eorum, quę tradidi di-
cto capitul. 1. quia ibi tractabatur de dif-
finitione iuramenti, quę diffinitio debet
cum ſuo diffinito conuerti, & hæc for-

mula

mula non eſſe debet ita anguſte conce-
pta, ſicut diffinitio, ſed magis amplè, vt
magis iurare debentes ſint certi quantum
20 extendatur hoc iuramentum. † Appo-
ſui quoque illa verba. *Niſi illis perſonis,*
quibus leges. Nam ſi do aliquid iudici,
vt pro me ferat ſententiam, perdo cau-
ſam ad Roman. ſingul. 331. incipien. Si
21 do iudici pecuniam. † Poſſum tamen da-
re ſportulas, quas vulgo nos propinas di-
cimus. Andr. Gaill. Practic. obſeruat.
libro primo, obſeruatione 151. numero
ſexto, pagina mihi 264. columna ſecun-
da. Veſtr. in pract. libro ſeptimo, capi-
tulo primo, numero decimotertio, &
Grauat. ibidem, litera K, verſicul. ſal-
tim diſpenſatiuè. Dicuntur autem pro-
pinæ ab eo, quod ſententiam propinent,
& ſtimulent iudicum auaritiam ad ſenten
tiam ferendam, vt dictas ſportulas, ſeu
22 propinas lucrentur. † An autem, & quan-
do dictæ ſportulæ, ſeu propinæ debean-
tur. Vide Veſtr, Grauat. & Gaill. vbi
ſupra, ac etiam Corſett. in ſingular. inci-
pien. Ius canonicum. vbi allegat Roman.
23 † De ſportularum materia, quæ quoti-
diana eſt, vide citatos Doctores ſupra
proxime, ac etiam text. in §. ſuſcepto ve-
rò libello, & ibi Gloſ. in verbo, ſportu-
lis, in Authentic. de exhiben. reis, & Glo.
in verbo, alijſque, & ibidem Gloſell.
marginalem in Authent principales per-
ſonæ, C. de iureiuran. propter calumn.
text. in l. offeratur, & ibi Gloſ. in verbo,
præbitis ſportulis, C. de lit. conteſt. Ioan.
Anton. Vſillum. de Cur. Præſid. auth. ca-
pit. 3. 41. poſt comment. de dotib. Ant.
Guiberti. text. & titul. C. de ſportulis, &
24 ſumptibus, &c. † Et an de conſuetudine
dari, & recipi poſſint, vide Veſtr. Gra-
25 uat. & Corſett. vbi ſupra. † Et quod aſ-
ſeſſoribus non debeantur, voluit Gaill.
dicta obſeruatione 151. numero ſeptimo,
vbi dicit in Camera Imperiali id ſerua-
26 ri. † Poſſunt etiam tradi iudicibus eſcu-
27 lenta, & poculenta. † Nec illa verba po-
ſita in vltima formula, videlicet, *Quan-*
documque fui, ſum, aut ero actor, ſiue
reus in huiuſmodi cauſa, fruſtratoria ſunt;
Nam ſi præſtaret iuramentum calumniæ
actori ſtatutum, ſi efficeretur reus per
aduerſarij exceptionem oppoſitam, & ſic
è conuerſo per eam efficeretur actor il-
le reus, qui iurauit de calumnia iuxta for-
mam reo præfixam, contingeret dubita-
ri an eſſet neceſſarium aliud iuramentum,
vel iam præſtitum ſufficeret; ſæpe enim
reus excipiendo fit actor, & per eam po-
ſitam ſibi actor fit reus, vt dicam infra
28 capitul. 14. in princip. † Hic contingeret
dubitari, Titius exempli gratia mouit li-
tem aduerſus Seium, dictus Titius ante-
quàm exigeretur ab eo iuramentum ca-
lumniæ per Seium calumniam commiſe-
rat in teſtibus, vel alijs modis; ſi modo
29 dictus Titius cogeretur de calumnia iu-
rare, iuxta dictam formam extenderetur
etiam ad teſtes, & alia, in quibus eſt ca-
lumniatus, incurret periurium, quamuis
in futurum ſtatueret nō calumniari. Quid
igitur dicendum, vt licitè iurare poſſit?
Dic, Titium obligatum eſſe exprimere,
ea, in quibus calumniatus eſt, & in reli-
quis ſe iurare de calumnia; & calumniam
commiſſam vna cum damnis, & intereſ-
30 ſe partis reſarcire. Et quomodo purgan-
do contumaciam poſſit quis iurare in præ
teritum, vide, quæ dicam infra capitul.
decimoquarto, numero 166. ex opinio.
Dom. Anton. quæ conferunt ad proban-
dum, quod iuramentum calumniæ poteſt
extendi etiam ad præterita.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum calumniæ defertur authore prætore.*
2 *Iuramentum calumniæ debet in actis interponi.*
3 *Iudicis præſentia debet interuenire in iuramento calumniæ præſtando.*
4 *Partis aduerſæ præſentia requiritur in iuramento calumniæ præſtando.*
5 *Contrarium autem, & quod non requiratur præſentia partis aduerſæ.*
Et hæc vltima ſententia ſubſiſtit de iure, & de obſeruantia communi.
6 *Prima opinio ſubſiſtere poſſet, quando à parte peteretur iurari in ſua præſentia.*
7 *Si peteretur iurari in præſentia partis aduerſæ, & in eius præſentia non curaretur, ex hoc non redduntur nulli proceſſus, & ſententia.*
8 *Conſuetudo legis interpretatiua non requirit præfinitum temporis ſpacium,*

nec aliquam præſcriptionem.

De materia conſuetudinis interpretatiua.

9 *Prima opinio ſi aliquando locum haberet, falleret in muliere, quæ non tenetur ſe exhibere ad iurandum in præſentia aduerſarij.*

10 *Tactus Euangeliorum requiritur in iuramento calumniæ.*

11 *Tactus quarumcunque ſcripturarum in iuramento calumniæ ſufficit de conſuetudine.*

12 *Iuramentum non requirit tactum ſcripturarum neceſſario.*

13 *Tactus ſcripturarum eſt neceſſarius, quando iuramentum à iure defertur, vt in iuramento calumn. & debent tangi manibus.*

14 *Prædicta de tactu ſcripturarum procedunt in laicis, non in Eccleſiaſticis perſonis.*

Iuramentum calumniæ an requirat præſentiam Iudicis, & partis aduerſæ, ac tactum ſcripturarum.
Cap. VI.

1 ISTVD iuramentum defertur authore prætore, per text. in l. de pupillo, §. qui opus, & ibi Gloſ. in verbo, Prætor, ff. de operis nou. nunciatio. Marian. Socin. in cap. inhærentes, numero vndecimo, de iura-
2 mento calumniæ. † Et in actis cauſæ debet interponi. text. expreſſus in l. ſecunda, §. ſi autem abſuerint, iuncta Gloſ. ibidem, in verbo, actis, & in §. hoc etiam, in fin. text. in authentic. principales perſonæ, in princip. & Gloſ. ibidem, in verbo, iudicibus, C. de iureiurand. pro-
3 pter calumn. † Interuenire etiam debet iudicis præſentia, per text. in dicta l. ſecunda, §. primo, in fin. & voluit Gloſ. in dicto verbo, iudicibus, text. in dicta authentic. principales perſonæ, §. ſed ſi partes, Socin. in dicto capit. inhærentes, numero vndecimo. Et habetur in Formulario Terminorum, fol. mihi 25. ſecundum veterem impreſſionem, ſub rubric. ad declarandum, & iurandum de calumnia, & fol. 94. ſub rubric. ad iuran-
4 dum de calumnia. † Præſentia quoque partis aduerſæ interuenire debet, vt eſt text. in dicta l. ſecunda, §. ſin autèm, vel dignitas, in fin. Bald. in dicta authentic. principales perſonæ, in princip. Socin. in dicto capitul. inhærentes, numero vnde-
5 cimo, in principio. † In contrarium autem, & quod non requiratur partis aduerſæ præſentia videtur eſſe textus expreſſus in dicto §. ſed ſi partes, & in dicto §. ſi autem abſuerit, & ibi Gloſ. in verbo, abſente. Et hæc vltima ſententia non ſolum ſubſiſtit iuribus prædictis, ſed etiam videtur ex communi obſeruantia ſequenda, iuratur enim ex communi obſeruantia parte abſente, & parte præ-
6 ſente, & eundem operatur effectum. † Prima autem opinio ſubſiſtere poſſet, & habere locum quando pars aduerſa inſtaret iurari de calumnia, & iurari ipſa præſente, quia tunc ſimiliter præſtari debet iuramentum calumniæ, quando ſcilicet petatur, vt dicam infra capitul. ſeptimo ſequen. & ſi non petitur, non eſt neceſſario præſtandum, vt ibi dicam, & ſic in ſimili dici poſſet, quod præſentia partis aduerſæ ſit neceſſaria in iuramento calumniæ præſtando, ſi tamen petatur in ſua
7 præſentia iurari, aliàs non. † Et ſi etiam peteretur iurari in præſentia partis aduerſæ, ſi id non impleretur in præſentia eius, ex hoc nõ crederem ſententiam nullam, aut proceſſum nullum ex pluribus, primo, quia in ſubſtantia impletur voluntas legis, quod ſcilicet iuretur de calumnia, licet in circunſtantia non eſſentiali, & ſubſtantiali non ſeruetur, & ita eſt in praxi communis obſeruantia, vt dixi, & con-
8 ſuetudo interpretatiua illius leg. 2. † Quæ conſuetudo interpretatiua, quod ſcilicet iurari de calumnia poſſit ſine partis præſentia non requirit præfinitum ſpatium temporis, nec aliquam præſcriptionem, ſed ſatis eſt aliquoties ita obſeruatum fuiſſe Paul. conſil. 347. numero quarto, libro primo. Aym. conſil. 118. numero ſecundo, & conſil. 201. numero ſecundo, De-

gian.conſil.51. numero cinquantaotto, & ſequen. & numero ottantaquattro, libro ſecundo. Rota in vna Farfen. Villæ Caprolæ. 12. Februarij, 1593. coram. V. P. D. Pegna. Et ad huius conſuetudinis materiam videatur Abb. in capitul. cum dilectus, numero ſeptimo, de conſuetud. Natt.conſil.406. numero vigeſimoſexto, libro ſecundo, Dec.conſil.vndecimo, numero nono. Arct. conſil.115. numero ſecundo, Socin.conſil.ſexto, numero quarto, conſil.251. numero vigeſimoquinto, libro primo, Roman. conſil. 122. numero primo, verſicul. ex quibus omnibus. Secundo, quia præſtatur hoc iuramentum in iudicio vbi iudicis præſentia ſupplet præſentiam partis, & multa iudicialiter facta ſunt valida, quæ ſi extraiudicialiter

9 fierent, nulla tenus tenerent, † & iſthæc prima opinio quando amplecteretur, falleret in muliere, quia mulier in tali iuramento præſtando non tenetur ſe exhibere aduerſario. Bald. vbi ſupra proximè. Alberic. in dicta Authentic. principales

10 perſonæ, numero primo. † Requiritur vltra prædicta in iſto iuramento calumniæ tactus Euangeliorum per ea, quæ tradit Socin. in capitul. cum in cauſa, numero ſecundo, de iuramen. calumn. & ibidem

11 numero decimo. † Hodie tamen ſeruat conſuetudo, vt non iuretur tactis Euangelijs, ſed ſufficit tangere quaſcunque ſcripturas: Nec iuratur ad illas ſcripturas, at ad Euangelia intentionaliter, & ſic conſuetudo in obſeruantia requirit tantùm ſcripturarũ quarumcũque tactum, & pro legis implemento tactum Euangeliorum animo, & intentionaliter, & ſi non corporaliter. Socin. in dicto numero decimo, idem tradit de iuramento in genere, Guid. Papæ decif. 35. numero ſecundo, & ita in Practica ſeruari habemus in dicto Formulario Terminorum, loco præ

12 citato, fol.25. † Neque ſine tactu ſcripturarum ſubſiſteret iſtud iuramẽtum. Nam iuramentum non requirit tactum ſcripturarum neceſſario, vt per Galleſ. in loco

13 proximè citando. † Tamen in hoc iuramento calumniæ ex quo eſt de iure requiſitum; & in caſibus, in quibus à iure defertur iuramentum, vt eſt caſus noſter, eſt neceſſarius ſcripturarum tactus, Galleſ. de forma Cameræ ad ſextam particul. obligationis Cameralis, quæſtio. ſecunda, numero decimo. Facit bona annotatio Sebaſt. Sapiæ. ad Panormitan. in capitul. inhærentes, numero vigeſimoprimo, in verbo, tactis Euangelijs, de iuramento calumn. vbi extendit hoc etiam ad iuramentum, quod defertur à ſtatuto, & pręſtatur ab Epiſcopo. Et debent tangi manibus, & non ſufficit tangi brachio, vel alio membro, vt per Barbatiam in annotat. ad Panormitan. in capitul. inhęrentes, numero vigeſimoprimo, in verbo, non tamen propoſitis, in fin. de iura-

14 mento calumnię. † Et prædicta de tactu ſcripturarum procedunt in laicis, quia in Epiſcopis, in Clericis, & Eccleſiaſticis perſonis id non procedit, Tales enim iurant tacto pectore more Prælatorum, Sacerdotali, ſeu Clericali: & multa de pręmiſſis habebis infra capitul. decimoquinto ſuis in locis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum calumniæ non videtur eſſe neceſſarium in iudicijs, neque illorum pars ſubſtantialis.*

2 *Iuramentum calumniæ eſt neceſſarium in iudicijs, & de ſolito ordine iudiciali.*

3 *Iuramentum calumniæ eſt de ſolido ordine iudiciali, & inductum ad ſolemnizandum iudicium.*

4 *Iuramentum calumniæ inductum eſt pro ſolemnitate, & forma iudicij.*

5 *Forma non ſeruata actus eſt nullus.*

6 *Iuramentum calumniæ eſt de ſubſtantia iudicij.*

7 *Iuramentum calumniæ quod non ſit neceſſarium in iudicijs procedit, ſi non fuit petitum iſtud iuramentum.*

8 *Iuramentum calumniæ quod præſtandum non ſit niſi petatur, procedit etiam in ſtatutis mandantibus iurari de calumnia ex Menoch.*

Quæ opinio Menoch limitatur.

9 *Iuramentum calumniæ, quod non præſtetur, niſi exigatur, procedit etiam in cauſis criminalibus.*

10 *Secunda vero opinio, quod ſcilicet iuramentum calumniæ ſit neceſſarium in iudicijs, & pars ſubſtantialis, procedit, ſi iuramentum prædictum fuit à parte*

parte aduerſa petitum.

11 *Iuramentum calumniæ ſi non exigitur à parte, ſed à iudice, non eſt pars ſubſtantialis iudicij.*

Fallit vt ibi remiſsiuè.

12 *Iuramentum calumniæ ſi à parte aduerſa petatur, eſt neceſſarium in iudicijs, & illorum pars ſubſtantialis.*

13 *Iuramentum calumniæ, ſi à parte petatur, & non præſtetur, proceſſus, ſententia, & omnia inde ſequuta ſunt nulla.*

14 *Et ſunt nulla ipſo iure proceſſus, ſententia, & omnia inde ſequuta, ſi petatur, & non præſtetur hoc iuramentum.*

15 *Iuramentum calumniæ ſi petatur, & non præſtetur, procedit etiam in cauſa ſummaria.*

16 *Bald. in l. ſecunda, §. quod obſeruari, C. de iureiurand. propter calumn. opinio, an cadat actor nolens iurare ipſo iure à cauſa.*

Quid ſentiendum circa hoc dictum Bald.

17 *In Camera Imperiali non reputantur nulli proceſſus, nec nullæ ſententiæ latæ extra Cameram, in prima, vel ſecunda inſtantia ob iuramentum calumniæ non præſtitum, vigore particularis ordinis.*

18 *Iuramentum calumniæ eſt neceſſarium in proceſſu, qui formatur in Camera.*

19 *Iuramentum calumniæ ſi quis petat in parte iudicij non conſueta, non reddit proceſſum, & ſententiam nullam, prout Matthesil. dicit, ſecundum Socin.*

Reprobatur dicta opinio Socini.

20 *Aequitas non ſcripta, quam quis ſuo capite fingit, eſt duplex iniquitas.*

21 *Prædicta æquitas non ſcripta, non præfertur rigori ſcripto.*

22 *Rigor ſi eſt in ſpecie ſcriptus, & ſimiliter æquitas in ſpecie ſcripta, rigor æquitati præfertur.*

23 *Acta faciunt notorium inter partes litigantes.*

24 *Paria ſunt ſcire, & ſcire debere.*

25 *Termini ſubſtantiales decem, ſunt maxime ſi cauſa ſit profana.*

26 *Iuramentum calumniæ numeratur inter terminos ſubſtantiales.*

27 *Termini ſubſtantiales ſunt communes vtrique parti.*

28 *Termini ſubſtantiales ſunt communes vtrique parti non ſimpliciter, ſed ſecundum quid; & ſunt communes quoad dilationes vtrique parti.*

29 *Sententia in puncto iuris eſt nulla, ſi Titius in terminis ſubſtantialibus petijt iurari de calumnia, & Seius in cuius fauorem lata eſt, non iurauit, & numero 31. in fin.*

30 *Termini ſubſtantiales ex vrbanitate, & non de rigore ſeruantur, quando per contradictas proceditur cõtra citatum ad totam cauſam.*

Quando proceditur per edicta idem eſt dicendum.

Et eſt nulla ſententia prædicta in fauorem Seij lata, dum ſimiliter proceditur per contradictas, & edicta.

31 *Iuramentum calumniæ, & pœna non iurantibus impoſita, quod locum non habeant in contradictis, & edicta, incumbit onus probandi aſſerenti illud.*

32 *Proceſſus & ſententia ſecundi iudicij non ſunt nulla, ſi in priori iudicio petitum fuit iurari de calumnia, & non fuit iuratum, deinde deuenitur ad ſecundum iudicium, & in eo non petitur de calumnia iurari.*

33 *Deferens iuramẽtum, ipſe prius de calumnia tenetur iurare.*

34 *Declara proxime dicta, dummodo petatur iurari de calumnia per deferentem iuramentum.*

35 *Declara etiam prædicta, dummodo deferens iuramentum, illud defert ſuper facto, de quo deferens veroſimiliter ignorantiam habere poteſt.*

Intellige vt ibi.

36 *Actor prius tenetur iurare de calumnia, quàm reus. &*

Agens, quàm excipiens.

37 *Si ordo præmiſſus iurandi inter actorem, & reum; & inter agentem, & excipientem peruerteretur, non vitiaretur proceſſus, nec ſententia.*

38 *Quod prius præſtet hoc iuramentum prouocans, procedit etiam in iudicijs duplicibus.*

39 *Ordo, quod prius iuret actor, quàm reus: & prius agens, quàm excipiens, non eſt neceſſario ſeruandus in iudicijs.*

40 *Iuramenta duo præſtanda ſunt ab vtraque parte, in ſimilibus iudicijs duplicibus.*

tibus.

41 *Contrarium autem, & quod vnum iuramentum ſufficiat, tenet author.*

Iudicia duplicia ex ſui natura important, vt idem ſit actor, & reus.

42 *Iuramentum intelligitur præſtitum ſecundum naturam actus, ſuper quo interponitur.*

43 *Iuramentum calumniæ in ſe continet capitula tum ad actorem, tum ad reum ſpectantia.*

44 *In iudicibus duplicibus vtraque pars præſtat duo iuramenta tacite, & virtualiter, licet non expreſſe, & explicitè.*

45 *In mutuis petitionibus vtraque pars præſtat duo iuramenta, vnum vt actor, aliud vt reus.*

Intellige vt ibidem.

46 *Sententia non poteſt dici nulla, quæ fertur in fauorem Seij, & contra Titium, ſi Seius petijt de calumnia, & Titius non iurauit, & Titius non poteſt dicere ſententiam contra ſe latam eſſe nullam, ex quo ipſe requiſitus noluit iurare.*

47 *Culpa ſua cuique nocere debet, & non alij.*

48 *Culpa alterius non debet quis reportare.*

49 *Actus nullus ex defectu ſolemnitatis omiſſa per aduerſarium poteſt ab eo, in cuius fauorem factus eſt, acceptari, vel repudiari.*

50 *Fauori ſuo quilibet renunciare poteſt.*

51 *Iuramentum calumniæ eſt inductum ad vtilitatem publicam, & non ad priuatam.*

52 *Iuramentum calumniæ, principaliter eſt inductum ad vtilitatem publicam, ſecundario ad vtilitatem priuatam.*

Quomodo id intelligatur, ibidem.

53 *Sententia ſuper negocio principali lata pro eo, qui inſtetit iurari de calumnia contra aduerſarium, qui non iurauit, poteſt dici nulla conditionaliter.*

54 *Nullitas, quæ prætenditur in ſententijs ob iuramentum calumniæ non præſtitum non inſurgit aliunde, quàm ex quo ius mandat iurari, vt iudicium ſubſiſtat.*

55 *Tranſactioni à ſe iuratæ ſi maior viginti quinque annis contrafaciat, ipſo iure cadit ab omni commodo contractus.*

56 *Pœna l. 2. C. de iureiuran. propter calumn. & ſimilium dirigitur contra eum, qui facit contra legem, non autem contra eum, qui implet mandata legis.*

57 *Sententia ſuper negocio principali, ſi feratur in fauorem Titij, qui recuſauit iurare, vnde nulla eſſet, An poßit iudex de nouo ſententiare.*

58 *Sententia nulla non dicitur ſententia.*

Condemnatus non dicitur, qui nulliter eſt condemnatus.

59 *Actus nullus non ſuſpēdit iuris alicui competentis exercitium.*

Nullitas actus non conſumit poteſtatem, quominus nulliter factum poßit iterum bene fieri.

60 *Iudex qui nullam ſententiam dixit non poteſt vlterius deſuper ſententiam ferre.*

Nec ſententiam iam dictam reuocare, corrigere, vel mutare etiam erroris prætextu.

61 *Actus iudiciales ſunt irretractabiles.*

62 *Actus nullus habetur pro inutili, & non facto, quatenus concernit præiudicium tertij, non autem quatenus concernit præiudiciū gerentis, cuius dolo, aut culpa actus eſt nulliter factus.*

Iuramentum calumniæ, an ſit neceſſarium in iudicijs, & pars ſubſtantialis.

Cap. VII.

1 SVPER † iſto articulo videtur eſſe text. pro negatiua, quod ſcilicet non ſit neceſſarium iuramentum calumniæ in iudicijs, neque illorum pars ſubſtantialis in capitul. primo, §. primo, in fin. & Gloſ. prima. in dicto capitul. primo, in §. propter omiſſum, in ſecundo notabili, de iuramen. calumn. in ſexto.

2 † Contrarium autem, & quod in iudicijs neceſſarium ſit, & de ſolito ordine iudiciali tradit Gloſ. in l. ſecunda, §. ſed quia veremur, in verbo, remitti, verſicul. ſed

Azo

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Azo dicit, & Cyn. in eadem l. ſecunda,
numero nono, C. de iureiurand. propter
3 calumn. † Et quod ſit de ſolito ordine iu-
diciali, & inductum ad ſolemnizandum
iudicium eſt Addit. ad Gloſ. in dicta l. ſe-
cunda, in §. ſin autem abſuerint, in ver-
bo, ſubeat, & ibidem Gloſella Marginal.
verſicul. iudex cum cautela. Paul. de Ca-
ſtro in dicta l. ſecunda, & in l. prima, nume
ro ſecundo, & nono, C. de iureiuran. pro-
4 pter calumn. † Et quod pro ſolemnitate, &
forma iudicij inductum ſit, voluit Man-
tua conſil. 143. numero 63. Bald. in dicta
l. ſecunda, numero tertio. Alexand. in l.
qui bona, §. ſi alieno, numero ſecundo,
& numero decimoquarto, ff. de damn. in-
5 fect. † Forma verò non ſeruata actus eſt
nullus, Cephal. conſil. 421. numero 46.
libro primo, & conſil. 241. numero 59. li-
bro ſecundo. Etiam ſi forma ſit leuis, Ce-
6 phal. dicto conſil. 241. numero 59. † Im-
mo, quod iſtud iuramentum ſit de ſub-
ſtantia iudicij, tradunt Cyn. in dicta l. ſe-
cunda, dicto §. quod obſeruari, dicto nu-
mero nono. Vbi aſſerit hoc iuramentum
eſſe de ſubſtantia iudicij, ſicut eſt ſenten-
tia Vitalin. in tracta. Crimin. in rubr. quid
ſit accuſatio, numero decimo. Addent.
ad Mattheſil. ſingular. 64. verſicul. quod
iuramentum. Grauat. in additio. ad Veſtr.
libro tertio, capitulo ſecundo, litera F, in
verbo, & ſi pars, numero decimo, Vant.
in Tracta. de nullitatib. in rubr. de nullit.
ſenten. ex defect. proceſſ. numero vigeſi-
monono, Marant. in Specul. part. 6. in ſe-
cunda par. iudic. rubr. de iuramento, actu
primo, numero ſecundo, Andr. Gaill. pra-
cti. obſeruatio. libro primo, obſeruatione
84. numero primo, pagina 149. columna
prima, & libro ſecundo, obſeruatione 46.
numero decimoſexto, pagina 372. co-
lumna ſecunda, Roland. conſil. 71. nume-
7 ro ſeptimo, volumine primo. † Pro con-
cordia harum opinionum diſtinguendum
eſt, quod aut tale iuramentum calumniæ
petitum non fuit, aut petitum fuit, ſi non
petitum fuit, procedit prima opinio, quia
tale iuramentum non eſt præſtandum, ni-
ſi exigatur, Speculat. in titul. de iuramen-
to calumniæ, §. ſecundo, numero quarto,
verſic. dicit Pil. tenere. Idem videtur ſen-
tire Gloſ. in dicta l. ſecunda, §. ſed quia
veremur, in verbo, ſancimus, Menoch. de
arbitr. iudic. libro primo, quæſtio. vigeſi-
ma, numero quinto, Alexand. in dicto §.
8 ſi alieno, numero decimoquarto. † & Me-
noch. in dicta quæſtio. vigeſima, numero
ſexto, & ſeptimo, ampliat hoc, quod iura-
mentum calumniæ præſtandum non ſit,
niſi exigatur, ad ſtatuta etiam, quæ man-
dant iurari de calumnia. Quam Menoch.
opinionem veram abſolute non puto (pa-
ce tanti viri dictum ſit,) & vera videtur
dumtaxat in ſtatutis mandantibus iurari
de calumnia ſub iſta clauſula, *ſi petatur*,
vt innuit Menoch. ibidem, in fin. & dicam
infra capitul. duodecimo. numero vigeſi-
9 mo, & ſequen. vbi latius † Ampliat quo-
que iſtud, quod iuramentum calumniæ
non præſtetur, niſi exigatur, & Foller. in
Practic. crimin. Canon. fol. 50. numero 51.
Clar. in § final. quæſtion. decimaoctaua,
numero tertio, verſicul. dicit etiam Bar-
thol. in fin. dicti verſiculi, ad cauſas crimi-
nales, in quibus non eſt neceſſario præ-
ſtandum iuramentum calumniæ, niſi exi-
10 gatur. † Secunda verò opinio procedit,
quando iuramentum calumniæ fuit à par
te aduerſa petitum, text. in l. de pupillo,
§. qui opus, & ibi Gloſ. in verbo, Autho-
re, & in verbo, Prætore, ff. de oper. nou.
nunciatio. Pariſius in Addit ad Barthol.
in l. prima, in verbo, in omnibus, in litera
A, in fin. C. de iureiurando propter ca-
lumniam, Andr. Gaill. dicto libro primo,
obſeruatione 88. numero tertio, vbi lo-
quitur quando petitur præſtari per pro-
curatorem, qui litem conteſtatus eſt, &
obſeruatione 90. numero 1. vbi de com-
muni, Marian. Socin. in capitul. cæterum,
numero decimo, extra, de iuramento ca-
11 lumniæ. † Secus tamen eſſet, ſi non pete-
retur, & exigeretur à parte, ſed à iudice,
quia tunc non eſſet de ſubſtantia iudicij.
Socin. in dicto capitul. cæterum, dicto
numero decimo, quod fallit, vt dicam in-
fra capit. duodecimo, numero vigeſimo-
12 octauo. † Si igitur à parte aduerſa peta-
tur, & exigatur hoc iuramentum, eſt ne-
ceſſarium, & de ſolito ordine iudiciali,
& ſolemnizat iudicium, ac eſt pro for-
ma, & ſubſtantia eiuſdem, vt volunt Do-
ctores per me ſuperius citati, pro ſecun-
13 da opinione. † Et ſine eo, ſi à parte pe-
tatur, vt dixi, proceſſus, & ſententia, &
omnia inde ſequuta ſunt nulla, Mattheſil.

dicto

dicto ſingular. 64. & ibi Addent. Viuius libro primo opinion. 258. numero quinto, Moderni Annotant. in Pragmat. Regni Siciliæ, incipiente, Si reus exceptiones litis ingreſſum, numero primo, Maranta in ſuo Speculo, part. 6. in ſecunda iudicij part. in titul. de iuramento, actu primo, numero ſecundo, Barbat. conſil. 49. numero primo, volumine tertio, vbi declarat. capitul. primo, de iuramento calumniæ, in ſexto, Roland. dicto conſil. 71. numero ſeptimo, octauo, & duodecimo, Mantua conſil. 143. numero 63. Addit. Aufrer. ad Cappellam Tholoſ. deciſio. 108. Speculat. in titul. de iuramento calumniæ, §. primo, numero primo, in fin. Gloſ. in dicto capitulo primo, in verbo, annullandus, prope fin. in ſexto, Menoch. dicta quæſtio. vigeſima, numero quarto, in fin. Gaill. dicta obſeruatione 84. numero primo, Cyn. in dicta l. ſecunda, numero nono, C. de iureiurando propter calumniam, Barthol. in dicta l. de pupillo, §. qui opus, Celſus Vgo in addit. ad Bald. in dicta l. ſecunda, numero ſexto, in verbo, omitti enim poteſt, Gomet. in §. ſi quis poſtulauerit, numero trigeſimo ſecundo, in fin. Inſtitut. tit. de action. Guido. Papæ conſil. ſecundo, & conſil. 84. Cæſar Vrſillus in Annotat. ad Afflict. deciſio. 265. numero trigeſimo primo, vbi reprobat opinionem Afflict. ibi, & in præludijs Conſtitutio. Regni Siciliæ, quæſtio. duodecima. Contrarium tenentis per conſil. 59. Socin. Iunior. numero primo, libro ſecundo, & cautel. 12. Ferratij, vbi dat cautelam Ferratius faciendi acta nulla, quam cautelam in praxi non ſeruari, tradit Vrſill. ibidem, numero trigeſimo ſecundo, Rota deciſio. ſecunda, in antiq. de iuramento calumniæ, Put. deciſio. 397. in vna Paduana, libro ſecundo, Rota coram Illuſtriſſimo Domino Mantica, in vna Bononien. Attentatorum, die 24. Octobris. 1588. verſicul. nam quod ſententia in manuſcriptis, vbi de communi ex Corn. conſil. 316. numero decimo, libro tertio, & de magis communi ex Socin. in dicto ſuo conſil. deciſiuo 59. Barthol. in dicta l. ſecunda, §. ſed quia veremur, numero tertio, Alexand. in dicto §. ſi alieno, dicto numero decimoquarto.

14 † Et ſunt nulla ipſo iure. Addent. ad Mattheſil. dicto ſingular. 64. circa princip. dictus Mattheſil. ſingular. 65. Annotant. in dicta Pragmatica, ſi reus exceptiones litis ingreſſum, numero tertio, vbi late Maranta dicto actu primo, numero quinto, vbi de communi.

15 † Quod ampliatur etiam ſi cauſa eſſet ſummaria, ſecundum Cottam in Memoral. in verbo, iuramentum calumniæ.

16 † Nec præmiſſis obſtat authoritas Bald. in dicto §. quod obſeruari, numero primo, vbi ad arguendum quod actor renuens iurare, non cadit ipſo iure, ſed per iudicis ſententiam, dicit, Quod ſi iudex ferret ſententiam in fauorem actoris, qui recuſauit iurare, dicta ſententia valeret, & teneret, ſi autem caderet actor ipſo iure ſententia eſſet nulla; vnde colligitur ſententiam Baldi eſſe, quod non ſit nulla talis ſententia ipſo iure contra proximè ſupra relata. Nam nullus, quem viderim, præter Bald. eſt huius opinionis, quæ ſingularis eſt, & non ſequenda (dicta ſint hæc ea, qua decet, reuerentia contra dogmata, talis Legiſtarum Principis) cum nullo iure fulciatur, quod talis ſententia teneat. Et dum Bald. ſic arguit, ſententia eſt valida, ergo actor non cadit ipſo iure à cauſa, negatur antecedens, quod ſcilicet ſententia ſit valida, quod antecedens dum aliquo iure non probatur argumenti conſequẽs non procedit. Præterea aliud eſt dicere in nullitatem incidere ipſo iure, & cadere à cauſa ipſo iure; poteſt enim quis incidere in nullitatem ipſo iure, & non cadere à cauſa ipſo iure, & qui incidit in nullitatem ipſo iure, ſi in eius fauorem ſententia feratur, nihil amittit per dictam ſententiæ nullitatem, & ſic ex ea lucrum non ſentit, qui autem cadit ipſo iure à cauſa, ſi ad eius fauorem ſententia feratur, non ſolum non ſentit commodum ex ea ſententia, quæ in ſuum ferretur fauorem, ſed ex ea reportaret etiam damnum; quod ſcilicet caderet à cauſa. Et quoad caſum à cauſa, quod fiat per iudicis ſententiam, trademus etiam nos infra capitul. decimoquarto.

17 † Ea quæ ſupra proximè dixi, quod proceſſus, & ſententia ſint nulla, non habent locum in Camera Imperiali vigore particularis ordinis, quoad tamen ſententias latas in prima, vel ſecunda inſtantia extra Cameram, teſte Gaill.

Gaill. dicta obſeruatione 84. numero tertio. Præſertim ſi in dictis inſtantijs petitum fuit tale iuramentum, & non præſtitum, & nihilominus iudice ad vlteriora, procedente pars prætendens nullitatem ab aduerſario fuiſſe incurſam, non appellauerit, ſed cauſam vſque ad concluſionem proſecuuta ſit, teſte Gaill. vbi ſupra.
18 † In proceſſu tamen, qui in dicta Camera fit, & formatur eſt neceſſario præſtandum iuramentum calumniæ, & omitti nequit, vt idem Gaill. dicta obſerua-
19 tione 84. numero ſexto. † Dicit etiam Marian. Socin. in capitul. final. quæſtio. vltima, numero 53. de iuramento calumniæ, quod opinio Mattheſil. ſupra relata, non eſt vera, quando petens hoc iuramentum calumniæ præſtari, illud petit in parte, non conſueta iudicij, ne quis commodum ex ſua malitia, reportet petendo illud in parte non conſueta. Quæ opinio Socin. nullo iure eſt roborata, licet eam vti æquiorem amplectatur Gaill. dicta obſeruatione 84. numero quarto. Et cuperem ab eis ſcire, quæ dicatur pars con-
20 ſueta, & quæ non conſueta iudicij, † & iſta æquitas non ſcripta, quam dicti Socin. & Gaill. ex proprio capite fingunt, eſt duplex iniquitas, vt ad aliam materiam tradit Gabriel. conſil. 116. numero quar-
21 to, libro primo. † Et non præfertur rigori ſcripto, Cepoll. in Tracta. de ration. leg. extenſi. numero 63. & ſequen. pagina mi-
22 hi 38. † Immo quando æquitas eſſet ſcripta in ſpecie etiam, & rigor ſimiliter eſſet in ſpecie ſcriptus, talis rigor æquitati præferendus eſt. Balb. de præſcription. quæſtio. quinta principali, numero decimoquinto, part. prima. Cum igitur habeamus rigorem ſcriptum, Quod iuramentum calumniæ à parte petitum, & non præſtitum annullet proceſſum, & ſententiam, vt præmittitur, non eſt curandum de aliqua ſomniata æquitate. Et inſuper Gaill. in loco ſupra proximè citato, concurrit cum noſtra opinione, quando eſt petitum in actis viua voce tale iuramentum; ſed bene dubitat quando peteretur in exceptionibus, vel aliqua ſcriptura iudicialiter exhibita. Quæ opinio eſt minus abſona, quam opinio Socini; ſed nec ipſa videtur amplectenda, ne præbeatur anſa nolentibus iurare ſubterfugiendi hoc iuramentum ſub prætextu, quod in loco abſcondito ſit petitum; nam non poteſt negari, quin illæ ſcripturæ ſint de actis
23 effectæ, † & acta faciant notorium inter partes litigantes. Gaill. libro primo, obſeruatione trigeſimaprima, numero decimo, Practic. obſeruatio. & obſeruatione 134. numero tertio, & decimo ſexto, per text. in capitul. final. de cohabitatio. Cleric. & mulier. & Innocent. in capitul. inſinuatione, in fin. de appellation. Barth. in l. quarta, §. condemnatum, numero ſecundo, cum ſequent. & ibidem Iaſ. numero ſeptimo, cum ſequent. ff. de re iudicata, Iaſ. in l. ait Prætor. §. ſi damnetur, numero ſecundo, ff. de iureiuran. & in l. eius qui in Prouincia, numero 53. ff. ſi cert. petat. relat. per Gaill. dicto numero decimo, pagina 60. columna ſecunda, numero tertio, pagina 200. columna ſecunda, numero decimo ſexto, pagina 233. columna prima, vbi ſupra. Et ipſe iurare debens, tenebatur inſpicere acta, & tales ſcripturas productas, & videre, quid continerent,
24 † & paria ſunt ſcire, & ſcire debuiſſe, l. qui cum alio, ff. de regulis iuris, & Gloſ. ibidem, text. in l. quod te, in fin. & ibi Iaſ. nu-
25 mero decimo, ff. ſi cert. petat. † Maximum autem negocium faceſſit in hac materia ſeruatio terminorum ſubſtãtialium, dum pars vna ſeruat omnes terminos ſubſtantiales, qui decem ſunt, maxime ſi cauſa ſit profana, ad Veſtr. in Pract. libro quin-
26 to, capitul. quarto. † Quia inter dictos terminos ſubſtantiales numeratur iuramentum calumniæ, vt per Veſtr. dicto capitul. quarto. Et de calumnia iurari petitur per ſeruantem tales terminos, qui ſeruans terminos prædictos in reproductione citationis iurat ipſe de calumnia, aduerſarius autem non iurat, vt facilioris intelligentiæ gratia pono exemplum. Titius citat in terminis ſubſtantialibus Seium, & in citatione, ponit non ſolum illos quatuor terminos ſubſtantiales, videlicet, Ad articulandum, Et dicendum contra articulos, Producendum omnia, & dicendum contra producta; ſed ponit etiam omnes alios terminos ſubſtantiales, & ſic iuramentum calumniæ. Titius reproducit citationem, & pro ſua parte iurat de calumnia, Seius autem non iurat de calumnia, vt in citatione a Titio petitur. Fertur

ſententia

ſententia in fauorem Seij cōtra Titium,
qui dicit ſententiam eſſe nullam, ex quo
ipſe in terminis ſubſtantialibus petijt de
calumnia iurari, & Seius non iurauit, &
quod ſit ſententia in fauorem Seij, lata
eſt nulla ipſo iure, vt ex præmiſſis firma-
tum eſt. Seius replicat non eſſe nullam
ſententiam prædictam pro ſe latam, quia
27 † termini ſubſtantiales ſunt communes v-
trique parti, & cum ex parte Titij ſerua-
ti ſint, videntur ſeruati communiter etiam
pro Seio: Et quotidie in Rota, & alibi vna
pars tantùm dictos terminos ſeruat, &
contra eam fertur ſententia, & nunquam
viſum eſt annullari proceſſum, & ſenten-
tiam. Titius replicat prædicta ſibi non
obſtare ex pluribus; ſed principaliter, quia
28 † dicti termini ſubſtantiales verè commu-
nes ſunt vtrique parti, vt per Veſtr. dicto
capitul. quarto, ſed communes ſunt non
ſimpliciter, ſed ſecundum quid. Sunt
enim communes quoad dilationes, vt col-
ligitur ex Veſtr. ibi, non autem quoad a-
ctus explicatos facto, cum actus explica-
ti per alterum ex litigantibus, non poſſint
dici communes alteri ex aduerſo litigan-
ti, ita quod ſi vnus de calumnia tactis ſcri-
pturis per laicos, & per emiſſionem ma-
nus, & applicationem pectori per Cleri-
cos iurat, alter etiam aduerſarius de ca-
lumnia iuraſſe dici poſſit; Et ſic de ſin-
gulis alijs terminis ſubſtantialibus. Ha-
buit bene vterque ipſorum communes
dilationes ad prædicta agendum, & fa-
cto explicandum; vnus tamen facto ex-
plicauit, alter non. Poſſunt dici etiam
communes reſpectu iudicis, coram quo
ſeruantur, & à quo traduntur, reſpectu
verò partium litigantium non, quia vna
pars vti volet dictis terminis, alia non.
Et ſic conſiderata aſſignatione dictorum
terminorum à iudice facta communes di-
centur, conſiderato verò partium litigan-
tium vſu dictorum terminorum non ſunt
communes dicti termini. Vel dici poteſt
in terminis ſubſtantialibus duo conſide-
rari tempora, antequam poſſint dici per-
fecti, & impleti; alterum ſcilicet quan-
do incipiunt in eſſe produci, alterum cum
ſunt in eſſe producti, & perfecti per actū
poſitiuum litigantium. Dum incipiunt eſ-
ſe per illorum dationem à iudice factam,
poſſunt dici communes, & ſic in fieri,
Dum verò ad actum reducuntur, & ſunt
perfecti per actum poſitiuum litigantium
non poſſunt dici communes, niſi vterque
cum actu poſitiuo concurrat, & ſic non
dicentur communes in facto eſſe. Alio-
quin duo ſequerentur abſurda notabilia;
Quorum primum eſt, quod Titius potuiſ-
ſet iurare in animam Seij, ſeruando ter-
minos ſubſtantiales, quod fieri nequit ſi-
ne ſpeciali mandato Seij, ad iurandum
enim in animam alterius requiritur ſpe-
ciale mandatum, vt ſparſim dicam infra
capitul. decimoquinto, & decimoſexto.
Secundum abſurdum eſt, quod ſi lis pro
parte Seij eſſet calumnioſa, ſi diceretur
pro eius parte de calumnia iuratum in ter
minis ſubſtantialibus à Titio ſeruatis, vti-
que ex facto Titij aduerſarij poſſet Se-
ius ſine ſuo dolo puniri criminaliter dete-
cta eius calumnia, cum iurans de calum-
nia, & calumniam committens crimina-
liter inquiri; & puniri poſſit, per ea, quæ
29 infra dicam capitul. vigeſimotertio. † Pro
reſolutione huius quæſtionis dic breui-
ter, quod ſententia pro parte Seij lata ſit
nulla in puncto iuris, cùm non poſſit ne-
gari in iſto caſu petitum fuiſſe iuramen-
tum calumniæ pro parte Titij, & non fuiſ-
ſe præſtitum pro parte Seij, prout latius
patet in Formulario Terminorum, in ru-
bric. ad declarandum, & iurandum de ca-
lumnia, folio mihi vigeſimoquinto, ſecun
dum antiquam impreſſionem, & ſub ru-
bric. de reiteratione Terminorum, folio
eodem, & ſub rubric. ad iurandum de ca-
lumnia, folio 94. quo caſu ſententia dici-
30 tur nulla ex ijs, quæ ſuperius firmaui. † Et
licet tales termini ſubſtantiales ex vrba-
nitate, & non de rigore ſeruentur, quan-
do per contradictos proceditur contra ci-
tatum ad totam cauſam, vt Vant. in Tra-
cta. de nullitatibus, in rubric. de nullit. ex
defec. proceſſ. numero 60. Quando iſto
modo proceditur, & ſeruantur dicti ter-
mini idem putarem; & cum tempore fe-
riarum de Mandato Sanctiſſimi Domini
Noſtri Papæ, non habeant locum con-
tradictæ, ſed edicta, & in quibuſdam
alijs caſibus, vt per Veſtr. in Practic. li-
bro primo, capitulo quinto, idem dice-
rem in iſtis caſibus, dummodo tamen ci-
tatus ſit ad totam cauſam aliquando ille,
contra quem per contradictas, aut edi-

31 ćta proceditur. † Et ille, qui dicit non eſ-
ſe nullam ſententiam, quando per con-
tradictas, aut edicta proceditur, & pe-
titur iurari de calumnia, & non iuratur,
& prędicta iura non habere locum in iſtis
caſibus, & iſtos caſus non comprehendi
ſub dicta l. ſecunda, C. de iureiurando
propter calumniam, dicta negatiua ab eo
probanda eſt cum in ea ſe fundet. Her-
cul. de proban. negat. numero ſecundo;
& ſit fundamentum ſuæ intentionis. Her-
culan. ibidem, numero tertio, & neget
iſtos caſus comprehenſos ſub lege. Her-
culan. ibidem, numero quinto. Hæc deci-
ſio forte dura videtur propter multos a-
buſus in præmiſſis inductos per procura-
tores, litigantes, ac notarios in ſimilibus
non expertos, nihilominus in puncto iu-
ris veram eam credo, & ab ea non rece-
derem ſub quouis prætextu, quod dicti
termini ſeruentur ab vna parte tantum,
paſſim, & non annullentur proceſſus, &
ſententiæ, quia nunquam hoc reuocatum
in dubium, & in contradictorio iudicio
in Rota diſcuſſum fuit; Et ſi aliquando
caſus acciderer id diſcutiendi neſcio ſub
quo conſuetudinis, vel alio prætextu poſ-
ſet ſaluari nullitas, cum lex, ſtatutum,
ſeu conſuetudo non poſſit induci, vt non
præſtetur hoc iuramentum, ſi petatur, vt
32 dicam infra capitul. decimotertio. † Hic
ſubijciendum eſt, quod ſi vnum iudicium
intentaretur, & in eo peteretur iurari de
calumnia, & non præſtaretur; deinde de-
ueniretur ad aliud ſecundum iudicium, &
in hoc ſecundo iudicio non peteretur iu-
rari de calumnia, non ex hoc, quod peti-
tum ſit in alio iudicio iurari de calumnia,
dicentur huius ſecundi iudicij proceſſus,
& ſententia nulla. Rota in vna Roma-
na reſciſſionis contractus die Lunæ, 15.
Ianuarij, 1596. coram V.P.D. Pegna in
manuſcriptis. Notandum eſt etiam non
ab re, quod aliquando oriuntur variæ al-
tercationes inter litigantes, quis eorum
prior iurare debeat, circa quod dicendum
33 eſt. † Quod ſi quis defert iuramentum,
ipſe prius tenetur iurare de calumnia, tex.
expreſſus in l. iuſiurandum, & ad pecu-
nias, §. qui iuſiurandum, ff. de iureiuran-
do, & per illum textum, Petr. Vanderan.
in ſua Practic. iudiciali, libro tertio, capi-
34 tulo ſecundo, Axiom. 3. † Declara tamen
hoc ſi petatur iurari de calumnia ad text.
in dicto §. qui iuſiurandum, Vanderan.
35 dicto Axiomate tertio. † Declara quoque
id procedere, quando deferens iuramen-
tum illud defert ſuper facto, de quo de-
ferens veroſimiliter ignorantiam habere
poteſt. Matth. Vueſembecc dicto nume-
ro tertio. Aduerte tamen, ne iſtud iura-
mentum ſit potius malitiæ, ſeu veritatis,
quia in eo requiritur, quod deferens iu-
ramentum de eo facto, veroſimiliter igno
rantiam habeat, & ſic videtur non gene-
rale, prout eſt iuramentum calumniæ, &
ſuper tota cauſa, ſed ſuper articulo par-
ticulari; Et cogita an dicta iura loquan-
tur ſecundum iura antiqua, per quæ iura-
batur de calumnia ſuper articulo particu-
lari etiam, & dabantur iuramenta calum-
niæ particularia, vt dixi ſupra capitul. pri-
mo, & tertio, vel ſit iuramentum potius
malitiæ, ſeu veritatis, nam iuramentum
calumniæ proprium non eſt, & generale
36 ad totam cauſam. † Similiter prius tenetur
iurare prouocans, & actor, quàm reus: &
agens, quàm excipiens. Speculat. in titul.
de iuramento calumniæ. §. ſecundo, nu-
mero duodecimo, in fi. & ibi Ioan. Andr.
in addit. in litera X, in verbo, id quod, fa-
ciunt tradita per eundem Speculat. ibi-
dem, §. tertio, in princip. Gloſ. in dicta l.
ſecunda, in verbo, & actor quidem iuret,
& ibidem Cyn. numero decimotertio, &
decimoquarto, Bald. numero ſecundo, &
quarto, ex Gloſ. ibidem, vbi dicit Bald.
quod licet reus excipiendo fiat actor, iſto
37 caſu prius iurat actor originarius. † Si ta-
men talis ordo, quod prius actor, quàm
reus, & agens prius, quàm excipiens iu-
ret, præpoſteraretur, non vitiaretur pro-
ceſſus, nec ſententia, quia talis ordo non
eſt ſubſtantialis, Bald. in dicta l. ſecunda,
dicto numero ſecundo. Vbi dicit talem
ordinem ſeruandum eſſe in pręſtando iu-
38 ramento ſuper libello. † Quodque prius
præſtet hoc iuramentum prouocans pro-
cedit etiam in iudicijs duplicibus, vt com-
muni diuidundo, familiæ erciſcundæ vti
poſſidet. ad tradita per Speculat. dicto ti-
tul. de iuramento calumniæ, §. quarto, nu-
mero tertio, vbi remiſſiuè Ioan. Andr. ibi-
dem, in addit. in verbo, & l. ſequen. dicta
Gloſ. in dicta l. ſecunda, in verbo, & actor
quidem iuret, Cyn. in dicto numero de-

cipo-

cimotertio, Marian. Socin. in dicto capi-
tul. literas, numero decimoquinto, verſi-
39 cul. quinto fallit. † Sed idem Socin. in ca-
pitul. cæterum, numero ſeptimo, de iura-
mento calumniæ, dicit talem ordinem in
dictis iudicijs non eſſe neceſſario ſeruan-
40 dum. † Aliqui voluerunt in ſimilibus iudi-
cijs duplicibus, ſeu communibus duo iu-
ramenta ab vtraque parte eſſe præſtan-
da, vnum ſcilicet vt prouocans, alterum
vt prouocatus, referente Socino in ca-
pitul. in pertractandis, numero quinto, de
41 iuramento calumniæ. † Sed vnum ſuffice-
re puto, quia dicta iudicia de ſui natura
42 important, vt idem ſit actor, & reus. † Et
iuramentum præſtitum intelligitur præ-
ſtitum ſecundum naturam actus, ſuper
quo interponitur. Zuccard. in l. prima,
numero 141. C. de pactis. Curt. in l. ſi quis
maior, numero decimooctauo, C. de tran-
ſactionibus, Cephal. conſil. 137. numero
69. libro primo, Seraphin. de Seraphin. de
iurament. priuileg. 154. numero quarto.
43 † Maxime autem cum iuramẽtum calum-
niæ contineat capitula tum ad actorem,
tum ad reum ſpectantia, vt ſupra poſui
44 capitul. ſecundo. † Et tacitè, ac virtualiter
præſtat vterque duo iuramenta, licet non
expreſsè, & explicitè. Nam ſi explicite
dandum eſſet iuramentum calumniæ ſu-
per capitibus expreſſis, ſupra capitul. ſe-
cundo, deberet vtique pars quælibet iu-
rare capitula tam ad actorem, quàm ad
reum ſpectantia, ex quo uices actoris, &
vices rei ſubſtinet quælibet pars, vnde
idem ius in tacito iuramento militare, di-
45 cendum eſt. † In mutuis petitionibus v-
traque pars duo præſtat iuramenta, vnum
vt actor, aliud vt reus, Socin. in dicto ca-
pitul. literas, numero decimoquinto, ver-
ſicul. quinto fallit, & in dicto capitulo, in
pertractandis, numero quinto. Quod ita
intelligendum duco, Aut dictæ petitiones
diuidi poſſunt, & vna ſine alia cognoſci,
& ſic cognoſcitur vna ab alia ſeparata, &
tunc dicta duo iuramenta ſunt ſeparatim
præſtanda. Aut diuidi non poſſunt, & ita
indiuiſæ cognoſcuntur dictæ petitiones,
& tunc vnum ſufficit iuramentum ſimpli-
citer præſtandum, quod contineat virtua-
liter, & implicite in ſe ad hunc effectum
duo iuramenta, actoris ſcilicet, & rei, vt
duas ſuas partes integrales, vel præſtet
vtrunque iuramentum explicitè, iuxta
formulas traditas ſupra capitulo quinto.
46 † Vnum præterea videndum eſt, vt exem-
pli gratia pone, Titius mouit litem con-
tra Seium, qui Seius in actis petit iurari de
calumnia; Titius non iurat; Deuenitur
ad ſententiam diffinitiuam negocij prin-
cipalis, quæ fertur abſolutoria in fauo-
rem Seij; Titius vult dicere ſententiam
nullam, ex quo Seius petijt iurari de ca-
lumnia, & ipſe Titius non iurauit. Quæ-
ritur modo, An iure poſſit Titius de nul-
litate dictæ ſententiæ dicere; & cenſeo
non poſſe de nullitate dicere tum reſpe-
ctu perſonæ ipſius Titij opponentis nul-
47 litatem. † Quia culpa ſua cuique nocere
debet, & non alij, l. non eſt ignotum, C.
48 de adminiſtratione tutorum. † Tum ex
perſona Seij, qui cum non ſit in aliqua
culpa, non debet ex alterius culpa dam-
num reportare, Gloſ. in l. meminerint, in
verbo, non afferat, C. vnde vi, capitul.
non debet aliquis, & ibi Gloſ. in verbo,
non debet aliquis, de regulis iuris, in ſex-
49 to. † Et actus nullus ex defectu ſolemni-
tatis omiſſæ per aduerſarium, poteſt à Ti-
tio, in cuius fauorem eſt factus, accepta-
ri, vel repudiari. Pinell. in l. prima, nu-
mero vigeſimo, parte prima, vbi ponit
aliquas limitationes, C. de bonis mater-
nis, Cephal. conſil. 496. numero vigeſi-
moſexto, libro quarto, Roman. conſil. 54.
50 numero tertio. † Fauori enim ſuo quilibet
renunciare poteſt, Gloſ. in l. Sabinus, in
verbo, ſequi primam, ff. de in diem adie-
ction. capitul. ad Apoſtolicam, extra, de
Religioſ. Gloſ. in capitul. ſi diligenti, in
verbo, pacto priuatorum, de foro compe-
tenti, text. in capitul. fin. in fin. vbi Gloſ.
alia multa in id cumulat, in verbo, renun-
51 ciandum, de crimine falſi. † Nec dicatur
iuramentum calumniæ eſſe inductum ad
vtilitatem publicam, & non ad priuatam,
& ideo ei renunciari non poſſe, vt dixi ſu-
52 pra capitulo tertio. † Quoniam omitto,
quod licet iuramentum calumniæ princi-
paliter inductum, dicatur ob vtilitatem
publicam, & negari non poſſit ſecunda-
rio reſultare vtilitatem priuatorum, vt col
ligitur ex dictis ſupra capitul. ſecundo. Et
dico in iuramento calumniæ quolibet,
duo eſſe conſideranda tempora. Primum
tempus eſt, quando nulli eſt ius quæſi-

tum, & nulli particulari perſonæ applicatum per ſententiam diffinitiuam ſubſequutam; & tunc dicitur inductum propter publicam vtilitatem principaliter, & ſimpliciter ſecundum præſentem illum ſtatum, & dum non eſt alicui particulari applicatum actu, ſed ſpe. Secundum tempus ſpectandum eſt, poſtquàm per ſententiam diffinitiuam eſt alicui applicatum, & ius quæſitum: Et tunc ille, ad cuius fauorem eſt lata ſententia, & expectatur exequutio dictæ ſententiæ, poteſt iuri ad publicam vtilitatem principaliter introducto, & ſibi applicato, & quæſito renunciare, & hoc modo intelligenda duco ea, quæ dixi ſupra capitulo tertio,
53 numero octauo. † Et dicta ſententia ferenda poterat dici nulla conditionaliter, ideſt, ſi in fauorem recuſantis iurare de calumnia feratur in fauorem Titij, qui recuſauit iurare non eſt lata ſententia, & ſic non impleta conditio nullitatis, quæ in ſuſpenſo erat; vnde nulla dici non va-
54 let. † Et nullitas, quæ prætenditur in ſimilibus ſententijs ob iuramentum calumniæ non præſtitum in iudicio, non inſurgit aliunde, niſi ex quo ius mãdat vtramque partem debere iurare de calumnia, vt iudicium ſubſiſtat, Seius impleuit pro parte ſua, vnde non eſt priuandus beneficio iuris mandantis iurari de calumnia, vt iudicium, & ſententia valeat; Titius non iurauit, & ſic non impleuit ea, quæ ius ſibi mandauit implenda, vnde cecidit ab omni commodo ſententiæ, ac iudicij ipſe, qui pro parte ſua non impleuit, & dicentur proceſſus, & ſententia nulla, quatenus reſpiciant vtilitatem, & commodum Titij non implentis ea, quæ ius ſibi mandauit implenda, & non
55 abſolute. † Prout videmus in ſimili, quod facta tranſactione inter duos maiores vigintiquinque annis cum iuramento, in qua adinuicem aliquid promiſerint, ſi aliquis ipſorum primus contrafaciat, ipſo iure cadit ab omni commodo contractus, per l. ſi quis maior, C. de tranſactionibus, & ibi Cagnol. numero 93. Matthe ſil. ſingular. 50. incipien. nota magnum periculum, numero primo. Riminal. Iunior. conſil. 295. numero vigeſimo, libro tertio. Et ſic reſpectu ſui dicta tranſactio eſt nulla, quia ad eius fauorem non ſeruantis nullam vtilitatem afferre poteſt, ſed bene eſt
56 valida, reſpectu ſeruantis. † Quæ magis in caſu noſtro corroborantur ex eo, quod in dicta l. ſecunda, C. de iureiurando propter calumniam, & in alijs iuribus ad rem noſtram facientibus omnes pœnæ caducitatis, & nullitatis diriguntur ad non iurantem, & contra eum, qui facit contra mandata legis, & non contra eum, qui dicta mandata pro parte ſua implet: faciunt ea, quæ tradit Vant. in Tracta. nullitat. in titul. quot, & quibus mod. numero
57 124. † Poſtremo videndum remanet, ſi iudex tuliſſet ſententiam in fauorem Titij, qui recuſauit iurare, vnde nulla eſſet, an poſſit de nouo cauſam cognoſcere, &
58 deſuper ſententiare. † Et quidem pro parte Titij allegatur, quod ſententia nulla, non eſt ſententia, nec dicitur condemnatus, qui nulliter condemnatus eſt, & vtrunque probatur in l. quarta, §. condemnatum, ff. de re iudicata. Et nullum operatur effectum, Socin. conſil. 18. numero vigeſimo, libro primo, Aymo conſil. 216. numero duodecimo, Roland. conſil. 39.
59 numero decimotertio, libro primo. † Facit etiam quod actus nullus non ſuſpendit iuris alicui competentis exercitium, Roman. conſil. 220. numero octauo, & nullitas actus non conſumit poteſtatem, quominus nulliter factum poſſit iterum bene fieri, Vant. de nullitat. in titul. quoties, & infra quod, numero trigeſimotertio, & ſic illa ſententia nulla non videtur impedire quin iudex iterum poſſit ſenten
60 tiare valide. † Sed ijs non obſtantibus ſentio non poſſe vlterius ſententiam deſuper proferre iudicem, qui nullam tulit; Nam poſtquam ſententiam dixerit, & illam habuerit pro abſoluta, eius poteſtas expirat; & ideo nec ſententiam iam dictam reuocare, corrigere, vel ſub quouis prætextu etiam erroris mutare poteſt, l. prima, C. ſententiam reſcindi non poſſe, l. poſt ſententiam, C. de ſentent. l. ſecunda, C. de ſentent. ex breu. recit. l. iudex poſtea quam, & l. quod iuſſit, & l. acta, §. de am-
61 plianda, ff. de re iudicata. † Et actus iudiciales ſunt irretractabiles, Ioannes de A-
62 nania conſil. 25. numero ſeptimo. † Actuſque nulli habentur pro inutilibus, & non factis, quatenus concernant præiudicium tertij, non autem quatenus concernant præiudi-

præiudicium gerentis, cuius culpa, aut dolo actus eſt nulliter factus, ad cumulata, per Vant. dicto Tracta. in titul. quoties, & infra quod, numero 53. Ex quibus diluuntur adducta ex aduerſo.

SVMMARIVM.

1 *Iurare debens de calumnia debet reſpondere de credulitate.*
2 *Confeſſio facta de credulitate in iuramento calumniæ præiudicat, ac ſi facta eſſet de veritate.*
3 *Poſitionibus reſpõdetur de credulitate per verbum credo, vel non credo.*
4 *Conſuetudine generali admiſſum eſt, vt reſpõdeatur de credulitate per verbum, credo, vel non credo Poſitionibus.*
5 *Confeſſio vt præmittitur facta in Poſitionibus, ita præiudicat, ac ſi facta fuiſſet de veritate.*
6 *Confiteri non videtur modo præmiſſo reſpondens poſitionibus, ſecundum Gloſſellam Marginalem.*
7 *Confeſſio facta modo præmiſſo, vt præiudicet, intelligitur in concernentibus factum proprium reſpondentis.*
8 *Iurans de calumnia non poteſt reſpondere. Dubito.*
9 *Reſpondens Poſitionibus poteſt reſpondere. Dubito. & quando.*
10 *Iudex poteſt cogere interrogatum ad præciſe reſpõdendum Poſitionibus per verbum, Credit, vel non credit, ſecundum Roman.*
11 *Opinio prædicta Roman. quando procedat.*
12 *Poſitionibus ignoratis quomodo eſt reſpondendum, per verbum, credo, & non credo.*
13 *Iurare de credulitate, quid ſit.*
14 *Teſtis iurat de veritate. Debet deponere per aliquem ſenſum corporis, ibidem.*
15 *Teſtis non deponens per ſenſum corporis, non probat.*
16 *Credulitas quid, & quotuplex ſit, remiſſiuè.*
17 *Notarij reprehenduntur qui in actis, & in extractibus extenduntur, quod iurans iurat de calumnia, & veritate dicenda.*

Iuramento calumniæ, an ſit reſpondendum de veritate, vel de credulitate. Cap. VIII.

VISVM eſt ſuperius, Quid ſit iuramentũ calumniæ, quo iure inductum, quæ in ſe cõtineat, quæ fuerint illius inducendi cauſæ, de eius formulis, & alijs tractatis in præcedentibus Capitulis; in præſenti Capitulo videndum eſt, quomodo dicto iuramento reſpondendum ſit de veritate ne, an de creduli-
1 tate. † Et dicitur, quod iurare debens de calumnia, tenetur reſpondere de credulitate. Speculat. in titul. de iuramento calumniæ, §. quarto, numero quarto, Gloſ. in capitul. cum cauſam, in verbo, per procuratorem, Socin. in capitul. cæterum, numero tertio, & in capitul. cum in cauſa, numero vndecimo, & vigeſimo tertio, de iuramento calumniæ, Gloſ. in l. iuſiurãdum, §. primo, in verbo, certioretur, ff. de iureiurando, & in l. ſecunda, §. obſeruari, in verbo, ſcientia, & in ead. l. ſecunda, Cyn. numero octauo, Alberic. numero ſecundo, tertio, & quarto, in fin. Bald. ibidem numero tertio, & in Authentic. principales perſonæ, numero primo, Paulus de Caſtr. in l. prima, C. de iureiurando propter calumniam, Barthol. in dicto §. quod obſeruari, numero tertio, Panormitan. in capitul. literas, numero decimo, verſicul. ſecunda differentia, de iuramento calumniæ, licet Speculat. in dicto §. quarto, numero quarto, videatur innuere, quod teneatur iurare de veritate. Sed præcedens ſententia, quæ communi Doctorum cal-
2 culo recepta eſt, facit in cõtrarium. † Præiudicat tamen confeſſio facta per dictam reſponſionem de credulitate, ſicut ſi facta eſſet in hoc iuramento calumniæ de veritate, Gloſella Marginalis, Ioannes Andr. in dicto capitulo cum cauſam, ad Gloſ. in dicto verbo, per procuratorem, per Gloſ. expreſſe id aſſerentem in capitul. ex literis, in verbo, occulta veritate,

de iuramento calumniæ, Socin. in dicto
capitul. cum cauſam, numero octauo, in
princip. Alberic. in dicta l. ſecunda, nume-
ro ſecundo, Panormitan. in dicto capitul.
cum cauſam, numero ſexto, paulò poſt,
3 princip. de iuramento calumniæ. † Sicut
dicitur de Poſitionibus, quibus reſpon-
dendum eſt ſimiliter per verbum, cre-
do, vel non credo, & ſic de credulitate,
Gloſ. in dicto capitul. cum cauſam, in di-
cto verbo, per procuratorem, verſicul. &
videtur quod non, & in dicta l. ſecunda,
§. quod obſeruari oportet, in verbo, exi-
ſtimat, verſicul. item nota, circa princip.
Veſtr. in Practic. libro quinto, capitul. de-
cimoquarto, de Poſitionibus, numero ſe-
ptimo, Maranta in ſexta parte principali,
numero decimoquarto, Speculat. de Po-
ſitionibus, §. ſexto tractandum, numero
decimo, Aymo. conſil. 217. numero no-
4 no. † Idque de conſuetudine generali eſt
admiſſum, teſte Cyn. in dicta l. ſecunda,
5 §. quod obſeruari, numero decimo. † Et
talis confeſſio facta de credulitate in po-
ſitionibus, ita præiudicat confitenti, ac ſi
facta fuiſſet de veritate. Gloſella Margi-
nalis in dicto capit. cum cauſam, ad Glo-
ſam in verbo, per procuratorem, la pri-
ma, Cyn. in dicto §. quod obſeruari, Ri-
minal. Iunior. conſil. 236. numero nono,
libro tertio, vbi dicit ita præiudicare, ſi-
6 cut eſſet facta de certa ſcientia. † Licet
Gloſella Marginalis, in fine, in §. final. ca-
pitul. primo, de iuramento calumniæ, in
ſexto videatur tenere, quod iſto modo
reſpondens Poſitionibus non dicatur con
7 fiteri. † Illud tamen, quod dictum eſt ſu-
pra, quod præiudicat talis confeſſio de-
clarandum eſt, vt procedat in concernen-
tibus factum proprium reſpondentis, &
ita præmiſſam concluſionem limitat Tho-
bias Nonius conſil. 37. numero ſexto, &
vt dicam infra numero vndecimo, ex Ni-
8 col. Pignon. † Neque iurans de calumnia
poteſt reſpondere, dubito, dicta Gloſ. in
9 dicto verbo, per procuratorem. † Quam-
uis in poſitionibus ſecus ſit, in iſtis enim
interrogatus, poteſt reſpondere per ver-
bum, dubito, quando interrogatus eſt in-
certus, quod nō poteſt applicare animum
magis ad vnum, quàm ad aliud, Gloſ. eſt
ſingular. in dicto §. quod obſeruari, in ver
bo, exiſtimat, circa medium, verſic. quod
ſi ita eſt incertus, idem firmat Speculat. in
titul. de Poſitionibus, §. ſexto tractandum,
10 numero decimotertio. † Et licet Roman.
in dicto ſingular. 695. incipien. ſi quis à iu-
dice, dicat quod iudex poteſt cogere in-
terrogatum ad reſpondendum præciſe,
& ſi dicat ſe neſcire veritatem eorū, quæ
continentur in articulis, per verbum, cre-
11 dit, vel non credit. † Dicta opinio Roma-
ni procedit, quando interrogatur de fa-
cto proprio, vt ſupra dixi ex Thobia, Ac
inſuper de facto proprio, quod ſit recens,
vt voluit Nicol. Pignon. in additio. ad di-
12 ctum ſingular. 695. Romani. † Et in dicta
Gloſ. in verbo, exiſtimat, nota, quod eſt
cautela laudata à Cyn. in dicto §. quod ob
ſeruari, numero vndecimo, reprehenden-
te Modernos docentes in totum negare
Poſitiones, teſte etiam Speculat. in dicto
§. ſexto notandum, numero decimoter-
tio. Vt dum reſpondetur Poſitionibus,
quæ ignorantur, reſpondeatur præponen
do negatiuam, *Non*, non autem poſtpo-
nendo verbo, *Credo*. Differunt enim di-
cere, *Non credo Franciſcum viuere*, & di-
cere, *Credo non viuere Franciſcum*. Pri-
mus modus includit incertitudinem; ſe-
cundus modus excludit omnem incerti-
tudinem, & includit certam negatiuam
13 facti, ſuper quo interrogatur. † Iurare au-
tem de credulitate eſt, dicere veritatem
ſecundum quod poteſt ſcire iurari, iuxta
rei naturam, cuius veritas quandoque ſci-
tur per viſum, quandoque per tactum, &
ſic per aliquem ſenſum corporis, ad Cyn.
14 in dicta l. ſecunda, numero quinto. † Hinc
eſt, quod cum iuramentum teſtis ſit de ve-
ritate, & ita iurat dicere veritatem, cum
ei defertur iuramentum, debet depone-
re per aliquem ex ſenſibus corporis. Ale-
xand. conſil. 74. numero ſeptimo, libro
ſexto, conſil. 166. numero ſexto, & deci-
moſexto, libro ſexto, Marius Angulſo-
lus conſil. 88. numero tertio, & conſil. 74.
numero ſeptimo, volumine primo, Pariſ.
15 conſil. 107. numero 66. libro primo. † Etſi
non deponeret per aliquem ex dictis ſen-
ſibus corporis nequaquam probaret, Lof
fred. conſil. vigeſimooctauo, libro nono.
16 † Quid autem, & quotuplex ſit credulì-
tas, conſulendus eſt Socin. in dicto capi-
tul. cum in cauſa, numero vigeſimoquar-
17 to, vbi id latè tradit, ac diſcutit. † Hinc
conſtat

conſtat male facere Notarios, qui in extractibus extendunt, quod iurat quis de calumnia, & de veritate dicenda, & idem etiam ſcribunt in actis, cum aliud ſit iurare de calumnia, & aliud iurare de veritate ex præmiſſis. In Ciuitate Tiburtina Patria mea, cuius laudes præterire nollem; illius ſcilicet nobilem, & antiquam originem; aeris ſalubritatem; terræ fœcunditatem omnis generis frugum; fluminis vtilitatem, ac ſpecimen; ſitus omnis amœnitatem; & villarum magnam copiam à Priſcis Romanis, & Tiburtibus extructarum, niſi prolixus extra propoſitum viderer, & veritatis narratio fidem rebus magnis detraheret, adeſt ſtatutum, libro ſecundo, capitul. quarto, vbi mandatur per litigantes iurari de calumnia, ac etiam de veritate, & ſic vtrunque requiritur iuramentum.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum calumniæ bis præſtari non poteſt.*
2 *Iuramentum calumniæ, quod ſemel tantùm pr:ſtetur, intelligitur ab eadem perſona.*
3 *Perſona ſi mutatur, iuratur iterum de calumnia, & num. 12.*
4 *Iuramentum calumniæ, quod ſemel tantùm præſtetur, intelligitur in eadem inſtantia.*
5 *Inſtantia mutata, iterum iuratur de calumnia, & num. 13.*
6 *Iuramentum calumniæ, quod ſemel tantùm præſtetur, intelligitur in ijs, quæ emergũt poſt litem conteſtatam.*
7 *Inr atur hodie de calumnia tantum, poſt li-t:m conteſt.tam.*
8 *Iuramentum calumniæ, quod ſemel tantùm præſtetur, procedit de iure nouiſſimo introducto à Iuſtiniano.*
9 *Iurabatur de calumnia pluries de iure antiquo, & num. 14.*
10 *Iuramentum calumniæ ſemel tãtùm præſtatur, etiam ſi mutetur iudex.*
11 *Iuramentum calumniæ ſemel tãtùm præſtatur, etiam ſi iuratum eſſet de calumnia, non inſtante parte aduerſa, quæ poſtea peteret iurari.*
15 *Iuramentum calumniæ, præſtandum eſt cuilibet perſonæ petenti, ſi ex aduerſo ſunt plures litigantes. Et ſic pluries præſtatur.*
16 *Iuramentũ calumniæ præſtatur ſuper quolibet quæſtione, quando quis mouet contra aliquem plures quæſtiones, & ſic illas mouens, pluries iurat de calumnia.*
17 *Iuramentum calumniæ iteratur in cumulatione actionis.*
Gloſ. opinio reprehenditur.
Actio ſi mutatur, iterum iuratur de calumnia.
18 *Iuramentum calumniæ iteratur, quando poſt litem conteſtatam emerſiſſet aliqua noua cauſa ſuſpicionis calumniæ, quia tũc ſuper quolibet particulari articulo iuratur de calumnia.*
Reprobatur proximè præmiſſa opinio.
19 *Procurator, & hæredes, ac alij repræſentantes alias perſonas, tenentur iurare de calumnia, etiam ſi perſona repræſentata iuraſſet.*
20 *Iuramentum calumniæ bis præſtatur in comparationibus literarum, per Gloſ. in l. comparationes, in verbo, ab his, C. de fide inſtrumentorum.*
Gloſ. prædicta reprehenditur.
21 *Iuramentum calumniæ ſi eſt nulliter præſtitum, præſtatur iterum validè.*
22 *Iuramentum calumniæ ſi præſtetur primo nulli, deinde præſtetur validè, dictum iuramẽtum ſecundum non ſanat actus nullos interiectos inter dicta duo iuramenta, & quare.*
23 *Iuramentum calumniæ iterum præſtatur per illum, qui poſt iuramentum calumniæ ſemel præſtitum, melius noſcere veritatem dicetur.*
24 *Iuramẽtum de veritate poteſt peti in quocunque actu particulari.*

Iuramentum calumniæ quoties ſit præſtandum. Cap. IX.

1 IVRAMENTVM de quo agitur, bis præſtandum non eſt, ſed ſemel dũtaxat præſtari poteſt, Glo. in capitul. in appellationis, §. finali, in verbo, poſt,

poſt, & in verbo, malitiæ, de iuramen-
to calumniæ, in ſexto, & in capitul. li-te-
ras tuas, §. nos autem, in verbo, iura-
mento recepto, de reſtitutione ſpoliato-
rum, in capitul. vltra tertiam, in verbo, iu-
ramento, in princip. de teſtibus, & in l. ſi
quis ex argentarijs, §. exigitur autem, in
verbo, calumniæ, ff. de edend. in l. iuſiu-
randum, & ad pecunias, §. qui iuſiuran-
dum, in verbo, exigitur, verſicul. ſed hoc
corrigitur, & in l. ſi non fuerit, ff. de iure-
iuran. in l. comparationes, §. omnes au-
tem, in verbo, ab his, in fin. C. de fide in-
ſtrumentorum, Cyn. in l. ſecunda, nume-
ro quarto, in princip. & in fin. & Barthol.
numero nono, in fine, C. de iureiurando
propter calumniam, Speculat. in titul. de
iuramento calumniæ, §. primo, numero
ſeptimo, & numero octauo, verſicul. &
hoc præſtatur, & numero nono, verſicul.
item hoc ſemel, & numero vndecimo,
verſicul. item præſtatur hoc iuramentum,
& §. tertio, numero octauo, in fi. Barthol.
in dicto §. qui iuſiurandum, numero de-
cimo, Alberic. in l. libellorum, §. primo,
numero vndecimo, ff. de accuſat. Marian.
Socin. in rubric. numero decimo, & deci-
moquarto, & in capitul. literas, numero
duodecimo, & decimotertio, & in capitul.
inhærentes, numero decimoſeptimo, &
in capitul. cum in cauſa, numero vigeſi-
moquinto, extra, de iuramento calumniæ.
2 † Quam principalem cōcluſionem multi-
pliciter declarādam puto, & Primo, quod
procedat in eadem perſona, Speculat. di-
cto §. tertio, numero ſecundo, in fin. vbi
dicta per ipſum nota, Marian. Socin. in
dicto capitul. cum in cauſa, numero vige-
3 ſimoſeptimo, in princip. † Quia ſi muta-
tur perſona, debet iterum iurari de ca-
lumnia, Socin. dicto numero vigeſimoſe-
ptimo, vbi dat pro regula, quod quoties
mutatur perſona, per quam iudicium agi-
tatur, iteratur iuramentum calumniæ.
Hinc fit, quod quamuis vna perſona iu-
raſſet, alia etiam, quæ in iudicio eodem
comparet, debet etiam iurare, vt dicam
de hærede, de ſucceſſore, de procurato-
re, & alijs infra capitul. decimoquinto,
4 & decimoſexto. † Secundo declara prin-
cipalem concluſionem, vt procedat in ea-
dem inſtantia, Ioannes Andr. in additio.
ad Speculat. in titul. de iuramento calum-
niæ, §. ſecundo, numero decimoquarto,
in verbo, §. penultimo, verſicul. non ob-
ſtat, Socin. in dicto capitul. cum in cauſa,
numero vigeſimoſeptimo, verſicul. quin-
5 to limitatur. † Quia mutata inſtantia ite-
rum iuratur, vt dicam infra capitul. deci-
monono in vigeſimaſecunda declaratio-
6 ne. † Tertio declara principalem conclu-
ſionem, vt procedat in ijs, quæ emergunt
poſt litem conteſtatam, Barthol. in dicto
§. qui iuſiurandum, numero decimo. Quæ
7 † declaratio videtur ceſſare de iure à Iuſti-
niano introducto, quia iuratur hodie tan-
tùm poſt litem conteſtatam de calumnia,
vt dixi ſupra capitul. primo, & dicam la-
tius infra in ſequen. capitul. decimo. Quar
8 to † declara principalem concluſionem,
vt procedat de iure nouiſſimo à Iuſtinia-
9 no introducto, vt proximè dixi. † Quia de
iure antiquo pluries iurabatur de calum-
nia, ad Gloſ. in Authent. in iſto iuramen-
to, in verbo, iuretur, C. de iureiurando
propter calumniam, Socin. in dicta rubr.
de iuramento calumniæ, numero deci-
moſeptimo, Barthol. in dicto §. qui iuſiu-
rādum, numero decimo, vbi dicit dictum
ius antiquum non eſſe correctum ante li-
tem conteſtatam, & dixi latius ſupra ca-
pitul. primo, capitul. tertio, & dicam alibi
10 ſparſim. † Ampliatur principalis conclu-
ſio etiam ſi mutatus ſit iudex, quia ſi mu-
tatur iudex, non mutatur inſtantia, ſiue
mutetur iudex per remotionem, ſiue per
mortem, Barthol. in dicta l. ſecunda, nu-
mero decimoſexto, Marian. Socin. in di-
cto capitul. cum in cauſa, numero vigeſi-
11 moſexto. † Secundo ampliatur principa-
lis concluſio, etiam ſi non petente parte
aduerſa præſtaretur, & deinde aduerſa
pars peteret iurari de calumnia, quia iſto
caſu non tenetur iterum iurare, & petitio
dicti iuramēti retrotrahitur ad diem præ-
ſtationis factæ, ad quod vide, quæ late
dicam infra capitul. decimo. Stantibus
prædictis declarationibus difficillimè poſ
ſet prædicta principalis concluſio pati ali-
quas fallentias; ſed dictis declarationi-
bus ſequeſtratis, & circumſcriptis; dicta
concluſio principalis pateretur plures fal-
12 lentias. † Prima fallentia eſt, quando mu-
tatur perſona, quia tunc, quando perſo-
na mutatur, iterum iuratur, vt dixi ſupra
13 numero tertio. † Secunda fallentia eſt in

muta-

mutatione inſtantiæ, quia mutata inſtan-
tia debet iterum iurari, vt dixi ſupra nu-
14 mero quinto. † Tertia fallentia eſt de iu-
re antiquo, quia de iure antiquo pluries
iurabatur, vt dixi ſupra nnmero nono.
15 † Quarta fallentia eſt, quando ex aduer-
ſo litigantes plures ſunt; quia tunc eſt pręs-
ſtandnm iuramentum calumniæ cuilibet
perſonæ petenti, Speculat. in dicto titul.
de iuramento calumniæ, dicto §. ſecun-
do, numero ſexto, in princip. Marian. So-
cin. in dicto capitul. in pertractandis, nu-
mero quadrageſimonono. De quo dicam
infra capitul. decimoquinto, in declaratio-
16 ne trigeſima ſecunda. † Quinta fallentia
eſt, quando quis mouet contra aliquem
plures quæſtiones, quia tunc ſuper quali-
bet quæſtione illas mouens, præſtat iura-
mentum calumniæ, Ioannes Andr. in ad-
ditio. ad Speculat. in dicto titul. de iura-
mento calumniæ, §. ſecundo, numero ſe-
xto, in litera P, in verbo, contra plures,
in princip. Socin. in dicto capitul. cum in
17 cauſa, numero vigeſimoſexto. † Sexta fal-
lentia eſt, quando actio cumulatur, Ioan-
nes Andr. in additio. ad Speculat. dicto
§. ſecundo, numero vndecimo, litera T,
in verbo, actionem, Cyn. in dicta l. ſecun-
da, numero decimoſeptimo, C. de iureiu-
rando propter calumniam, vbi reprehen-
dit Gloſ. quæ iudicio meo male loquitur
ponendo, quod iterum iuratur, quando
mutatur actio, quæ actio ſecundum Cyn.
ibi non mutatur, ſed cumulatur; & cum
dicta Gloſ. videtur deſcendiſſe Speculat.
dicto numero vndecimo, vbi dicit hoc in
mutatione actionis. Sed opinio Cyni ve-
rior eſt, quia ſi actio mutatur, non dicitur
iterum iurari, quia in ea actione, quæ ſe-
cundo loco mouetur, nunquam fuit iura-
tum de calumnia. Et quando volumus
agere de actionis mutatione, videtur ha-
bere locum ſecunda præmiſſa fallentia.
18 † Septima fallentia eſt, quando poſt iura-
mentum de calumnia præſtitum emerſiſ-
ſet aliqua noua cauſa ſuſpicionis calum-
niæ, quia tunc ſuper quolibet articulo iu-
rabitur iterum, vt voluit Socin. in dicto
capitul. cum in cauſa, numero vigeſimo-
ſexto, verſicul. tertio limitatur. Sed poſt-
quam Socin. ibi hoc ſecundum iuramen-
tum, iuramentum calumniæ nominat,
ſubdit quod eſt iuramẽtum malitiæ, qua-
re non rectè poneretur pro fallentia; Ego
autem teneo firmiſſimè non eſſe iuramen
tum calumniæ, quia non eſt vniuerſale
ad totam cauſam, ſed ſuper articulo par-
ticulari, vt dixi ſupra capitul. primo, & ter-
tio, & dicam infra ſparſim, & præſertim
capitul. decimoquinto, decimooctauo, &
19 ſequen. † Octaua fallentia eſt, in procu-
ratore, qui & ipſe tenetur iurare de ca-
lumnia, etiam ſi Dominus iuraſſet, quam-
uis repræſentatiuè ſit eadem perſona,.
Idem dici poſſet de hærede, de ſucceſſo-
re, & ſimil.bus, qui videntur repræſen-
tare eandem perſonam, quæ prius iura-
uerat, & nihilominus ipſi quoque de ca-
lumnia iurare tenentur, etiam ſi perſona
repræſentata iuraſſet. De quibus dicam
infra capitul. decimoquinto, & decimoſe-
20 xto. † Nona fallentia eſt in comparationi-
bus literarum, in quibus bis iuratur, vt
per dictam Gloſ. in dicta l. comparatio-
nes, in dicto §. omnes autem, in dicto ver-
bo, ab his. Sed dicta Gloſ. allucinata eſt,
nam dictum iuramẽtum in ſimilibus com
parationibus dicitur potius iuramentum
malitiæ, ſeu veritatis. Quia eſt ſuper ar-
ticulo particulari, & non generale ad to-
tam cauſam, vt dixi ſupra capitul. primo,
21 & tertio. † Decima fallentia eſt, quando
eſſet nulliter de calumnia iuratum, vt quia
non in actis, vel non tactis ſcripturis, quia
iuramentum nulliter præſtitum, iterum
eſt præſtandum ad cumulata per Alphan.
in Collectan. numero 720. ſuper l. qui per
22 ſalutem, ff. de iureiurando. † Sed ſi inter
iuramentum nulliter præſtitum, & aliud
de nouo validè præſtitum adeſſent aliqui
actus nulli, nõ conualidantur per dictum
iuramentum de nouo valide præſtitum,
quia iuramentum calumniæ præſtitum,
præſeruat à nullitate incurrenda, & non
ſanat nullitates iam incurſas, vt dicam in-
fra capitul. decimo, proxime ſequen. cir-
23 ca fin. † Vndecima fallentia eſt, quando
ille, qui iurauit de calumnia, poſt iura-
mentum præſtitum diceretur melius no-
ſcere veritatem, quia tunc cogetur iterum
iurare, Panormitan. in capitul. literas,
numero vndecimo, de iuramento calum-
24 niæ. † In qua materia dicendum eſt, quod
licet poſt præſtitum iuramentum calum-
niæ iterum de calumnia iurandum non
ſit poſt litem conteſtatam, poterit tamen

poſt

poſt dictum iuramentum calumniæ peti in quocunque actu particulari iuramentum de veritate, vt voluit Paul. de Caſtr. in l. prima, in fin. C. de iureiurando propter calumniam.

S V M M A R I V M.

1 *Iuramentum calumniæ ſi non fuit à principio litis petitum, non poteſt in alia parte peti, ſecundum opin. Cyni.*
2 *Iuramentum calumniæ peti poteſt in quacunque iudicij parte, ſecundum alios.*
3 *Iuramentum calumniæ quod exigi, & peti poſſit in quacunque iudicij parte, conſtituitur pro regula reiecta opinione Cyn.*
4 *Regula, quod iuramentum calumniæ peti, & exigi poſſit in quacunque iudicij parte declaratur, vt procedat dummodo petatur ante ſententiam.*
5 *Iuramentum calumniæ dicitur petitum ante ſententiam, etiam ſi petatur in termino citationis ad ſententiam.*
6 *Sententia debet ferri in vltima parte diei.*
7 *Regula prædicta declaratur, vt procedat dummodo iuramentum calumniæ, petatur ante concluſionem in cauſa factam.*
8 *Paria ſunt concluſum eſſe in cauſa, & ſententiam eſſe latam.*
9 *Iudex poteſt petere, & exigere etiam ipſe iuramentum calumniæ in quacũque iudicij parte.*
10 *Iudex poteſt in quacunque iudicij parte petere, & exigere iuramentum calumniæ inſtante parte.*
Factum iudicis iſto caſu reputatur factum partis.
Iſto caſu erit pars ſubſtantialis iudicij iuramentum calumniæ.
11 *Iudex poteſt exigere iuramentum calumniæ, non ſolum inſtante parte, verum etiam inuitis partibus litigantibus,*
12 *Iuramentum calumniæ exactum à iudice inuitis litigantibus, eſt dubium an ſit pars ſubſtantialis iudicij.*
13 *Reſolutio vna huius dubij.*
14 *Renuentes iurare de calumnia, præſumuntur calumniari.*
15 *Reſolutio alia, & melior præmiſſi dubij.*
16 *Iudex non ſolum ante concluſum in cauſa, poteſt exigere iuramentum calumniæ, verum etiam poſt concluſum.*
17 *Iudex ex officio poteſt exigere iuramentum calumniæ poſt concluſum in cauſa in ſummarijs.*
18 *Iudex non ſolum ex officio poſt concluſum in cauſa in ſummarijs exigere poteſt, ſed etiam ad partis inſtantiam.*
19 *Iuramentum calumniæ peti debet à iudice ante concluſionem in cauſa factam, ſecundum Granatium.*
20 *Iudex quod poſſit poſt concluſum in cauſa exigere iuramentum calumniæ, quomodo intelligatur.*
Declarantur deciſio. 108. Cappell. Tholoſane, & conſil. 71. volumine primo, Roland. & numero 60. 61. 62. Declaratur Granatius.
21 *Iuramentum calumniæ exigi poteſt tam à parte, quam à iudice, ſi partis, & iudici videbitur.*
22 *Iuramentum calumniæ, ſi petatur à parte, eſt pars ſubſtantialis iudicij, etſi omittatur vitiat proceſſum, & ſententiam.*
Si petatur à iudice neutra partium inſtante, non eſt pars ſubſtantialis iudicij, & omiſſum non vitiat proceſſum, nec ſententiam.
23 *Iuramentum calumniæ exigi non poterit ab eo, de cuius periurio dubitatur.*
24 *Iuramentum calumniæ præſtari debet ante litem conteſtatam, ſecundum aliquos.*
25 *Iuramentum calumniæ quod petatur ante conteſtatam litem, procedit etiam in inſtantia appellationis, ſecundum Speculat.*
26 *Iuramentum calumniæ ante litem conteſtatam, præſtatur ſuper tota cauſa, ſecundum Cyn.*
27 *Cyn. opinio prædicta, in quo caſu procedere poſſet.*
28 *Iuramentum ante litem conteſtatam dicitur iuramentum malitiæ.*
29 *Capit. fin. in fin. de iuramento calumniæ, in ſexto, declaratur remiſſiuè.*
30 *Cyn. opinio prædicta ſi admitteretur bis, iuraretur in eadem cauſa, & inſtantia, quod non eſt admittendum.*
31 *Speculat. in titul. de iuramento calumniæ,*

§. 4.

§. 4. numero quarto, in fin. dum vult, quod iuramentum calumniæ præſtatur ante litem conteſtatam, quando conteſtatio non eſt neceſſaria, reprobatur.

Declaratur quomodo poſſet habere locum Dictionis, Ante, *ſignificatio remiſſiuè.*

32 *Iuramentum calumniæ in quo caſu præſtetur ante conteſtationem litis, ex mente aliquorum relatorum à Socin.*

Reprobatur dicta opinio.

33 *Iuramentum calumniæ præſtandum eſt, facta litis conteſtatione.*

Conteſtatio litis, quomodo fiat, remiſſiuè.

34 *Regula, & concluſio firmatur, quod iuramentum calumniæ præſtandum ſit, facta litis conteſtatione.*

35 *Dicta regula, & concluſio declaratur procedere ſiue lis ſit conteſtata verè, vel fictè tum nominantis dominum in iudicio, tum nominati dum ageretur ex forma, cap. quoniam, §. quod ſi, vt lit. non conteſt.*

36 *Iuramentum calumniæ præſtari poteſt in quacunque iudicij parte, poſt litem conteſtatam.*

37 *Non eſt de ſubſtantia iudicij, vt ſtatim poſt litem conteſtatam, præſtetur iuramentum calumniæ.*

38 *Non obſtant prædictæ concluſioni iura, in quibus habetur iurandum eſſe de calumnia in principio litis.*

39 *Nec obſtant iura in quibus habetur iurandum eſſe de calumnia, in principio litis in continenti.*

40 *Lis dicitur incipere à litis conteſtatione.*

41 *Iura dicentia iurandum eſſe de calumnia in principio litis, & in principio in continenti intelliguntur, ſi petatur.*

42 *Non vitiatur proceſſus; ſi diu poſt litem conteſtatam præſtetur iuramentum calumniæ.*

43 *Non eſt neceſſe ſemper expectare, vt iuramentum calumniæ petatur, ſed præſtari poterit etiam nemine petente, neque petente parte, neque iudice.*

Cautela eſt vt præſtetur etiam nemine petente hoc iuramentum calumniæ.

44 *Iuramentum calumniæ ſi præſtatur nemine petente, non erit pars ſubſtantialis iudicij.*

Si præſtetur iuramentum calumniæ nemine petente, & poſtea petatur quando dicatur iuramentum calumniæ pars ſubſtantialis iudicij.

45 *Iuramentum calumniæ præſtitum antequàm peteretur iurari ante petitionem dicti iuramenti, non eſt pars ſubſtantialis iudicij.*

Iuramentum, quod poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ, ſeruandum eſt.

46 *Iuramētum calumniæ habet annexam conditionem, quatenus petatur.*

Faciens actum, obligat ſe legibus loquentibus de illo actu.

Si neutra pars petat de calumnia iurari, & ambæ partes nemine petente iurent, tale iuramentum non erit pars ſubſtantialis iudicij.

47 *Iuramentum calumniæ præſtandum eſt ante ſententiam, & ante concluſionem in cauſa, & non poſt.*

48 *Iuramentum calumniæ quod præſtari non poſſit poſt concluſum in cauſa, intelligitur procedere in ordinarijs iudicijs.*

In iudicijs ſummarijs etiam ad partis inſtantiam poſt concluſum in cauſa, poteſt præſtari.

49 *Iuramentum calumniæ præſtari poteſt poſt concluſum in cauſa, quando iudex illud ex officio exigit.*

50 *Concluſio cauſæ ligat manus parti, & non iudici, cuius officium non conquieſcit poſt concluſum in cauſa, & numero 63.*

Declaratio regulæ, quod paria ſunt, concluſum eſſe in cauſa, & ſententiam eſſe latam.

51 *Terminus datus parti non concludit iudici in eo, quod poteſt etiam contradicentibus partibus facere.*

52 *Iuramentum calumniæ ſi ante petitum fuerit, & non præſtitum, ſed præſtetur poſt concluſum in cauſa, non ob id proceſſus erit nullus, qui retro factus erat, ſecundum Roland. & Cappel. Tholoſ. & numero 54.*

53 *Quæſtio, quæ ſæpe accidit, in qua petitur ante iurari de calumnia, & non præſtatur tale iuramentum, ſed præſtari prætenditur poſt concluſum in cauſa, vel mandata relaxata.*

54 *Iura-*

54 *Iuramentum calumniæ præſtari poteſt etiam poſt concluſum in cauſa petente iudice ex officio, & quamuis eſſet per prius petitum, & non præſtitum, non ex hoc proceſſus retrofactus, nullus erit ex Roland. & Cappell. Tholoſ. & numero 52.*

55 *Iuramentum calumniæ reſpicit præterita, & futura, ſecundum Speculat. & Ioannem Andr. in additio.*

56 *Iuramentum calumniæ reſpicit tantũ præſentia, & futura, ſecundum Cyn. & Gloſ.*

57 *Iuramentum calumniæ ſi petatur, & non præſtetur, proceſſus, ſententia, & decretum ſunt nulla, & nulla ipſo iure.*

58 *Iuramentum calumniæ, ſi à parte petatur, & præſtetur, præſeruat à nullitate incurrenda, & prout nullitas eſt in fieri, & non ſanat nullitatem incurſam, & prout nullitas eſt in facto eſſe.*

59 *Opinio Speculat. & Ioan. Andr. præmiſſa declaratur multipliciter.*

60 *Deciſio. 108. Cappell. Tholoſ. declaratur, & diſcutitur, & numero 62. & ſequen. & ſupra numero 20.*

61 *Mora videtur remiſſa per interpellationem ſubſequentem.*

62 *Deciſio. 108. Cappell. Tholoſ. & Roland. conſil. 71. volumine primo, in certis caſibus reprobantur.*

Iuramentum calumniæ ſi petatur, eſt pars ſubſtantialis iudicij.

63 *Concluſio in cauſa ligat manus parti, non autem iudici, ei enim relinquit liberas habenas, & ſupra numero 50.*

64 *Deciſ. 108. Cappella Tholoſ. & Roland. cõſ. 71. libro primo, partim approbantur in certo caſu, partim reprobantur in alio caſu.*

65 *Curt. in l. ſecunda, §. quod ſi actor, numero quinto, C. de iureiurando propter calumniam, declaratur.*

66 *Quæſtio an iuramentum calumniæ reſpiciat præterita, & ad ea extendatur, non eſt, vt Socin. placuit, modici præiudicij, ſed magni.*

Iuramentum calumniæ in qua parte iudicij peti poſſit, & in qua præſtari debeat per debentem iurare.

Cap. X.

ISTA Rubrica habet duas partes, alteram tangentem illum, qui petit iurari; alteram tangentem illum, qui iurare tenetur, & in qua iudicij parte vterq; ipſorum id explicare de-
1 beat. † Et quantùm attinet ad primam
rubricæ partem; dicitur, quod etſi Cyn.
in l. ſecunda, numero decimo, C. de iu-
reiurando propter calumniam, dixerit,
quod iuramentum calumniæ, ſi non fuit
à principio litis petitum, non poteſt in a-
lia parte peti; ſed quod bene poteſt iu-
2 dex ex officio illud præſtari facere. † Alij,
& certè melius voluerunt exigi poſſe hoc
iuramentum calumniæ in quacunque iu-
dicij parte; & huius ſententiæ fuerunt,
Gloſ. in dicta l. ſecunda, §. ſed quia vere-
mur, in verbo, ſancimus, verſic. ſed nun-
quid, Alberic. in dicta l. ſecunda, nume-
ro quarto, vbi diſputat varias in hoc ar-
ticulo opiniones, Grauat. ad Veſtr. libro
quinto, capitul. ſecundo, numero deci-
moquarto. Quæ Gloſ. opinio eſt com-
muniter approbata, teſte Grauat. vbi ſu-
3 pra. † Reiecta igitur opinione Cyn. con-
ſtituenda eſt ſecundum prędictam appro-
batam Gloſ. opinionem firma concluſio,
quod iſtud iuramentum peti, & exigi poſ-
4 ſit in quacunque iudicij parte. † Quæ con-
cluſio ita firmata recipit aliquas declara-
tiones, quarum prima eſt, vt procedat
dummodo tale iuramentum petatur an-
te ſententiam; Speculat. in titul. de iura-
mento calumniæ, §. ſecundo, numero
quarto, verſicul. hoc tamen puto, Ale-
xand. in l. qui bona, §. ſi alieno nomine,
numero decimoquarto, ff. de dam. infect.
5 † Dicetur autem petitum ante ſentẽtiam,
etiam ſi ſit petitum in termino citationis
ad ſententiam. Rota in vna Bononien.
Attentatorum die Lunæ. 24. Octobris.
1588.

1588. verſicul. neque obſtat, coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Cardinali Mantica, tunc dictæ Rotæ
6 Auditore in manuſcriptis. † Vbi redditur huius dicti ratio, & eſt, quod in vltima
7 ma parte diei debet ſententia ferri. † Secunda declaratio eſt, vt procedat principalis regula, dummodo tale iuramentum petatur ante concluſionem in cauſa, Addent. ad Mattheſil. ſingular. 65. verſicul. & adde quod, & colligitur ex Grauat. dicto numero decimoquarto. † Cum paria
8 ſint concluſum eſſe in cauſa, & ſententiam eſſe latam, Andr. Gaill. in tracta. de pace publi. capitul. vigeſimo, numero vi-
9 geſimoſexto. † Dicta concluſio ampliatur, vt procedat nedum, quando pars tale iuramentum petit, ſed etiam, quando à iudice petitur, qui ſimiliter illud petere poteſt in quacunque iudicij parte, Maranta in Speculo parte ſexta, in ſecunda iudicij part. actu primo, in titul. de iuramento calumniæ, numero tertio, Cotta in Memorial. in verbo, iuramentum ca-
10 lumniæ, in princip. † Idque intelligi debet, quando iudex id facit, inſtante parte, quia tunc reputatur factum partis illud iudicis factum, l. ſi ob cauſam, C. de euictíon. & ſic erit pars ſubſtantialis iu-
11 dicij tale iuramentum. † Et non ſolum iudex poteſt exigere iuramentum calumniæ inſtante parte, verum etiam inuitis litigantibus, Roland. conſil. 71. numero trigeſimotertio, volumine primo, Bald. in dicta l. ſecunda, §. ſed quia veremur, numero primo, C. de iureiurando pro-
12 pter calumniam. † In quo articulo dubitari contingit, an huiuſmodi iuramentum calumniæ exactum à iudice, inuitis litigantibus ſit pars ſubſtantialis iudicij, & ſi non præſtetur reddat proceſſum, & ſententiam nulla, & per ea, quæ dixi ſupra capitul. ſeptimo, & infra hoc eodem, & capitul. duodecimo, videtur dicendum non eſſe partem ſubſtantialem iudicij, & ſic omitti poſſe, & non præſtari per partes non obſtante iuſſu iudicis. Vnde ſequeretur maximum abſurdum, quod poſſent partes inire occultè pactum de non iurando, & ſic effugere iuramentum calumniæ ſub prætextu, quod ſic petitum per iudicem à partibus inuitis non ſit pars
13 ſubſtantialis iudicij. † Pro reſolutione breuiter dici poſſet, quod dum dico ex allegatis ibi iuribus in iſto capitul. & capitul. ſeptimo, & duodecimo. Quod dum iuramentum calumniæ petitur per iudicem à partibus, non ſit pars ſubſtantialis iudicij poteſt intelligi, vt procedat, dum petitur à partibus non inuitis; Dum autem Roland. & Bald. locis præcitatis volunt iudicem poſſe petere hoc iuramẽtum etiam inuitis litigantibus, procedat, quando vtraque pars eſt renitens iurare, & tunc ſit
14 pars ſubſtantialis. † Quia renuentes iurare de calumnia, præſumuntur calumniari ſecundum Barbatiam conſil. 49. numero ſeptimo, & dicam infra capitul. vigeſimoprimo, numero ſecundo, in ſecun-
15 do effectu. † Vel dic ſecundo, & melius, quod dum Bald. & Roland. vbi ſupra dicunt poſſe per iudicem exigi hoc iuramẽtum calumniæ, etiam inuitis litigantibus, non concludunt ex hoc, quod tale iuramentum calumniæ ſit proprie iuramentum calumniæ, & pars ſubſtantialis iudicij; ſed dicetur impropriè iuramentum calumniæ, & non erit pars ſubſtantialis; & illa potentia iudicis in exigendo huiuſmodi iuramento etiam inuitis partibus litigantibus non reſpicit effectum, vt eo modo fiat pars ſubſtantialis iudicij, ſed reſpicit tantùm effectum, vt ad id inuitos cogere poſſit etiam remota appellatione, & quod alias ipſos litigantes non audiat, & à limine iudicij repellat, vt dicam infra capitul. duodecimo, paulo ante finem, &
16 capitul. decimoquarto, prope princip. † Et non ſolum iudex petere poterit hoc iuramentum in quacunque parte iudicij, & ante concluſionem in cauſa, ſed etiam poſt concluſum in cauſa, Iaſ. in l. iuſiurandum, & ad pecunias, §. qui iuſiurandum, numero tertio, ff. de iureiuran. Addent. ad Mattheſill. ſingul. 64. in verſicul. & hoc iuramentum, & in ſingul. 65. verſic. & ad quod, Roland. dicto conſil. 71. numero trigeſimotertio, Maranta dicto actu primo, numero tertio, Cappella Tho
17 loſana, deciſio. 108. † Et poſt concluſum in cauſa iudex petere, & exigere ex officio poteſt in cauſis ſummarijs, Roland. dicto conſil. 71. numero trigeſimoquarto.
18 † Et petere non ſolum poterit tale iuramentum poſt concluſum in cauſa in ſummarijs ex officio, ſed etiam ad partis inſtantiam,

ſtantiam, Roland. dicto numero trigeſi-
motertio, Addit. ad dictam deciſio. 108.
19 Cappellæ Tholoſ.† Grauatius verò tenet
contra in dicto numero decimoquarto,
dum vult, quod in quacunque iudicij par-
te iudex poteſt tale iuramentum petere,
& exigere, dummodo præſtetur ante con
cluſionem in cauſa factam, & ſic videtur
tenere, quod neque iudex poſſit poſt con-
cluſionem in cauſa tale iuramentum exi-
gere, quia ſi debet quandocunque iudici
videbitur præſtari ſub hac conditione,
dummodo præſtetur ante concluſionem
in cauſa, neceſſario ſequitur, quod ante
dictam concluſionem petatur, & præſer-
tim cum ipſemet Grauat. ibi dicat in qua-
cunque parte iudicij exigi poſſe, vnde cla
re colligitur ipſum tenere, non poſſe peti
tale iuramentum poſt concluſum in cau-
ſa, quia poſt concluſionem nulla vlterius
20 remanet iudicij pars, vt dicam infra. † In
qua quæſtione ſic diſtinguendum puto
pro nunc breuiter, quia ad Roland. &
Cappell. Tholoſanam reſpondebo infra
latius, quod dicta Cappella, & Roland.
loquuntur in caſu, quo iuramentum ca-
lumniæ petitur ex officio, & non inſtan-
te parte, quo caſu non eſt pars ſubſtantia-
lis iudicij; & ſi aliter loquerentur, non
credo poſſe ſaluari eorum opinionem,
Grauatij verò opinio, & aliorum tenen-
tium non poſſe iudicem poſt concluſum
in cauſa petere, & exigere iuramentum
calumniæ intelligitur, quando agitur de
iuramento calumniæ proprio, quod eſt
pars ſubſtantialis iudicij, dum ſcilicet per
iudicem petitur præſtari ad partis inſtan-
tiam, vt dixi ſupra hoc eodem capitul. &
capitul. ſeptimo, & pro nunc ſufficiant hęc.
21 † Ex quibus clare conſtat dictum iuramen-
tum exigi poſſe tam à parte, quam à iudi-
ce, ſi parti, & iudici videbitur expedire,
Socin. in capitul. in pertractandis, nume-
22 ro 52. de iuramento calumniæ. † Si peta-
tur à parte eſt de ſubſtantia iudicij, &
iſto caſu ſi omittatur vitiat proceſſum, &
ſententiam: ſecus autem ſi petatur, & e-
xigatur à iudice nulla partium inſtante,
quia tunc non vitiaretur proceſſus, & ſen-
tentia, quoniam iſto caſu non eſt pars ſub
ſtantialis iudicij, vt poſui ſupra capitul. ſe-
ptimo, & hoc eodem cap. & dicam infra.
23 † Sed nunquid iſtud iuramentum peti, &
exigi poterit ab eo, de cuius periurio du-
bitatur? Et Socin. nō debere exigi, tradit
in cap. cum in cauſa, num. 6. in fi. Panorm.
in cap. inhærentes, nume. 10. & in cap. cæ-
terum, nume. 4. in fi. de iuramento calum-
niæ, & de hoc vide latius infra capitul. 15.
24 in 16. declaratione. † Deueniēdo nunc ad
ſecundam rubricę partem, vbi quæritur,
In qua iudicij parte præſtari debeat hoc
iuramentum per debentem iurare; & qui-
dem circa hoc ſciendū eſt duas fuiſſe prin
cipaliores opiniones. Prima fuit opinio
tenentium iſtud iuramentum præſtādum
eſſe ante litem conteſtatam, & præſertim
ſuper aliqua exceptione in ijs, quæ ante
litem cōteſtatam emergunt, cuius opinio-
nis fuerunt Cyn. in dicta l. ſecunda, nume-
ro tertio, verſicul. vnde ante, quem etiam
refert Panormit. in cap. inhærentes, nu. 4.
de iuram. calum. vbi circa iſtud eum vide
Specul. in tit. de iuramento calumn. §. 1.
numero 4. verſic. item in exceptionibus,
Gloſ. in l. prima, in verbo, quicquam, & in
authent. hoc ſacramentum. C. de iureiu-
rand. propt. calumn. Barthol. in l. iuſiuran-
dum, & ad pecunias, §. qui iuſiurandum,
numero 10. ff. de iureiur. Marant. in Spe-
culo parte ſexta, in ſecunda parte iudicij,
in tit. de iuramento, actu primo, numero
25 quinto. † Quam opinionem dicit procede
re etiam in inſtantia appellationis, Specul.
26 d. §. 1. numero 4. † Immo plus addit Cyn.
in dicta l. ſecunda, numero 9. quod ſcilicet
ante litem conteſtatam præſtetur hoc iu-
ramentum calumniæ ſuper tota cauſa, &
quod ſi obijceretur ab aliquo nō eſſe prę-
ſtandum tale iuramentum, intelligi de-
bet non eſſe præſtandum à parte inuita:
ſubdit tamen, quod tenetur iurare etiam
poſt litem conteſtatam ille, qui ante li-
tem conteſtatam iurauerat, vt præmitti-
27 tur. † Quam Cyn. opinionem non credo
veram, & poterat fortaſſe procedere de
iure antiquo ad tradita per Socin. in dicto
capitul. inhærentes, numero 15. & 16. ſed
28 non de iure nouiſſimo, & Authent. † &
tale iuramentum ante litem conteſtatam
dicitur iuramentum malitiæ, non autem
calumniæ, vt dixi ſupra capitul. primo, &
voluit Speculat. in dicto §. quarto, nume-
ro quinto, & ſeptimo, ac ſequent. Cyn. in
Authent. hoc ius noſtrum, poſt medium,
vbi dicit, ita tenere Canoniſtas, & Petr.

I nescire

neſcire differentiam inter hæc duo iuramenta, Socin. in rubr. numero decimoquarto,& in dicto capitul. inhærentes,numero decimoquinto, & decimoſexto, de
29 iuramento calumniç. † Nec obſtat,cap.final.in fin.de iuramento calumn. in ſexto, in quo habetur, quod in quacunque parte iudicij iuramentum calumniæ exigi poteſt & ante, & poſt litem conteſtatam, quia reſpondetur, vt poſui ſupra capitul.
30 primo. † Et ſi admitteretur opinio Cyn.in dicta l.ſecunda,numero nono,quod exigi poſſit hoc iuramentum ante litem conteſtatam, & eo ſic præſtito, quod poſſit exigi etiam poſt litem conteſtatam, iuraretur bis in eadem cauſa, & inſtantia, quod vtique concedendum non eſt per ea, quæ poſui ſupra capitul. nono,numero primo.
31 † Dictus inſuper Speculat. dicto §. quarto, numero quarto, in fin. tradit, quod in ſpecie iuratur de calumnia ante litem conteſtatam,quando conteſtatio litis neceſſaria non eſt. Quæ opinio Speculat.in dicto caſu particulari (eius pace dictum ſit) inſulſa videtur, ex quo, ſi conteſtatio litis non eſt neceſſaria, non poteſt dici hoc iuramentum præſtari ante conteſtationem litis, quia illa dictio, *Ante*, denotat conteſtationem ſubſequuturam, de cuius dictionis ſignificatione vide, quæ ſubtiliter tradit Fænut.de momento tempor. capit. decimo, numero vndecimo, & ſequent. Niſi ſaluari eius opinionem dicamus, & quod procedat dum litis conteſtatio de iure neceſſaria non erat, de facto autem fuit
32 conteſtata lis. † Alium quoque caſum ex aliorum ſententia pro notabili tradit Socin.in dicto capitul.inhærentes, numero decimooctauo, in quo de calumnia iuratur ante litis conteſtationem, quando ſcilicet ante litem conteſtatam conſtituitur procurator, & in conſtitutione talis procuratoris dominus iurat de calumnia: & declarat Socin. id procedere, quando poſt litem conteſtatam petitum non eſſet iuramentum de calumnia. Ex qua declaratione liquet vanam eſſe declarationem prædictam, cum ſi non petatur non ſit
33 neceſſarium iuramentum calumniæ. † Secunda opinio fuit aliorum tenentium tale iuramentum præſtandũ eſſe facta conteſtatione litis, & eam tradit Gloſ. in dicta l. ſecunda, §. ſin autem abſfuerint, in verbo, licentiam, in princip. C. de iureiurando propter calumniam, & ibid. Cyn. numero tertio, verſic. dico quod demus, Maranta in Speculo, par.ſexta, in ſecunda iudicij parte, in tit.de iuramento, actu primo, numero primo, Speculat.in tit.de iuramento calumniæ, numero ſecundo, text.in dicta l.ſecunda, circa medium, & ibi Gloſ.in verbo,narrationem, Bald.ibidem, numero ſecundo, Paul. de Caſtro, numero tertio, Andr. Gaillaula Practic. obſeruatio. libro primo,obſeruatione 85. numero primo, Marian.Socin.in dicta rubrica, de iuramento calumniæ, numero decimoquarto, & in dicto capitul. inhærentes, numero decimoquinto, vbi dicit hanc eſſe regulam, & in capitul. cum in cauſa, numero 49. verſicul. ſecunda cauſa, & in capit.cum cauſam, numero quarto,verſicul.octauo noto. eod.tit. Barthol. in dicta l.ſecunda, numero tertio, & decimoſeptimo,C.de iureiurando propter calumniam, Panormitan.in dicto capitul.inhærentes,numero quarto, & in capit.cum in cauſa,numero decimotertio,& decimo quarto,de iuramento calumniç. Quomodo autem fiat litis conteſtatio, ponam infra capitul. 15. vbi de tertio veniente, vel vocato ad cauſam, loquar in declaratione
34 decimaquarta. † Quæ ſecunda opinio eſt amplectenda pro firma noſtra concluſio-
35 ne,& regula. † Quam tamen declarãdam puto, vt procedat, ſiue lis ſit cõteſtata vere, vel ficte per contumaciam tum nominantis dominum in iudicio, tum etiam nominati, dum ageretur ſecũdum formam, capit.quoniam,§.quod ſi, vt lite non conteſtata,ex Socin.in dicto capitul.inhærentes, numero decimoſeptimo, vbi dat rationem, quia tunc habetur pro confeſſo, facit Speculat. in rubrica, de iuramento
36 calumniæ,numero quarto,in princip. † Et poſt litem conteſtatam præſtari poteſt in quacunque iudicij parte, Paul. de Caſtr. in dicta l. ſecunda, numero tertio, Lallus ſuper Conſtitut. Regni,in rubr.de proceſſu iudicis, numero ſecundo, Ioannes de Arnono in ſua Practic. iudiciaria, cap.40.
37 † Quia non eſt de ſubſtantia iudicij, vt ſtatim lite conteſtata, & in princ. litis in continenti præſtetur, Paul. de Caſtr. in dicta l.ſecunda,numero tertio, Socin.dicto numero 17. maximè de iure canonico per

38 cap.primo, de iuramento calumniæ.† Nec obſtat tex.in dicta l.ſecunda, §. primo, & §.ſed prædictum ſacramentum, C.de iureiurando propter calumniam, Ioannes de Arnono dicto cap.40 Marian. Socin. in dicta rubr.de iuramento calumniæ, numero duodecimo, & decimoquarto, vbi
39 videtur in princip.litis iurandum.† Immo, quod videatur iurandum in principio in continenti, iuxta Gloſ.in dicto §.ſed prædictum ſacramentum, in verbo, in primordio, & in capitul.in appellationis cauſa, §. primo, de iuramento calumniæ, in ſexto, & Gloſ. final. in capitul. ex literis, in verbo, dubitatio huius, de iureiurando, & Socin. in dicto capitul. inhærentes, extra, eodem titulo, Speculator.in titulo de iuramento calumniæ, in princi-
40 pio. † Et ſis dicatur incipere à conteſtatione litis, Socinus Sen. conſil. ducenteſimoquadrageſimoquarto, nume.duodecimo, in princip. volum. Ruin. conſ.150. numero vigeſimo, libro quinto, Barbat. conſi.12.numero ſecundo, lib.tertio, Maranta in Speculo in quinta part.princ. nu-
41 mero 64. † Quia intelliguntur dicta iura, ſi tale iuramentum petatur, vt dixi ſupra capitul. ſeptimo, & ſic iſtud iuramentum præſtandum erit in principio litis, & in principio in continenti, ſi in principio, &
42 in principio in continenti petatur. † Nec vitiatur proceſſus, ſi diu poſt litem conteſtatam iuretur Specul.in dicto titul. §.primo, numero decimo, in fine. Quod declarandum duco, vt procedat, dummodo inter petitionem, & præſtationem alij actus
43 non interceſſerint. † Non tamen ſemper eſt neceſſe expectare, quod tale iuramentum petatur à parte aduerſa, quia præſtari poterit nemine petente, neque petente iudice, neque petente parte aduerſa, vt voluit Socin.in dicto capitul.inhærentes, numero decimooctauo, & in capit.in pertractandis, numero 53. de iuramento calumniæ. Vbi quamuis dicat, ſe de hoc valde dubitare, tamen aſſerit eſſe cautelam, vt præſtetur hoc iuramentum etiam nemine petente; Ne occultè pars aduerſa petijſſet tale iuramentum, & ipſe iurans neſciret, & hanc cautelam dicit ſe elicuiſ-
44 ſe ex Matheſil.† Sed notandum eſt, quod dum tale iuramentum præſtatur nemine petente non erit pars ſubſtantialis iudicij; Quandocunque autem petitio partis aduerſæ ſubſequeretur, retrotrahitur dicta petitio ad tempus iuramenti præſtiti, vel iuramentum trahitur ad tempus factæ petitionis, & ſic dicta petitio facit dictum iuramentum eſſe partem ſubſtantialem iudicij; Et quod iuramentum trahatur ad tempus petitionis, non autem quod petitio retrotrahatur, puto veriorem opinionem. Nec tenebitur ſic iurans iterum poſt petitionem iurare; nam ſufficit illa prima iuramenti præſtatio de calumnia ex poſt facto per ſuperuenientem petitionem, facta
45 pars ſubſtantialis iudicij. Et cum † ante petitionem talis iuramenti calumniæ præſtatio, non ſit pars ſubſtantialis ex iam dictis, remanet ſimplex iuramentum ſuper tota cauſa, & omnibus emergentibus, & obſeruandum eſt, ac ſi eſſet iuramentum calumniæ, Iuramentum enim, quod ſine ſalutis æternæ interitu ſeruari poteſt, eſt ſeruandum. Gherardus ſingular.nonageſimooctauo, numero tertio, Laudenſ. conſilio vigeſimoſexto, numero quinto, & conſil. quinquageſimoprimo, num. ſeptimo, Deci.conſil. ſexcenteſimo quinquageſimo quinto, num.decimotertio, Socin. regula ducenteſimaſexta, Rota Genuen.de mercatura deciſio. centeſimaoctaua, numero quin-
46 to. † Neque mirum eſt quod ante petitionem non ſit pars ſubſtantialis, & poſt petitionem fiat pars ſubſtantialis; nam eius iuramentum habet annexam conditionem, quatenus à parte petatur; Quoniam faciens actum obligat ſe legibus, de illo actu loquentibus, Cephalus conſil. trecenteſimo nonageſimo tertio, numero centeſimo ſeptuageſimo, libro tertio. Vnde iurando de calumnia ſubmiſit ſe iuribus de dicto iuramento loquentibus; Quæ iura cum intelligantur ſub conditione, Quatenus à parte petatur, vt dixi ſupra capitul.ſeptimo, ex conſuetudine interpretatiua legis, & illorum iuriu n, ita etiam debet eius iuramentum intelligi, & ſimiliter, ſi nulla pars petat iurari, & vtraque pars de calumnia iuret, non dicetur tale iuramentum pars ſubſtantialis, quia petitum non fuit, vt dixi.
47 † Et ſicut ſuperius in principio huius capitul. dixi petendum eſſe hoc iuramentum ante

ante ſententiam, & ante concluſionem in cauſa, & non poſt; ſic etiam dico circa præſtationem, quod ſcilicet ſit præſtandum ante ſententiam, & concluſionem in cauſa, Gloſ. final. in fin. in dicto capitul. ex literis, quæ Gloſ. eſt communiter approbata, teſte Curt. in l. admonendi, numero 75. ff. de iureiurando. Sequitur Grauat. ad Veſtr. dicto capitul. ſecundo, numero decimoquarto, circa medium, Roland. dicto conſil. 71. numero trigeſimoſecundo, Pariſius in additio. ad Barthol. in l. prima, in verbo, in omnibus, litera A, vbi refert id ex Alexand. C. de iureiurando propter calumniam, Anton. Franc. in Annotationibus, ad Panormitan. in capitul. inhærentes, numero quarto, in verbo, vitiatur, de iuramento ca-

48 lumniæ. † Iſtud autem, quod poſt concluſum in cauſa non poſſit præſtari hoc iuramentum, procedit in iudicijs plenarijs, & non in ſummarijs, quia in ſimilibus ſummarijs etiam ad inſtantiam partis poſt concluſum in cauſa præſtari poterit hoc iuramentum, Roland. dicto conſil. 71. numero trigeſimotertio, Cappell. Tholoſ. dicta deciſio. 108. & ibi Additio. vide quæ dicam ſuper hoc, infra capitul. decimonono, numero ſexto, & ſequen.

49 † Præterea poſt concluſum etiam in cauſa præſtari hoc iuramentum poterit, dum illud iudex ex officio petit, exigitque ad Bald. in l. prima, numero octauo, in fin. C. de iureiurando propter calumniam.

50 † Concluſio enim in cauſa ligat manus parti, & non iudici, cuius officium non conquieſcit poſt concluſionem in cauſa factam, Gaillaula Practica obſeruation. libro primo, obſeruatione 107. numero ſeptimo, pagina 190. columna 1. vbi dicit ita intelligi debere illam regulam, quod paria ſint concluſum eſſe in cauſa, & ſententiam eſſe latam, de qua ſupra nu-

51 mero nono. † Et terminus datus parti non concludit iudici in eo, quod poteſt etiam contradicentibus partibus facere, vt eſt exigere hoc iuramentum, Bald. in dicto

52 §. ſed quia veremur, numero primo. † Et licet prius eſſet petitum, & non præſtitum hoc iuramentum, ſi præſtetur poſt concluſum in cauſa, non ob id proceſſus retrofactus, erit nullus ſecūdum Roland. dicto conſil. 71. numero trigeſimoquar-to, Cappella Tholoſana dicta deciſ. 108.

53 † Subdere hic libet quæſtionem, quam de facto oriri vidi ſæpe in Tribunali Illuſtriſſimi Domini Auditoris Cameræ, quæ talis eſt. Titius agit contra Seium vigore inſtrumenti vallati obligatione Camerali pro contentis in dicto inſtrumento, vel via ordinaria pro alijs rebus contentis in monitorio, ſi excedit lis ſummam ſcutorum viginti, ſi verò non excedit dictam ſummam, pro rebus contentis in ſummaria petitione, iuxta facultates dicti Illuſtriſſimi Domini Auditoris, Seius cōparet, & petit de calumnia iurari, quam petitionem non attendens Titius, procedit ad vlteriora, producit iura, teſtes examinat, aliaque facit, quæ præſupponit neceſſaria ad obtinendum in cauſa non præſtito iuramento calumniæ petito, & poſt omnia completa vult iurare de calumnia; Ponamus, ſi agitur ordinariè poſt concluſum in cauſa, vel ſententiam latam, paria enim ſunt, vt dixi; Et ſi agitur exequutiuè poſt mandatum relaxatum; & poſt iuramentum ſic per eum præſtitum inſtat pro exequutione ſententiæ, ſeu mandati obtenti. Seius excipit de nullitate ſententiæ, & mandati, & ideo non eſſe exequenda. Titius replicat non eſ-

54 ſe nulla, quia iurauit de calumnia. † Pro Titio facit dicta deciſ. 108. Cappell. Tholoſ. & conſil. 71. numero trigeſimoquarto, Rolandi, in quibus habetur, quod etiam poſt concluſum in cauſa, poteſt de calumnia iuramentum præſtari petente iudice ex officio; & quamuis per prius eſſet à Seio petitum, & per Titium non præſtitum, non ex hoc dicetur proceſ-

55 ſus retrofactus nullus. † Facit etiam pro eodem Titio, quod iuramentum calumniæ reſpicit præterita, & futura ex Speculat. in titul. de iuramento calumniæ, §. primo, numero vndecimo, in principio, Ioannes Andr. in dicto titul. in additio. in §. iuramentum calumniæ, numero primo, in verbo, in iſto, & ſecundum alios, quos pro ſecunda opinione ab eo ibi relata, tradit Panormitan. in capitul. inhærentes, numero decimo, de iuramento calumniæ, & per ea, quæ dixi ſupra capitul. quinto, præſertim, in fin. & dicam infra capitul. decimoquarto, numero 166. & ſententiam Dom. Anton. relatam, per

Panormitanum in capitul. cum in cauſa,
numero decimonono, de iuramento ca-
lumniæ, & ſic retrotrahitur ad proceſſum
56 retro factum. † Pro Seio facit, quia iura-
mentum calumniæ non reſpicit præteri-
ta, ſed præſentia tantùm, & futura. Cyn.
in dicta l. ſecunda, numero vndecimo,
verſicul. dico, quod debet, facit Gloſ. in
capitul. vſura tertiam, in verbo, iuramen-
57 to, in princip. extra, de teſtibus. † Facit
etiam pro eodem Seio, quod ex quo pe-
tijt iurari de calumnia, & Titius non iu-
rauit, proceſſus, & ſententia, ſeu decre-
tum ſunt nulla, & nulla ipſo iure, per ea,
quæ tradidi ſupra capitul. ſeptimo. Et pro
vtraque parte faciunt plura, quæ breui-
tatis gratia omitto, & præſertim etiam,
quia ſoluuntur ex ijs, quæ dicam in re-
ſolutione dubij huius, quæ eſt, quod ſen-
tentia, & decretum ſunt nulla, & ſunt
nulla ipſo iure, & ideo non exequenda.
58 † Quia iuramentum calumniæ ſi petatur
à parte, & præſtetur præſeruat à nullita-
te incurrenda, & prout nullitas eſt in fie-
ri, & non ſanat nullitatem iam incurſam
ipſo iure; & prout nullitas eſt in facto eſ-
59 ſe. † Ad dictum Speculat. in dicto nu-
mero vndecimo, & Ioannis Andr. in lo-
co ſupra vltimo citato dico, quod pro-
cedere poſſent, quando tale iuramentum
præſtaretur, & non eſſet petitum, quo
caſu non eſt de ſubſtantia iudicij, vt ſu-
pra dixi; & ſi dicere velimus, quod pro-
cedat in iuramento petito, dico quod non
procedit in iuramento petito à parte, ſed
quando iuramentum eſt petitum ex offi-
cio à iudice, quia tunc non eſt de ſub-
ſtantia iudicij, vt dixi ſupra numero vi-
geſimo. Et quando etiam intelligere ve-
limus, quod procedat in iuramento pe-
tito ab ipſamet parte, dico, quod non
procedet, quando inter petitionem di-
cti iuramenti factam à Seio, & præſta-
tionem eiuſdem iuramẽti à Titio factam
interceſſiſſent aliqui actus ipſo iure nulli,
qui actus ipſo iure nulli non ſanantur per
ſubſequens iuramentum, ſed procedet,
quando inter petitionem, & præſtatio-
nem iuramenti non eſſent aliqui actus nul
li ipſo iure; Vel poſtremo dicere poſſu-
mus, & quidem melius quod iuramen-
tum calumniæ reſpicit præterita etiam,
quoad effectum dumtaxat comprehen-
dendi in ſe omnia capitula expreſſa, ſu-
pra capitulo ſecundo, & quoad extenſio-
nem illorum etiam ad præterita, & quod
ea in præteritis etiam obſeruauerit, non
autem quoad effectum ſanandi nullitates,
vt dixi. Alias ſequeretur maximum ab-
ſurdum inter alia, quod, ſcilicet quilibet
poſſet defatigare aduerſarios litigantes
impenſis, & differre iuramentum ad ex-
tremam iudicij partem, & ſic protrahe-
re in longum iuramentum calumniæ, quod
neque per ſtatutum fieri poteſt, vt dicam
60 infra capitul. decimotertio. † Ad deciſio.
108. Cappell. Tholoſan. dicitur, quod vi-
detur ſibi ipſi non conſtare, in princip. e-
nim videtur tractare de iuramento à par-
te petito, & ſic de iuramento, quod eſt
pars ſubſtantialis, in fine autem de iura-
mento petito à iudice, quod non eſt pars
ſubſtantialis, vt dixi ſupra in præſenti ca-
pitul. & capitul. ſeptimo, & ſic mutat ter-
minos. Prætetea quando etiam loque-
retur in iuramento à parte petito, cum in-
nuere videatur, quod poſt concluſum in
cauſa fuerit iterum petitum, ſi talis peti-
tio poſt concluſum fuit à parte facta, pro-
ut fieri non poſſe credo ex iam dictis, per
talem nouam petitionem videtur remiſ-
ſa mora incurſa per præcedentem peti-
61 tionem. † Per interpellationem ſiquidem
ſubſequentem videtur remiſſa mora præ-
cedens. Alexand. conſil. 75. numero ſe-
ptimo, libro ſeptimo, Ruin. conſil. 110.
numero quarto, libro primo, Aymo con-
ſil. 106. numero tertio, Cephal. conſ. 221.
numero decimo octauo, libro ſecundo.
62 † Vltimo ad eandem deciſio. 108. & con-
ſil. 71. Roland. dicitur, quod ſi in eis lo-
quuntur de iuramento petito à parte an-
te concluſum in cauſa, non ſubſiſtunt, ex
quo ſi petatur tale iuramentum, eſt pars
ſubſtãtialis iudicij, & omiſſum vitiat pro-
ceſſum, & ſententiam ipſo iure; Et ſi
intelligunt de iuramento præſtito ad par-
tis petitionem factam poſt concluſum in
63 cauſa, videntur vana, ex quo † concluſio
cauſæ ligat manus partis, iudici autem
relinquit liberas habenas, vt dixi ſupra,
& tradit late Gaillaula Practic. obſerua-
tio. libro primo, obſeruatione 107. & 108.
vbi habes multa de concluſione. Et nul-
latenus pars poſt concluſum petere po-
64 teſt de calumnia iurari. † Si vero dicta iu-

ra loquuntur de iudicis petitione poſt conclusum in cauſa, tunc certe dicent verum, quod petere poteſt iudex poſt concluſum in cauſa iurari de calumnia ex prædictis; ſed quod præſtatio iuramenti ad talem iudicis petitionem faciat, vt proceſſus retroſactus poſt partis petitionem, & non præſtationem non ſit nullus, credo vera non eſſe, ex quo iuramentum præſtitum ad petitionem iudicis non eſt pars ſubſtantialis iudicij, ſed præſtitum ad petitionem partis, vt ſupra hoc eodem capi-
65 tul. & capitul. ſeptimo dixi. † Nec prædictis obſtat Curt. in dicta l. ſecunda, §. quod ſi actor, numero quinto, C. de iureiurando propter calumniam, cuius repetitio eſt in primo volumine Tractatuum, vbi ipſe dicit, poſt concluſum in cauſa poſſe purgari moram; Nam quamuis poſſet purgari mora, non ex hoc validatur proceſſus retro factus, vt dicam in-
66 fra capitul. decimoquarto. † Et dum tetigi ſupra, An iuramentum calumniæ extendatur ad præterita, non eſt quæſtio modici præiudicij, vt placuit Panormitan. in dicto capitul. inhærentes, & Socin. in dicto capitul. cum in cauſa. Nam quando inter petitionem iuramenti, & illius præſtationem interceſſerunt actus nulli ipſo iure, eſt quæſtio magni præiudicij; Et eorum opinio procedere poſſet, quando inter petitionem, & præſtationem talis iuramenti non interceſſerunt aliqui actus nulli. Nec Panormit. ratio ibi reddita, quod ex quo lex mandat iurari poſt litem conteſtatam, non extenditur ad præterita, vbi eum videas ſuper hoc, mihi ſatisfacit; Quia dico extendi ad præterita hoc eſt ad ea, quæ poſt litis conteſtationem precefferunt iuramenti præſtationem; multa enim poſt litis conteſtationem precedere poſſent noſtrum iuramentum, & in hoc à Panormitan. diſſentio, & ſto pro ſecundo dicto ibi ab eo relato, Et quamuis ipſe Panormitan. ibi dicat, prout etiam alij dixerunt, quod verba textus in dicta l. ſecunda, in verbo, *Mouiſſe*, debeant intelligi, & interpretari, id eſt, *Mouere*, id non probo, Cum nullo iure corroboretur; & Imperator non ſolum voluerit proſpicere in futurum, verum etiam in præteritum in ijs, quæ præceſſerunt iuramentum calumniæ poſt litem tamen conteſtatam; aliàs vna pars iudicij poſſet eſſe calumnioſa, & alia non calumnioſa. Præſertim etiam moueor ad hoc ex verbis Imperatoris ibi, dum vult iurari de calumnia, Vt iudicium ſine ſuſpicione procedat; quod verbum, *Iudicium*, debet intelligi perfectum, & integrum iudicium, & in omnibus partibus eius ſubſtantialibus, & integralibus, vt ſunt litis conteſtatio, & alij termini ſubſtantiales, alioquin non diceretur iudicium, ſed pars iudicij.

SVMMARIVM.

1 *Terminus, ſeu dilatio ad deliberandum concedi debet iurare debenti de calumnia, ſecundum Barthol.*
2 *Contrarium, & quod talis terminus, & dilatio non ſit concedenda, idq; tenent omnes, & num. 4.*
3 *Ratio huius contrarij ex Marian. Socin.*
5 *Opinio Barthol. præmiſſa, quomodo poſſet ſaluari, & num. 6.*
7 *Terminus eſt indulgendus ad deliberandum ſuper tali iuramento, quando ſuperueniſſet cauſa, propter quam veroſimiliter debens reſpondere, poſſet dubitare.*
8 *Terminus prædictus concedendus eſt, quãdo aliquis qui iurare tenebatur reſpondiſſet libello, & deinde iuramentum peteretur ab eius hærede, vel procuratore.*
9 *Terminus prædictus conceditur reo, quando procurator litem eſt conteſtatus.*
10 *Terminus prædictus an cõcedi debeat procuratori, eſt iudici arbitrarium, ſecundum Socin.*
11 *Opinio prædicta Socin. relinquit iudicibus nimis liberas habenas.*
12 *Opinio prædicta Socini, limitatur primo in Procuratore in rem ſuam.*
13 *Terminus, ſeu dilatio ad deliberandum, ſi non conceditur principali, ita nec cõcedi debet Procuratori in rem ſuam.*
14 *Procurator in rem ſuam dicitur principalis.*
15 *Opinio Socin. præmiſſa, limitatur ſecundo in procuratore actoris, qui procurator libellum porrexit, & in procuratore rei, qui libello reſpondit, & ſic litem conteſtati ſunt.*

16 Opinio

26 *Opinio præmiſſa Socin. tertio limitatur in procuratore, qui non allegat, & ſaltim ſummarie probat in actis cauſam, ob quam iudex concedere debeat talem terminum.*

27 *Iudex debet iudicare ex his, quæ acta ſunt in iudicio.*

Et ſecundum actitata, & probata.

28 *Procuratori petenti terminum ad conſulendum Dominum, quando concedi debeat, ſi monitus ſit reſpondere poſitionibus.*

29 *Argumentum à contrario ſenſu, validum eſt in doctrinis Doctorum.*

30 *Procuratori petenti inducias ad certiorandum Dominum, ſi eſt monitus reſpondere poſitionibus, quomodo concedantur.*

31 *Poſitionum copia an ſit concedenda repetenti, & quando.*

32 *Procuratori quando concedi non debeat terminus ad deliberandum ſuper iuramento calumniæ.*

Terminus, ſeu dilatio ad deliberandum, an concedi debeat debenti de calumnia iurare.

Cap. XI.

1 DVAE † fuerunt opiniones circa hanc rubricam, altera affirmatiua, quæ eſt Barthol. in l. iuſiurādum, & ad pecunias, §. primo, numero quarto,
2 ff. de iureiurando. † Altera fuit negatiua contra Barthol. ſequuta à Socino, regula 208. Ad quam conferunt Speculat. in titul. de iuramento calumniæ, §. primo, numero duodecimo, verſicul. quarto, quia de illo, & §. quinto, numero decimo, verſicul. ergo de calumnia, Gloſ. in capitul. cum cauſam, in verbo, per procuratorem, verſicul. ſed cum iuramentum calumniæ, de iuramento calumniæ, Cyn. in l. ſecunda, numero octauo, & ibidem Alberic. numero tertio, licet contrariam ſententiam ipſe probet, & ibi dat rationem ſuæ opinionis; dicit tamen Modernos ſui temporis ita tenuiſſe, & contra ſuam opinionem, C. eodem titulo, Marian. Socin. in dicto capitul. cum cauſam, numero octauo, verſicul. primo caſu, vbi id late diſcutit. Panormitan. in capitul. literas, numero decimo, verſicul. quarta quia, de iuramento calumniæ, & in dicto capit. cum cauſam, numero ſexto, verſicul. primo ca-
3 ſu, † Et rationem reddunt Socin. dicto numero octauo, in fin. & Panormitan. dicto verſicul. primo caſu, quæ eſt, Quod iurare debens ſatis dicitur habuiſſe terminum ad deliberandum ſuper iuramento de calumnia præſtando, quando actor porrexit libellum, & reus illi reſpondit, & ſic li-
4 tem ſunt conteſtati. † Quæ negatiua opinio tanquam ab omnibus ſequuta tenenda eſt, & conſtituenda eſt regula, quod iurare debenti, non ſit indulgendus terminus ad deliberandum ſuper iuramento calumniæ præſtando, non obſtante do-
5 ctrina Bartholi in loco præcitato. † Quæ doctrina forte ſaluari poſſet, quod procedat in iuramento calumniæ non proprio, & vniuerſaliter in tota cauſa præſtito, ſed in iuramento calumniæ improprio, & particulari ſuper quolibet articulo, & emergenti particulari, vt videtur innuere Socin. in dicto capitul. cum cauſam, dicto numero octauo; Quod potius dicitur iuramentum malitiæ, ſeu veritatis, vt dixi ſu-
6 pra capitul. primo. † Vel quod procedat de iure antiquo, per quod pluries iurabatur, vt idemmet Barthol. tradit in dicta l. iuſiurandum, & ad pecunias, §. primo, numero decimo, & dixi ſupra cap. 9. num. 9.
7 & alibi ſparſim. † Fallit tamen dicta principalis regula, & concluſio Primo, quando ſuperueniſſet cauſa, propter quam veroſimiliter iurare debens dubitare poſſet, quia iſto caſu ei eſſet indulgendus terminus, & concedenda dilatio ad deliberandum ſuper iuramento calumniæ præſtando, Barthol. Socin. in dicta regula 208. in ſecunda fallentia, Marian. Socin. in dicto capitul. cum cauſam, dicto numero octauo, ante fin. Panormitan. ibidem, numero ſexto, dicto verſicul. primo caſu, vbi dant exemplum de hærede, qui reſpondit libello, & poſtea in arca paterna reperit inſtrumentum, per quod redditur per-
8 plexus, & dubitans ad iurandum. † Secundo fallit dicta regula, & concluſio,

quando

quando ille, qui tenebatur de calumnia
iurare reſpondiſſet libello, & deinde iu-
ramentum peteretur præſtari ab eius hæ-
rede, vel procuratore, Barthol. Socin. di-
cta regula 208. in prima fallentia. Facit
Marian. Socin. dicto numero octauo, Pa-
normitan. in dicto capitul. cum cauſam,
9 dicto verſicul. primo caſu. † Tertio fal-
lit dicta principalis regula, & concluſio,
Quando procurator reſpondiſſet libello,
& litem conteſtatus eſſet, quia iſto caſu
reo eſt indulgendus terminus, & danda
dilatio prædicta, Marian. Socin. in dicto
capitul. cum cauſam, dicto numero octa-
10 uo, ante fin. † An ſit concedendus talis
terminus procuratori eſt arbitrarium iu-
dici, vt poſt varia hinc inde deducta con-
cludit Socin. in dicto capitul. cum cau-
ſam, numero nono, in fin. Qui iudex con-
ſiderare poterit, an calumnioſe petatur
dilatio, & perpendere cauſam allegatam,
vel ſubſiſtentem, ſecundum quam cau-
ſam poterit concedere, vel denegare ta-
lem terminum, & dilationem, vt voluit
11 Socin. dicto numero nono, in fin. † Hæc
tamen opinio Socin. videtur relinquere
iudicibus nimis liberas habenas conce-
dendi talem dilationem, & terminum
procuratoribus, quia non omnes iudices
ſancti ſunt, vt cum iuſtitia, & æquitate
quærant alterum non lædere, ius ſuum
vnicuique tribuere, atque inuigilare, ne
ſimiles terminos, & dilationes concedant
anſas præbendo iniquis litigantibus, pro-
trahendi iudicia. Sunt etiam aliqui pro-
curatores ita aſtuti, vt pro habendis ſimi-
libus dilationibus, ſeu terminis merita
cauſæ iudicibus obnubilent, & eam qua-
dam hypocriſi ſub prætextu, quod non
ſint ſufficienter inſtructi, & ideo velint
melius à dominis certiorari, ne falſum iu-
rent, extorquent à iudicibus ſimiles ter-
12 minos, & dilationes. † Quare hanc So-
cin. opinionem pluries limitandam puto.
& Primo puto limitandam in procurato-
13 re in rem ſuam. † Quia ſicut principali
non conceditur talis dilatio, & terminus,
vt Socin. videtur concludere in dicto ca-
pitul. cum cauſam, dicto numero octauo,
& Panormitan. dicto numero ſexto, & ſu-
pra conſtituimus regulam, & concluſio-
nem. Ita videtur dicendum concedi non
debere tali procuratori in rem ſuam, cum
14 † talis procurator dicatur principalis, ad
Socin. in capitul. in pertractandis, nume-
ro vigeſimoquinto, de iuramento calum-
niæ. Maximè autem quoad vtiles actio-
15 nes. † Secundo puto limitandam prædi-
ctam opinionem, Socin. in procuratore
actoris, qui procurator libellum porrexiſ-
ſet, & in procuratore rei, qui procurator
libello reſpondiſſet, & ſic litem conteſta-
tus eſſet procurator, ſiue actoris, ſiue rei,
vt de reo tetigi ſupra numero nono. Quia
ille ante libelli oblationem, & iſte ante
reſponſionem debebat cogitare, & deli-
berare ſuper oblatione, & reſponſione
præmiſſis reſpectiuè, & conſequenter ſu-
per iuramento calumniæ deſuper præſtã-
16 do. † Tertio puto limitandam præfatam
opinionem Socini, vt locum non habeat
in procuratore, qui cauſam legitimam
non allegauit, & in actis ſaltim ſumma-
rie eam non probauit, propter quam iudex
moueri debeat ad talem dilationem, &
terminum concedendum. Si ex cauſa al-
legata, & probata, vt præmittitur, conij-
ciat dilationem, & terminum calumnio-
ſe non peti, concedere poterit; ſi autem
nihil probauerit ſaltim ſummariè, vt dixi,
de cauſa in actis, non puto concedendam
17 dilationem. † Iudex enim debet iudica-
re ex ijs, quæ in iudicio acta ſunt, text. in
l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. Præſid. &
ſecundum actitata, & probata, Dec. in l.
bonorum quidem, numero quadrageſi-
motertio, C. qui admitti, Diaz reg. 377.
& facit Decian. conſ. 50. libro tertio, Nat-
18 ta conſi. 276. numero tertio. † Solent Do-
ctores in tractanda præſenti materia, im-
miſcere materiam poſitionum latiſſimè;
Ego autem prædicta, quæ videntur ex-
tra materiam noſtri iuramenti, pro nunc
omitto, proponens non omnia, quæ Do-
ctores tradunt in materia poſitionum in
iſtis locis, ſed aliqua non omnino ſper-
nenda commodiori loco me tractaturũ,
infra videlicet capitul. decimoquarto, &
dico dumtaxat, quod ſi procurator ſit mo-
nitus à iudice reſpondere poſitionibus, &
ipſe petat dilationem ad conſulendum
dominum ſuum, dilatio eſt danda; ſi ea
quæ continentur in articulis, non concer-
nant id, ad quod conſtitutus eſt procura-
tor, vt per Veſtr. in Practic. libro quinto,
capit. decimoquarto, numero vndecimo.

Vnde ſi articuli concernant id, ad quod
conſtitutus eſt procurator, non dabitur
petita dilatio arguendo à contrario ſenſu.
19 † Quod argumentum à contrario ſenſu
validum eſt etiam in doctrinis Doctorũ,
vt innuere videtur Ioannes de Garroni-
bus in Authent. ex teſtamento, nume. 10.
ante fin. in verſic. ex quibus concludo, C.
de ſecundis nuptijs, quæ repetitio habe-
tur in Tracta. de ſecundis nuptijs, folio
mihi trigeſimonono. Et Viuius dicit hanc
communem libro primo, opinio. 71. nu-
20 mero decimo. † Dicit inſuper Lallus ſu-
per Conſtitut. Regni, libro ſecundo, ru-
bric. de proceſſu iudicis, numero vigeſi-
moprimo, folio mihi 602. quod procura-
tor à iudice monitus reſpondere poſitio-
nibus, ſi petat terminum ad conſulendum
dominum, conceduntur ei induciæ, cum
diſtinctione tamen, quod aut id, quod po-
nitur, pertinet ad negocium principale,
& tunc conceduntur induciæ, ſed reſar-
citis expenſis, quæ ob id fiunt; ſed ſi eſt
nouus articulus, qui præuideri non po-
tuit, non reficiet expenſas, & ratio red-
ditur per Lallum dicto numero vigeſimo-
primo. Ex quibus intelligi datur non diſ-
ſimilem conſiderationem, habendam in
concedenda dilatione, ſeu termino ad de-
liberandum ſuper noſtro iuramento. Prę
21 terea † ſicut poſitionum copia conceditur
reo, antequam reſpondeat poſitionibus.
Vt Veſtr. in Practic. dicto capitul. deci-
moquarto, numero nono, Curt. Iunior. in
l. ſecunda, C. de eden. vbi dicit id ſeruari
de conſuetudine; & fallit hæc concluſio,
quando poſitiones dependent ex facto
proprio, reſpondere debentis poſitioni-
bus, Grauat. in additio. ad Veſtr. vbi ſu-
pra proximè, litera H, in verbo, & pro-
pterea, numero trigeſimotertio, Alexand.
in dicta l. ſecunda, numero quarto, ver-
ſicul. quia etiam ſecundo fallit, & ibidem
Dec. numero vigeſimoſecundo. Ripa nu-
mero decimo, verſicul. eadem quoque
ratione, Curt. Iunior. teſtans de commu-
ni, dicto numero vndecimo, C. de eden.
22 † Sic etiam poteſt concludi non eſſe dan-
dam dilationem procuratori in hoc iura-
mento noſtro, dum petitur iuramentum
hoc ſuper facto proprio; præſertim cum
à procuratore petitur iuramentum calum
niæ in animam ipſius propriam, ſuper ca-
pitulis ſub iuramento calumniæ compre-
henſis, & ad procuratorem ſpectantibus,
prout cogi poſſe, dicam infra capitu. deci-
moſexto. Quo vltimo caſu nullo modo
concedi debet terminus, ſeu dilatio ad
deliberandum ſuper hoc noſtro iuramen
to præſtando.

SVMMARIVM.

1 *Doctores confundunt hos duos terminos omittere iuramentum calumniæ, & remittere iuramentum calumniæ.*

2 *Omittere iuramentum calumniæ, & remittere iuramentum calumniæ, quid ſit.*

3 *Iuramentum calumniæ, dupliciter ſolet remitti, tacite ſcilicet, & expreſſe.*

4 *Tacite quando remittitur iuramentum calumniæ.*

5 *Deferens iuramentum, quod ipſe prius iurare teneatur, intelligitur, ſi petatur.*

6 *Expreſſe quando remittatur iuramentum calumniæ.*

7 *Iuramentum calumniæ tacite omitti, ſeu remitti non poteſt, ſecundum aliquos.*

8 *Tacite remitti poteſt iuramentum calumniæ.*

9 *Tacite remitti poteſt iuramentum calumniæ, etiam parte præſente.*

10 *Proceſſus non vitiatur, ſi iuramentum calumniæ tacitè remittitur.*

11 *Sententia valebit, ſi iuramentum calumniæ tacitè remittatur.*

12 *Expreſſè non poteſt remitti iuramentum calumniæ.*

13 *Proceſſus eſſet nullus ſi expreſſe remitteretur.*

14 *Sententia eſſet nulla, ſi iuramentum calumniæ expreſſe remitteretur.*

15 *Ratio cur iuramentum calumniæ expreſſe non poſſit remitti.*

16 *Remiſſio expreſſa iuramenti calumniæ cõtinet turpe pactum.*

17 *Ratio potior, cur expreſſa remiſſio iuramenti calumniæ improbetur eſt, quia in expreſſa remiſſione lex eſt ſuſpicata contra litigantes.*

18 *Taciti, & expreſſi quod eadem ſit vis, quomodo procedat in iuramento calumniæ.*

19 *Pactum tacitum de non iurando de calumnia*

lumniæ inter partes, quomodo poſſit intelligi, de quo Alberic. in l. ſecunda, numero 26. C. de iureiurando propter calumniam.

20 *Iuramentum calumniæ ſtatutarium ſi tacitè omittatur, & à parte non petatur, non eſt neceſſario præſtandum, ſecundum Menoch. de arbitr. iudic. quaſt. 20. numero 6.7.*

Opin. Menochij prædicta reprobatur.

21 *Statutum ita eſt interpretandum, vt aliquid addat iuri communi, & fruſtratorium non ſit nihil operando.*

22 *Statutum nihil operaretur, ſi reciperet interpretationem, quod iuramentum calumniæ à ſe mandatum intelligatur, ſi petatur à parte.*

23 *Opin. Menoch. eo minus vera videretur, ſi ſtatutum cogeret præciſe partes ad iurandum de calumnia, & tale iuramentum calumniæ requireret pro forma.*

24 *Forma ſtatuti eſt ſeruanda, aliàs illa, quæ geruntur, ſunt nullius momenti.*

25 *Statutum requireret pro forma, quando in hoc iuramento ſtatutum conciperet verba per prius, aut poſterius.*

26 *Statutum requirit iuramentum calumniæ pro forma, quando illud requirit per ablatiuum abſolutum, vel poſt.*

27 *Ablatiui abſoluti reſoluuntur in conditionem.*

28 *Conditio inducit formam.*

29 *Iuramentum calumniæ non eſt de ſubſtantia iudicij, ſi petatur à iudice.*

Hoc non procedit in iuramento calumniæ requiſito per ſtatutum.

30 *Iuramentum calumniæ ſtatutarium ſi iudex poteſt exigere, illud debet exigere ante cõcluſum in cauſa, vt ſit pars ſubſtantialis iudicij.*

31 *Opin. Menoch. relata quando procedat.*

32 *Iuramentum calumniæ ſi altera tantùm pars expreſſe remittat, poterit non obſtante tali pacto petere iurari de calumnia.*

33 *Iuramentum calumniæ ſi vtraque pars expreſſe remitteret, non obſtante tali remiſſione poterit iudex cogere vtramque partem ad iurandum de calumnia.*

34 *Iuramentum calumniæ, nec de partium conſenſu poteſt remitti.*

35 *Pactum priuatorum ius publicum non poteſt immutare.*

36 *Iudex non poteſt etiam de conſenſu partium, remittere iuramentum calumniæ, cum ſit pars ſubſtantialis iudicij.*

37 *Quod extenditur etiam ad iuramentum Aduocati.*

38 *Conſenſus partium facit, vt aduerſa pars non cadat in pœnas impoſitas actori, & reo non iuranti; ſed non facit, vt iudex ſine eo poſſit ad vlteriora procedere.*

39 *Socin. doctrina in capitul. cæterum, numero decimo, de iuramento calumniæ diſſentitur.*

Iuramentum calumniæ, an per partes litigantes remitti poſſit. Cap. XII.

1 ALIQVI † iuris interpretes, dũ
hanc materiam
diſcutiũt, cõfun
dunt hos duos
terminos, videlicet,
omittere
iuramentum ca
lumniç, & remit
tere iuramentum calumniæ, & illis indif-
ferenter vtuntur; Tamen mihi videtur
2 magna inter illos differentia. † Nam di-
cendo ſimpliciter, omitto iuramentum
calumniæ, eſt dicere, omitto iuramen-
tum calumniæ per me præſtandum, & ſic
refertur ad actum explicãdum per illum,
qui omittit; Remittere autem iuramen-
tum calumniæ eſt, iuramentum calum-
niæ præſtandum non exigere, & illius
actus explicationem per alium fiendam
aduerſario condonare, & ſic refertur ad
actum per alium explicandum: Quæ dif-
ferentia recte intuenti non leuis videri
poterit, ſed quia fere omnes Doctores
vtuntur verbo iſto, *Remittere*, ego eo-
dem termino, vt magis frequenti vtar,
3 & circa hoc ſciendum eſt. † Quod dictum
iuramentum dupliciter remitti aduerſa-
rio litiganti poteſt, tacite ſcilicet, vel ex-
4 preſſe. † Et tacite quidem dicetur remit-
ti, ſeu potius, vt proprio verbo Socini
vtar,

vtar, quando vtraque pars litigans illud omittit, & non requirit, vt Marian. Socin. in capitul. cæterum, numero duodecimo, de iuramento calumniæ, Alex. in l. de pupillo, §. qui opus, numero ſecundo, ff. de nou. oper. nunciat. Nam quando vna pars omitteret, alia verò inſtaret præſtari, non diceretur omiſſum, ſed deberet præſtari, alias renuens præſtare incideret in pœnas recuſantis iurare exprimendas infra capitul. decimoquarto, & vigeſimoprimo, niſi ex cauſa legitima excuſaretur, vt Socin. dicto numero duodecimo, ſed hæc declaratio Socini ponit vnum caſum tantùm videlicet, Quando vtraque pars illud omittit, Adeſt tamen alius caſus, in quo tacite remiſſum, ſeu omiſſum dicetur, quando ſcilicet Titius exempli gratia poſtulat à Seio aduerſario præſtari iſtud iuramentum, Seius iurat, ſed non inſtat per Titium ſimiliter iurari de calumnia, quo caſu dicetur pro parte Seij tacite omiſſum, ſeu remiſſum iu-
5 ramentum calumniæ. † Nec obſtant ea, quæ dixi ſupra capitul. ſeptimo, numero trigeſimotertio, quod deferens ipſe prius iurare teneatur, quia id intelligitur, ſi petatur à parte aduerſa, vt dixi dicto capitul. ſeptimo, numero trigeſimoquarto, & colligitur ex Socino dicto numero duodecimo, vbi vult, quod renuens illud præſtare incidat in pœnas recuſantis iurare, quod vtique non debet intelligi de illa perſona, quæ iurare petit, ſed de illa perſona, per quam petitur præſtari iuramentum calumniæ: & ſi ab eo non peteretur iurari, non poterit dici, quod ipſe renuat iurare. Et ſic liquet ex prædictis dupliciter poſſe remitti, quando ſcilicet vtraque pars illud non petit, & quando altera pars tantum petit, altera verò
6 non. † Expreſſe autem dicitur remitti, quando per conuentionem, & pactum expreſſum id fiat, quod accidere dupliciter ſolet, vt ſupra dictum eſt de tacita remiſſione, quando ſcilicet vtraque pars illud adinuicē alteri parti remittit, & quando vna pars tantum alteri parti remittit: & intelligo de expreſſa remiſſione, ſiue
7 illa fiat palam, ſiue occultè. † His præmiſſis dico, tanti extimatum antiquitus fuiſſe hoc noſtrum iuramentum, in C. & Authent. tractatum, quod aliqui non leuis nominis authores tenuerunt, tacitè omitti, ſeu remitti non poſſe, vt tradit Marian. Socin. in capitul. Imperatorum, numero tertio, de iuramento calumniæ. Cuius ſententiæ fuit Azo. referente Gloſ. in l. ſecunda, in verbo, remitti, verſicul. ſed Azo dicit, C. de iureiurando propter calumniam quem alij pauci ſequuti ſunt, ſed exploſa dicta ſententia vnanimiter cæteri omnes Doctores tradiderunt,
8 † Quod hoc noſtrum iuramentum tacitè remitti (non vtar vlterius verbo omittere, tanquam minus vſitato, licet omittere dicendum duxerit Anton. Franc. in additio. ad Panormitan. in capitul. ſignificaſti, numero octauo, in verbo, ſibi iuraret, de iuramento calumniæ, ſed verbo remittere, tanquam magis frequentato) poſſit. Huius ſententiæ reperitur fuiſſe Gloſ. in Clementina ſæpe, §. citationem verò, in fin. in verbo, non excludit, de verborum ſignification. & in l. iuſiurandum, & ad pecunias, §. qui iuſiurandum, in verbo, exigatur, in primo notabili, in princip. ff. de iureiuran. & in dicta l. ſecunda, in dicto verbo, remitti, text. in capitul. primo, §. propter omiſſum, vbi Gloſ. prima, de iuramento calumniæ, in ſexto, Alberic. in dicta l. ſecunda, numero vigeſimoſexto, verſicul. quærit Gloſ. & ibidem Bald. numero ſexto, vbi dicit id tenere omnes, & ibi loquitur per verbum, *omittere*, Dec. in capitul. iurauit, numero vigeſimoquinto, de probationibus, & in l. expreſſa nocent, reg. 155. numero tertio, ff. de regulis iuris, Franciſcus Curt. in l. edita, numero 76. C. de eden. Ferrar. cautela duodecima, numero primo, Addent. ad Mathesil. ſingular. 64. incipien. nota aliam cautelam, verſicul. tacitè autem, Marania in Speculo par. 6. in ſecunda iudicij parte, actu primo, numero ſecundo, in titul. de iuramento, Veſtr. in Practica, libro tertio, capitul. ſecundo, numero tertio, vbi Grauat. in additio. litera F, in verbo, & ſi pars, numero vndecimo, Andr. Gaillaula Practica. obſeruation. libro primo, obſeruatione 101. numero quarto, pagina 176. columna ſecunda, Ioannes de Arnono in Pract. iudiciaria, capitul. 40. Vant. in tracta. de nullitat. in tit. de nullit. ex defect. proceſſ. numero vigeſimoprimo, Menoch. de arbitr. iudic. libro primo,

quæ-

quæſtio. vigeſima, numero quinto, Mantua conſil. 143. numero 56. Barbat. conſil. 49. numero 7. volumine 3. Afflict. deciſio. 283. numero 7. in fin. Crot. conſil. 399. numero 58. libro tertio, Viuius libro primo, opin. 258. numero quinto, Lanfrancus in cap. quoniam contra, in princip. de probationibus, Marian. Socin. in cap. inhærentes, numero 18. in fin. & in cap. in pertractandis, numero 29. in fin. & in cap. cæterum, numero decimo, de iuramento calumniæ, vbi ex aliorum ſententia tradit cautelam decipiendi aduerſarium dicendo expreſſe dicto aduerſario in actis, *Ego tibi remitto iuramentum calumniæ.* Et quod ſic proceſſus caderet, ſed ipſe improbat hanc cautelam, immo potius modum ligandi animas litigantium, & ducendi ad infernale baratrum. Idem dicit in capitul. Imperatorum, numero tertio, eodem titulo, vbi aſſerit quod licet antiquitus aliqui dubitauerint, an iſtud iuramentum tacite remitti poſſet, hodie tamen eſt expeditum, quod ſcilicet remitti poſſit, Bartholus in dicta l. ſecunda, §. ſed quia veremur, numero ſecundo, Zacharias in Annotationibus ad Panormitanum in dicto capitul. inhærentes, numero quarto, in verbo, vitiatur, de iuramento calumniæ, Alexand. in dicto §. qui o-
9 pus, dicto numero ſecundo. † Et tacite remitti poteſt etiam parte præſente, ad Panormitan. in capitul. cæterum, numero octauo, in princip. de iuramento calumniæ, Socin in dicto capitul. in pertractandis, dicto numero vigeſimonono. Atque
10 † ſic tacitè remiſſo hoc iuramento non vitiabitur proceſſus, Socin. in capitul. cum cauſam, numero quarto, verſicul. octauo noto, de iuramento calumniæ, Andr. Gail laula in tracta. de pace publica, libro primo, capitul. vndecimo, numero decimo,
11 pagina 49. columna ſecunda. † Sententiaque valebit, Lallus in Conſtitutio. Regni Siciliæ, libro ſecundo, rubric. de proceſſu iudicis, numero primo, Gloſ. in dicta l. ſecunda, in dicto verbo, remitti, in princip. vbi dicit iſto caſu eſſe appellandum, ideo
12 eam vide. † Expreſſe autem nequaquam hoc iuramentum remitti poteſt, Gloſ. in dicto §. qui iuſiurandum, in verbo, exigatur, verſicul. nec obſtat, & in l. prima, §. primo, in verbo, ſententia valebit, poſt medium, ff. de ferijs, & in l. de pupillo, §. qui opus, in verbo, exigatur, & ibidem Gloſella Marginalis, ff. de nou. oper. nunciatio. & in dicto capitul. primo, in verbo, tacitè, de iuramento calumniæ, in ſexto, Gloſ. fin. circa medium, in l. pactum inter hæredem, ff. de pactis, Marian. Socin. in dicto capitul. cæterum, numero decimo, text. in dicta l. ſecunda, §. ſed quia veremur, Bald. in eadem l. ſecunda, numero ſexto, vbi intelligi debet de expreſſa remiſſione, & in dicto §. ſed quia veremur, in princip. vbi dat rationem, quæ eſt, quia eſt introductum ob vtilitatem publicam, Alberic. in dicta l. ſecunda, numero vigeſimoſexto, Dec. in dicto capit. iurauit, dicto numero 25. & in dicta l. expreſſa, numero tertio, Franciſcus Curt. in dicta l. edita, numero 76. Crot. dicto conſil. 399. numero 58. Arnonus dicto cap. 40. Gaill. dicta obſeru. 101. numero 4. vbi dat eandem rationem, quam ſupra reddidit Bal. idem voluerunt Barthol. Socin. reg. 209. in tertia fallentia, Petr. Vanderan. in Practic. libro tertio, cap. ſecundo, verſic. enim vero, Maranta in Speculo dicta ſecunda par. iudicij, dicto numero ſecundo, in tit. de iuramento, Grauat. ad Veſtr. in dicto verbo, & ſi pars, numero vndecimo, Mattheſil. dicto ſingul. 64. verſicul. quod iuramentum, Marſil. ſingul. 251. Panormitan. in capit. cum in cauſa, numero 20. de iura-
13 mento calumniæ. † Et ſi expreſſe remitteretur, eſſet nullus proceſſus, Gloſ. 1. circa medium, in dicto cap. 1. §. propter omiſ-
14 ſum, de iuram. calum. in 6. † Et eſſet nulla ſententia, Lallus in d. rubr. de proceſſu iu-
15 dicis, nume. 1. † Ratio autem cur expreſſe non poſſit remitti hoc iuramentū eſt, quia concernit non ſolum vtilitatem partis, ſed etiam vtilitatem publicam, vt ex Bal. in §. ſed quia veremur, & Gaill. d. obſeru. 101. num. 4. proxime dixi, & tradidi etiam c. 3. & 4. ſupra. Et reſpicit etiam commoditatem iudicis, ne ſcilicet fruſtra defatigetur,
16 & in infinitum lites multiplicentur. † Vltra quod talis expreſſa remiſſio cōtineret turpe pactum, & ideo improbatur, vt per Socin. in d. cap. cæterum, nume. 11. in quo capit. idem Socin. reddit præmiſſas, & alias quamplures rationes, cur expreſſe remit-
17 ti nequeat iſtud iuramentum. † Sed principalis, & potior ratio, cur improbetur

remiſſio expreſſa noſtri iuramenti, & non
tacita eſt, quia in expreſſa remiſſione lex
ſuſpicata eſt contra litigantes, dum ex-
preſſe ſit remiſſio, quod non fecit, dum
tacita remiſſio ſit, ſicut habetur in dicta
18 l. ſecunda, §. ſed quia veremur. † Nec
refert, quod taciti, & expreſſi eadem
ſit vis, & par virtus ad Alciat. conſil. 8 r.
numero tertio, tomo ſecundo, libro ſex-
to. Quia hæc regula non habet locum
in caſu noſtro cum lex in expreſſa remiſ-
ſione ſuſpicata ſit, quod in tacita non
fecit, vt dixi, & ſic non militat eadem
ratio in vtroque caſu. Et ad prædictam
regulam reſpondet etiam Socin. in dicto
19 capitul. cæterum, numero decimo. † Et
ad hoc propoſitum cogitandum, ac per-
pendendum duco id, quod Alberic. in di-
cta l. ſecunda, numero vigeſimo ſexto,
verſicul. ſed an, dicit, Nec pacto tacito
partium poſſe induci, vt non iuretur de
calumnia; & quid ſibi dictus Albericus
velit. Et an intelligat quod pactum ſit ex-
preſſum extraiudicialiter, iudicialiter autẽ
tacitum, quod ſubſequitur illi extraiu-
diciali expreſſo; Vel quod dictum pa-
ctum tacitum oriatur ex natura cauſæ,
quod eſſe non poteſt, quia in omnibus
cauſis de calumnia iuratur, vt dicam
infra capitul. decimonono, exceptis cau-
ſis exprimendis, infra capitul. vigeſimo.
Et ſi intelligeret pactum tacitum de non
iurando adeſſe in cauſis exprimendis, di-
cto capitul. vigeſimo, eius opinio falſa eſ-
ſet, dum dicit tali pacto tacito ex natura
cauſæ orto non poſſe remitti, explodere-
tur enim eius opinio, per ea quæ addu-
centur, dicto capitul. vigeſimo. Vel quod
intelligat tacitum pactum eſſe, cum non
petitur iurari de calumnia, & ſic taci-
te remittitur, ſeu omittitur; quo caſu e-
tiam eius opinio non poſſet ſubſtineri,
cum tacite omitti, ſeu remitti poſſit, per
ea, quæ ſupra late tradidi. Et hæc de
iuramento calumniæ in iudicijs requiſi-
to de iure communi dicta ſint. Rema-
net videre, quid dicendum ſit de iura-
mento requiſito ex forma ſtatutorum
de calumnia, in quo difficultas aliqua
20 reperitur, an tacite remitti poſſit. † Nam
Menoch. de arbitr. iudic. dicta quæſtio-
ne vigeſima, numero ſexto, & ſeptimo,
dicit, quod ſi tacite omittatur, & à par-
te non petatur, non eſt neceſſario præ-
ſtandum, & quod ſtatutum requirens iu-
rari de calumnia interpretatur, ſi peta-
tur à parte, vt dixi ſupra capitul. ſepti-
mo, & ex his elicitur, quod ſi non pe-
tatur, tacitè remitti poſſit. Quæ Me-
noch. opinio (ſalua tanti viri pace) mi-
21 hi non videtur vera. † Quia ſtatutum
ita eſt interpretandum, vt aliquid ad-
dat iuri communi, & fruſtratorium non
ſit nihil operando, Aymo. conſil. 201.
numero decimo tertio, Caſſad. deciſio.
tertia, numero decimoſexto, de locat. Sed
22 † ſi iſtud iuramentum calumniæ à iure
municipali mandatum tacite omitti, ſeu
remitti poſſet, & reciperet interpretatio-
nem dictum ſtatutum, quod locum ſibi
vendicaret, ſi peteretur à parte tale iu-
ramentum, & tunc tantùm præſtari de-
beret, dictum ſtatutum eſſet fruſtrato-
rium, & nihil adderet iuri communi, quod
eandem recipit interpretationem, vt di-
23 xi ſupra capitul. ſeptimo. † Eoque mi-
nus vera eſſet opinio Menoch. loco præ-
citato, quando ſtatutum cogeret præci-
sè litigantes ad tale iuramentum, & il-
lud pro forma iudiciali traderet, Quia
tunc etiam ſi pars non peteret iurari eſ-
ſet præſtandum, & omitti, nec remitti
tacite poſſet, Rota in vna Romana pe-
cuniaria, Die Veneris, quarto Iunij
1593. coram R. P. D. Orano, vbi loqui-
tur in ſtatuto Vrbis, & dicit actum vitia-
24 ri ipſo iure. † Forma enim ſtatuti ſeruan-
da eſt, aliàs illa, quæ geruntur nullius
momenti ſunt. Tiraquellus in l. ſi vn-
quam, ſuper verbo, reuertatur, nume-
ro ſexageſimo ſeptimo, C. de reuocan.
donation. Rota vbi ſupra proxime, co-
25 ram R. P. D. Orano. † Præſertim, aut
requireret ſtatutum hoc iuramentum pro
forma, quando ſtatutum conciperet ver-
ba per prius, aut poſterius, & manda-
ret hoc iuramentum præſtari, antequàm
aliquis actus fieret, vel poſtquàm ali-
quis actus eſſet factus. Statutum enim
mandans aliquid fieri per prius, aut po-
ſterius inducit formam, Caputaquenſ.
deciſio. centeſima ſeptuageſima quinta,
ſeu tertia, numero tertio, parte ſecunda,
26 in verbo, literæ. † Idem dicendum puto,
quando ſtatutum requireret iuramentum
calumniæ, per ablatiuum abſolutum,

vel

vel poſt ablatiuum abſolutum, vt exempli gratia habetur in ſtatuto Tiburtino, de quo memini ſupra capitul. octauo, in fin. in ſtatutis, libro ſecundo, capit. quarto, in quo habentur hæc verba: *Præſtito iuramento calumniæ, & de veritate dicenda ab vtraque parte detur per ipſam curiam vtrique parti decem dierum terminus ad probandum.* Et prout habetur in eodem ſtatutorum, libro ſecundo, capitul. decimoquinto, vbi requiritur hoc iuramentum poſt ablatiuum abſolutum ſub his verbis, videlicet. *Statuimus quod facta litis conteſtatione in quacunque cauſa ciuili, ſi curia mandet partibus, vt iurent de calumnia, & veritate dicenda ſuper ipſa cauſa, ſi reus iurare recuſet, habeatur pro confeſſo, & tanquam confeſſus condemnetur: ſi verò actor iurare recuſauerit, reus ab inſtantia iudicij abſoluatur.* In quibus locis
27 † dicti ablatiui abſoluti reſoluuntur in conditionem Barthol. in l. vnica, in princip. C. quando non peten. part. pat. accreſcan. Dec. conſil. 466. numero decimooctauo, Cephal. conſilio 156. numero quarto, libro ſecundo, Crot. conſil. 49. numero vigeſimoquarto, libro primo, Roland. conſil. 82. numero quarto, libro primo, Guid. Pap. deciſio. 15. numero ſecundo, Capic. deciſ. 182. numero decimoſeptimo, Afflict. deciſio. 188. numero quinto, Caputaq. deciſio. 111. numero tertio,
28 in verbo, citatio, parte prima. † Conditio autem inducit formam, ſecundum Cephal. conſil. 441. numero 89. libro tertio.
29 † Supra capitul. ſeptimo, numero vndecimo, dixi non eſſe de ſubſtantia iudicij iuramentum calumniæ, ſi à iudice petitur, idemque firmaui capitul. decimo, numero vigeſimoſecundo, vnde oriri poſſet dubitatio, an hoc iuramentum calumniæ mandatum per ſtatutum Tiburtinum dicto capitul. decimoquinto, quod exigi poteſt per iudicem à partibus litigantibus, ſit pars ſubſtantialis iudicij: ad quod dicendum puto, quod ſuperius in locis præcitatis dixi, quod ſi iuramentum calumniæ petitur à iudice, non ſit pars ſubſtantialis, quia dicitur pars ſubſtantialis iudicij dumtaxat, quando à parte petitur, vt dicto capitul. ſeptimo, numero decimo, tradidi ex conſuetudine interpretatiua iuris communis de hoc iuramento loquentis, quam conſuetudinem interpretatiuam, de qua in ſupradictis capit. 7. & 10. non reperio in ſtatutis, quare ceſſante tali conſuetudine interpretatiua talium ſtatutorum, non video quid obſtet, quin ſi exigatur, per iudicem vigore dictorum ſtatutorum, poſſit, & debeat dici pars ſubſtantialis iudicij, quamuis à iudice petatur
30 in caſu dictorum ſtatutorum. † Maior etiam dubitatio oriri poſſet ex prædicto ſtatuto, dicto capitulo decimoquinto, An iuramentum calumniæ, quod vigore dicti capituli decimiquinti, iudex petere poteſt, petere poſſit etiam poſt concluſum in cauſa, cum concluſio cauſę non liget manus iudici, ſed partibus, vt dixi ſupra capitul. decimo. Cui dubitationi dupliciter reſpondeo: Primo, quod per ſtatutum præcedens capitul. quarto, dicitur, quod iurato de calumnia detur decem dierum terminus vtrique parti ad probandum; ſi igitur poſt dictum iuramentum fieri poterunt probationes, non poterit dici in cauſa concluſum. Secundo ad hoc, vt dici poſſit pars ſubſtantialis iudicij, debet adhuc iudicium durare, ſed quoad partes nullum vlterius iudicium durat poſt concluſum in cauſa. Ex quibus concludendum duco, quod vigore talium ſtatutorum, ſi iudex exigere velit hoc noſtrum iuramentum, illud exigere debet à partibus ante concluſionem, immo ante terminum ad probandum præfixum, ad hoc, vt pars ſubſtantialis iudicij di-
31 ci poſſit. † Et Menoch. relata opinio locum habere poſſet, quando ſtatutum mandaret iuramentum de calumnia præſtari, ſi ex aduerſo petatur, vt ipſe in dicta quæſtione vigeſima, in fine, dicit adeſſe ſtatutum Brixiæ. Et in iſtis terminis ſtatuti Brixiæ, quando ſtatutum requirit iuramentum calumniæ, ſub iſta conditione, ſi petatur, dubitandum non eſt, quod præſtandum non erat, ſi non petebatur, & ſic tacite remitti poterat.
32 † Hic ſubnectendam duco quæſtionem, Vna pars tantùm litigans alteri parti aduerſæ iuramentum calumniæ, expreſſe remiſit, deinde non obſtante tali remiſſione pars, quæ remiſſionem fecit, inſtat in actis, vt præſtetur tale iuramentum non obſtante remiſſione à ſe facta, dubi-

dubitatur, An pars, quæ remiſſionem fecit, poſſit inſtare pro dicti iuramenti præſtatione, & dicitur poſſe ex Marian. Socin. in dicto capitul. cæterum, numero de-
33 cimo. † Præterea, ſi vtraque pars adinuicem expreſſe remitteret iſtud iuramentum, non obſtante tali remiſſione poterit iudex cogere partem vtramque ad iurandum de calumnia, Socin. dicto cap. cæterum, dicto numero decimo. Et poterit etiam dicere partibus, ſi vos non iuratis, ego vos non audiam, quia ſi ferrem ſententiam non teneret, Marian. Socin. in cap. cum in cauſa, numero 51. de iuramento calumniæ, Barthol. Socin. reg. 209. in tertia fallentia, & dicam infra capit. deci-
34 moquarto, numero 63. † Quia noſtrum hoc iuramentum, neque de partium conſenſu remitti poteſt, vt eſt Gloſ. in l. quos prohibet, in verbo, patiatur, ff. de poſtulan. & in dicto §. primo. in verbo, ſenten-
35 tia valebit, ff. de ferijs. † Pactum ſiquidem priuatorum ius publicum immutare non poteſt, l. teſtamenti factio, & ibi Gloſ. prima, ff. de teſtamentis, capitul. ſi diligenti, juncta Gloſ. ibidem, in verbo, priuatorum, de foro competenti, Andr. Gaillaula Practic. obſeruatio. libro primo, obſeruatione 40. numero octauo, pagina 78.
36 columna prima. † Neque ſtante tali conſenſu partium, poteſt iudex remittere hoc iuramentum, cum ſit pars ſubſtantialis iudicij, vt dixi ſupra capitul. ſeptimo, numero ſexto, & duodecimo. Nec talem ordinem iudiciarium immutare, Socin. in dicto capitul. cæterum, numero vndecimo, & expreſſe remitti nequit, vt dixi ſu-
37 pra hoc eodem capitul. † Quod extenditur etiam ad iuramentum Aduocati, per text. in dicta l. ſecunda, §. ſed quia veremur, in fin. De quo dic vt habetur infra capitul. decimoquinto, in declaratione tri-
38 geſimatertia. † Et talis conſenſus partium excuſat quidem à pœnis, quas actor, & reus incurreret non iurando, prout tradam infra capitul. decimoquarto. Sed non facit, quod iudex ſine tali iuramento poſſit in cauſa procedere, quia ſi procederet ad vlteriora, proceſſus eſſet nullus, Socin. dicta regula 209. in tertia fal-
39 lentia. † Idemque Marian. Socin. in dicto capitul. cæterum, voluit ſub dicto numero decimo, quod ſi partes perſiſterent in huiuſmodi expreſſa remiſſione adinuicem facta, & iudex ſe non intromitteret, non vitiaretur proceſſus. Quæ doctrina quorſum tendat, non dignoſcitur. Cum ſiue hoc iuramentum petitum præſtetur, vel non præſtetur, ſiue remiſſum ſit adinuicem expreſſe, ſi iudex vlterius ſe non intromittat, non poſſit dici, quod proceſſus reddatur nullus, vel non reddatur, ex quo nullus proceſſus vlterius formatur: Niſi velimus dicere, quod Socin. non loquitur, quando iuramentum fuit à principio petitum, ſed quando non fuit à principio petitum, & quando ante petitionem dicti iuramenti erat formatus aliquis proceſſus, qui proceſſus ante petitionem prædictam, formatus certe nullus non eſſet.

SVMMARIVM.

1 *Lege, aut ſtatuto mandari non poteſt, vt non præſtetur hoc iuramentum calumniæ.*

2 *Proceſſus factus in cauſa, ſi hoc iuramentum peteretur, & non præſtaretur, eſſet ipſo iure nullus, non obſtante ſtatuto mandante non iurari de calumnia.*

3 *Statutum non ſolum non poteſt tollere iuramentum calumniæ, ſed nec differre.*

4 *Conſuetudine non poteſt induci, vt non præſtetur hoc iuramentum.*

5 *Conſuetudo iuri contraria non eſt attendenda.*

6 *Conſuetudo tollens iuramētum calumniæ, ſubſiſtit ſecundum Andr. Gaill.*

7 *Opinio prædicta Gaillaula reprobatur, & quare.*

8 *Conſuetudinem allegans illam probare tenetur, quia eſt quid facti.*

Facta non præſumuntur, ſed debent probari.

Limitatur opin. Gaill. præmiſſa.

9 *Opinio prædicta Gaill. limitatur ſecundo, vt allegans talem conſuetudinem, teneatur illius conſuetudinis allegare rationem, vt dicto nume. 9.*

10 *Conſuetudo poteſt tollere iuramentum calumniæ, cum limitationibus prædictis de iure ciuili, non autem de iure canonico, & ſic tertio limitatur opinio Gaillaula.*

11 Conſue-

11 Conſuetudo ſicut poteſt ex præmiſsis tollere, ſic poteſt differre noſtrum iuramentum; cum limitationibus tamen præmiſsis.

12 Lex, & ſtatutum poſſunt tollere, & differre iuramentum calumniæ cum limitationibus præmiſsis in conſuetudine.

13 Conſuetudo non inducitur per actus coactos, ſed requiritur tacitus populi conſenſus.

14 Conſuetudo ſi probari vult, non probatur per teſtes deponentes de actibus voluntarijs, & non neceſſarijs.

15 Ad probandam conſuetudinem, quæ ſit contra ius, requiritur lapſus quadraginta annorum, notitia maioris partis populi, & actuum frequentia.

16 Reſcripto Principis non poteſt auferri iuramentum calumnia, ſi eſt inductum iure naturali proprio, & primæuo, quod omnibus animantibus eſt commune.

Naturalia ſunt immutabilia.

Homo non derogat iuri diuino.

17 Reſcripto Principis auferri poteſt iuramentum calumniæ, ſi eſt inductum iure poſitiuo.

18 Reſcripto quando Princeps tollit iuramentum calumniæ debet ponere in reſcripto clauſula, Non obſtante tali lege, *ſecundum Socin. & Curt.*

19 Princeps ſi non expreſſe tollit iuramentum calumniæ, non videtur tollere etiam, ſi cauſa eſſet commiſſa ſummariè, de plano, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij.

20 Reſcripto quando Princeps tollit iuramentum calumniæ, ſufficit apponere clauſulam, Non obſtante quacunque lege, *ſecundum Alberic.*

21 Opin. Socin. & Curt. quo caſu poſsit locum habere.

Opin. Alberici quo caſu locum habeat.

22 Nullitates omnes quamuis eſſent ſublatæ, non intelligeretur ſublatum hoc iuramentum.

23 Princeps ſi apponeret in reſcripto clauſulam, quod procederetur manu Regia, & nullis terminis ſeruatis, non intelligeretur ſublatum noſtrum iuramentum.

24 Princeps non poteſt tollere iuramentum calumniæ quoad genus, ſed quoad formam.

Dictam formam Princeps, aliquibus remittit.

25 Inferior nullus à Principe, poteſt talia ſubſtantialia tollere.

26 Iuramẽtum calumniæ cenſetur remiſſum, licet non alia ſolemnitates ordinis iudiciarij, quando Princeps cauſam committit cognoſcendam, ſecundum veritatem, & æquitatem.

27 Iuramentum calumniæ non cenſetur excluſum, etiam ſi in reſcripto adeſſet clauſula, Summariè, de plano, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij, *remiſſiuè.*

Iuramentum calumniæ, an tolli poſſit lege, ſeu ſtatuto, conſuetudine, atque Principis reſcripto.
Cap. XIII.

SVPRA dictum fuit in capit. tertio, numero decimo, aliquos tenuiſſe, hoc noſtrum iuramentum eſſe inductum iure naturali, & diuino, aliquos verò iure poſitiuo, vt in dicto cap. tertio, numero ſecundo, ex cuius quæſtionis deciſione pendet tota quęſtio pręſentis, capitul. decimotertio, quia ſi iure naturali proprio, & primæuo, & iure diuino inductum eſſet, in claris verſaremur, quod tolli non poſſet; ſi verò eſſet inductum iure poſitiuo, dubio procul tolli poſſet lege, ſtatuto, conſuetudine, & reſcripto principali, vt dixi in dicto capitul. tertio.
1 † Veniendo igitur ad propoſitam quęſtionem, iuxta ordinem Rubricæ dico, quod lege, aut ſtatuto mandari non poteſt, vt non præſtetur noſtrum iuramentum calumniæ, & ſi id mandarent, eſſent nulla, ſecundum Marian. Socin. in capit. cæterum, numero octauo, de iuramento calumniæ, vbi loquitur de lege, Ferrat. cautela. 12. numero ſecundo, in principio, Cotta in Memorial. in verbo, iuramentum calumniæ. Andr. Gaillaula Practic. obſeruation. libro primo, obſeruatione octaua,

octaua, numero tertio, pagina 150. columna ſecunda, Rota Mantuana relata per Surdum deciſ. 18. Zacharias in Annotationibus ad Panormitan. in capitul. ſignificaſti, numero octauo, in verbo, ſibi iuraret, de foro competenti, & ibidem vltima Annotatio. † Et proceſſus in cauſa
2 factus, ſi peteretur hoc iuramentum, & non præſtaretur, eſſet ipſo iure nullus, non obſtante tali ſtatuto, Mattheſil. ſingul. 65. incipien. nota quod ſtatutum, Addent. ad ſingular. 64. eiuſdem, Mattheſil. Moderni annotantes in Pragmat. Regni Siciliæ, incipien. ſi reus exceptiones litis ingreſſum, vbi late ſub numero tertio. Et
3 † non ſolum non poteſt ſtatutum tollere hoc iuramentum, ſed neque differre, vt per dictos Annotant. in dicta Pragmat. & ſi reus exceptiones litis ingreſſum dicto numero tertio. Intellige tamen quod differre non poſſit ſine redditione rationis, & ſecundum ius canonicum, & quod de iure ciuili poſſit differre, vt infra dicam,
4 dum agam de conſuetudine. † Conſuetudine quoque aliqua induci non poteſt, vt non præſtetur hoc iuramentum, Gloſ. ordinaria magna in l. prima, in verbo, veritatem, C. de iureiurando propter calumniam, Socin. in capitul. in pertractandis, numero 44. verſicul. ſed Iacobus Butr. & in dicto capitul. cæterum, numero quarto, & quinto, & larius numero nono, de iuramento calumn. Cotta in Memorial. in dicto verbo, iuramentum calumniæ, prope princip. Roman. ſingular. 428. incipiente, tu habes in lege, & ibidem Addentes, Ioannes Andr. in addit. ad Speculat. in titul. de iuramento calumniæ, §. ſecundo, numero tertio, litera H, in verbo, ſed quia veremur, Tiraquell. in tracta. de præſcript. §. primo. Gloſ. octaua, rubr. creditur ei, pagina mihi 100. Menoch. de arbitr. iudic. libro primo, quæſt. vigeſima, numero quarto, in princ. Andr. Gaillaula Practic. obſeruation. lib. primo, obſeruatione 85. numero tertio, pagina 150 columna ſecunda, & numero quinto, pagina 151. columna prima, referens opinionem Socin. & aliorum, Socin. conſil. 59. Surdus dicta deciſio. decimaoctaua, Panormitan. in capitul. cæterum, numero tertio, de iuramento calumniæ, vbi etiam Annotatio Zachariæ, & ſub numero quarto, idem firmat Panormitanus tempide aſſeuerans, quod non valet conſuetudo differens hoc noſtrum iuramentum ad calculum ſententiæ, & ibidem numero nono, & idem tradit Zacharias in Annotationibus ad eundem Panormitan. in capit. ſignificaſti, numero octauo, in verbo ſibi iuraret, de foro competenti, & ibi-
5 dem in vltima Annotatione. † Conſuetudo enim iuri contraria non eſt attendenda, capitul. ſeries tui, de teſtibus, & conſuetudo contra ius dicitur, quæ expreſſo iuri repugnat, vt eſſet in caſu iſto, non autem, quæ Doctorum placitis contradicit, l. contra legem, vbi Gloſ. ff. de legibus, l. non dubium, vbi Doctores, C. eodem titulo, Rota in vna Farfen. Villæ Gaprolæ, die duodecimo Februarij, 1593. coram R.P.D. Pegna in manuſcri-
6 ptis. † Contrarium autem, videlicet quod talis conſuetudo ſubſiſtat, videtur tenere dictus Gaillaula dicta obſeruatione 85. numero quinto, cauſa euitandi periurij; maxime autem ſi conſuetudo excedit hominum memoriam, vt idem Gaillaula in dicta obſeruatione 85. numero ſexto.
7 † Quam opinionem Gaillaulę non veram exiſtimo: quia non poteſt dici inducta conſuetudo, niſi per actus poſitiue factos, & ſic non poteſt dici inducta conſuetudo non iurandi de calumnia, ex quo non iuratur, ſed debet dici, quod conſuetudo inducta fuit litigandi, & procedendi in cauſa ad vlteriora petito, non tamen præſtito iuramento calumniæ, & ſic conſiſtet conſuetudo in actibus poſitiuis, & tunc operepretium erit probare omnia requiſita ad inducendam conſuetudinem, ad quam materiam vide Roccum de Curte in tracta. de conſuetudine, Anton. Scappum, de iure non ſcripto, & Scribentes in titul. extra, de conſuetud. & ff. de legibus, à leg. 31. incluſiuè vſque ad fin. titul. Quoniam etiam eſt contra communem omnium opinionem per me relatam ſupra numero quarto. † Et ſi te-
8 nere velimus dictam opinionem Gaillaulę limitanda eſſet Primo, vt allegans talem conſuetudinem inductam per actus poſitiuos, vt dixi ſupra, teneatur illam probare, cum ſit quid facti, facta autem non præſumuntur, ſed probari debent, Socin. Iunior conſil. 88. numero ſexto,

&

& conſil. 101. numero vigeſimoſeptimo, volumine primo, Roland. conſil. 26. numero decimoquarto, conſil. 32. numero decimoſeptimo, libro quarto, Simon de Prætis conſil. 68. numero decimotertio, Alciat. in argumento, in tertiam partem
9 præſumpt. numero ſexto. † Secundo limitanda eſſet, quod allegans talem conſuetudinem, teneatur probare talis conſuetudinis inductæ rationem, videlicet, quod tacito populi conſenſu inducta ſit ad euitanda periuria, quia aliàs eſſet contra rationem talis conſuetudo, ad Panormitan. in dicto capitul. cæterum, numero nono, in fin. & ad tradita per Gaillaulam dicta obſeruatione 85. numero octauo, in fin. poſt Socin. ab eo relatum in dicto capitul. cæterum, numero octauo, qui dicto numero octauo dicit, quod in dubio
10 talis conſuetudo non teneret. † Tertio limitanda eſſet, vt procederet de iure ciuili, per quod talis conſuetudo induci poteſt, nõ autem de iure canonico, per quod nequit talis conſuetudo induci, ſecundum Alberic. in l. ſecunda, numero vigeſimoſexto, verſicul. ſed an, C. de iureiurando
11 propter calumniam. † An autem poſſit de conſuetudine differri hoc iuramentum, Socin. tangit in dicto capitul. cæterum, dicto numero nono, referens ſe ad dicta per ipſum in capitul. primo, eodem titul. in quinto principali articulo, verſicul. ſecundo declaratur, vbi nihil dicit, in quo articulo dicendum videtur, quod ſi non poteſt tollere, ita neque differre poſſit, cum militet eadem ratio in ſublatione, quæ in dilatione, habita ratione de parte ad partem, ſicut de toto ad totum, & iſta fuit opinio Panormitan. in dicto capitul. cæterum, numero quarto, vt ſupra retuli numero quarto, ſed tu dic, quod ſicut poteſt tollere, ita pari modo differre poteſt,
12 cum limitationibus tamen præmiſſis. † Et ſi id poteſt induci per cõſuetudinem cum præmiſſis limitationibus, induci poterit etiam lege, vel ſtatuto, cum pręmiſſis duabus vltimis limitationibus; Pari enim paſſu ambulant lex, ſiue ſtatutum, & conſuetudo; Illa enim conſtituunt ius ſcriptum, §. conſtat autem, Inſtitut. titul. de iure naturali gentium, & ciuilium, l. de quibus, ff. de legibus. Iſta verò conſtituit ius non ſcriptum, dicta l. de quibus, & §. item ſine ſcriptis, Inſtitut. titul. de iure naturali gentium, & ciuilium, Scapp. vbi ſupra, & quod lex remittere poſſit, eſt Gloſ. in l. iuſiurandum, & ad pecunias, §. qui iuſiurandum, in verbo, exigatur, ff. de iureiu-
13 rando. † Et ad maiorem præmiſſorum declarationem ſciendum eſt, quod conſuetudo non inducitur per actus coactos, ſed requiritur expreſſus, vel tacitus populi cõſenſus, Alexand. conſil. 196. numero decimoquarto, libro ſecundo, Roland. cõnſil. 13. numero duodecimo, libro quarto, vbi alios citat. Pariſ. conſil. 27. numero trigeſimoſeptimo, libro primo, Natta conſil. 106. numero duodecimo, libro primo, Pedemont. deciſio. 99. numero ſeptimo.
14 † Et quod, ſi conſuetudo probari vult per teſtes, non probatur per teſtes deponentes de actibus voluntarijs, & non neceſſarijs, Ancharan. conſil. 128. numero ſexto, in fin. & numero ſequen. Alexand. conſil. ſexto, numero primo, libro quinto, Natta conſil. 600. numero decimooctauo, libro tertio, Rota in vna Parmen. ſtatus die octauo Martij. 1577. coram R.P.D. Ro-
15 buſterio in manuſcriptis. † Et quod ad probandam conſuetudinem, quæ ſit contra ius, requiritur lapſus quadraginta annorum, notitia maioris partis populi, & actuum frequentia, Pariſ. conſil. 10. numero decimoſexto, libro quarto, Roland. dicto conſil. 13. numero duodecimo, Natta conſil. 309. numero decimoſexto, libro ſecundo, Nonius conſil. 48. numero decimoſexto, quæ omnia probanda eſſent in probanda conſuetudine, non iurandi
16 de calumnia in iudicijs. † Nec Principis reſcripto tolli poteſt hoc noſtrum iuramẽtum, ſi eſt inductum iure naturali proprio, & primæuo, quod omnibus animantibus commune eſt, aut iure diuino, quia naturalia ſunt immutabilia, & iuri diuino homo non derogat, vt dixi ſupra capit. ter-
17 tio. † Si verò eſt inductum iure poſitiuo, vt dixi dicto capit. tertio, numero primo, vtique Princeps illud tollere poſſet per eius reſcriptum, vt dixi dicto capitul. tertio, & ita intelligi debent Doctores aſſerentes hoc iuramentum tolli poſſe reſcripto Principis, ſcilicet, ſi eſt inductum iure poſitiuo, prout tolli poſſe aſſeuerauit Ioannes Andr. in Additio. ad Speculat. in tit. de iuramento calumnię, §. ſecundo,

numero

numero tertio, littera K, verſic. item tenet
Accurſ. Glo. in dicta l. ſecunda, §. ſed quia
veremur, verſic. item à Princ. & Panor-
mitan. in capitul. cæterum, numero deci-
18 mo, de iuramento calumniæ. † Et Prin-
ceps, quando id tollit reſcripto, debet in
ipſo reſcripto apponere clauſulam, *Non
obſtante tali lege*, vt Socin. in dicto capit.
cæterum, dicto numero nono, Curt. in di-
cta l. ſecunda, numero vigeſimoprimo,
Socin. conſil. 59. prædicto, & ſic conſtat
legem de hoc noſtro iuramento loquen-
tem indigere ſpeciali Principis reſcripto.
19 † Et ſi Princeps expreſſe illud non tolle-
ret, non intelligeretur tollere, quamuis
in reſcripto cauſa eſſet commiſſa ſumma-
riè, & de plano, & ſine ſtrepitu, & figura
iudicij, Socin. in dicto capitul. cæterum,
20 dicto numero nono. † Quamuis Alberic.
in dicta l. ſecunda, numero vigeſimoquin-
to, videatur ſentire, quod ſufficiat in re-
ſcripto ponere clauſulam, *Non obſtante
quacunque lege*, Et refert ſe ad dicta per
eum in l. quoties, C. de precibus Impera-
tori offerendis. Vbi id ſentit generaliter in
omni diſpoſitione legali, & ante Alberic.
videtur idem ſenſiſſe Barthol. in dicta l. ſe-
cunda, §. ſed quia veremur, in fi. vbi vult,
quod ſimpliciter Princeps poſſit tollere,
ponendo in reſcripto clauſulam, *Non ob-
ſtante lege*, & ſic per generalem deroga-
tionem, licet Anton. Franc. in Annota-
tion. ad Panormitan. in capit. ſignificaſti,
numero octauo, in verbo, ſibi iuraret, de
foro competenti, ſentiat Barthol. ibi tene-
re, quod Princeps poſſit remittere ad-
dendo in reſcripto clauſulam ſpecificam,
21 *Non obſtante dicta l. ſecunda*. † Sed tu dic,
opinionem Socin. & Curt. poſſe procede-
re, quando Princeps expreſſe non aufert
iuramentũ calumniæ, vnde reuocari poſ-
ſet in dubium, an cenſeretur derogatum
illi legi ſpeciali de iuramento calumniæ
loquenti; opinionem vero Alberici pro-
cedere poſſe, dum Princeps expreſſe tol-
lit iuramentum calumniæ, vnde non po-
teſt in dubium refricari eius voluntas, an
per generalem clauſulam voluerit dero-
22 gare. † Nec dictum iuramentum intelli-
geretur ſublatum, quamuis omnes nulli-
tates ſublatæ eſſent, Put. deciſ. 397. in
vna Paduana iniuriarum, 26. Februarij.
23 1546. lib. ſecundo. † Neque etiam ſi Prin-
ceps apponeret in reſcripto clauſulam,
quod procederetur manu Regia, & nul-
lis terminis ſeruatis, Barthol. in Extraua-
gan. Ad reprimendam, in verſic. & figu-
ra, numero vndecimo, & verſicul. item an
de calumnia, per text. in Clementina, ſæ-
pe, de verborum ſignification. vide quæ
24 dicam infra capitul. decimonono. † Poteſt
etiam dici, quod Princeps non poteſt tol-
lere in totum iuramentum calumniæ in
genere, & facere quod nunquam iure-
tur, cum quoad genus inductum ſit de
iure diuino, ſed bene, quod poſſit tolle-
re iuramẽtum calumniæ quoad formam,
quæ forma iure diuino inducta nullibi re-
peritur, ſed eſt inducta iure poſitiuo, &
ideo dictam formam Princeps aliquibus
remittit, quia in eis ceſſant cauſæ, propter
quas dictum iuramentum calumniæ in-
ductum fuit. Ad hæc vide, quæ dixi ſu-
pra capitul. tertio, vbi late habes hanc ma-
25 teriam. † Inferior autem à Principe nul-
lus poteſt talia ſubſtantialia iudicij tolle-
re Panormitan. in dicto capitul. cæterum,
in fin. vbi Annotantes, & per Socin. d. nu.
26 nono. † Panormitan. etiam tradit in ca-
pitul. literas, numero tertio, de iuramento
calumniæ, quod ſi Princeps remittit cau-
ſa cum clauſula, vt eam cognoſcat, *ſe-
cundum veritatem, & æquitatem*, tunc
cenſetur remiſſum iuramentum calum-
niæ, licet non aliæ ſolemnitates ordinis
27 iudiciarij. † Et quod non cenſeatur re-
miſſum iuramentum calumniæ, etiam ſi
in reſcripto adſit clauſula, *ſummarie, de
plano, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij*,
habes infra capitul. decimonono, numero
quarto, & quinto.

SVMMARIVM.

1 *Actor omnis, & reus omnis tenetur de ca-
lumnia iurare.*
2 *Actor recuſans de calumnia iurare, cadit
ab actione, & tota cauſa.*
3 *Actor recuſans iurare de calumnia, cadit
ab actione non ipſo iure.*
4 *Actor recuſans iurare, cadit ab actione per
iudicij ſententiam.*
5 *Proceſſus, & ſententia ſunt ipſo iure nul-
la, ſi petatur iurari de calumnia, & non
iuretur, remiſſiuè.*
Quomodo id intelligatur.

6 Bald.

6 *Bald. in l. ſecunda, §. quod obſeruari, numero primo, exploditur remiſſiuè.*

7 *Actor fit reus, & reus fit actor, ſi reus excipit.*

Actor nolens iurare ſuper tali exceptione oppoſita, cadit à cauſa ſuper tali exceptione, non ſuper tota cauſa principali.

8 *Actor nolens iurare in replicationibus, cadit à cauſa ſuper talibus replicationibus.*

9 *Iuramentum præmiſſum præſtandum ſuper exceptionibus, & replicationibus, non eſt iuramentum calumniæ, ſed malitiæ, vel veritatis.*

10 *Appellari poteſt à ſententia iudicis, per quam pronunciat actorem cecidiſſe à cauſa.*

11 *Contrarium autem, & quod appellare non licet.*

12 *Conciliatio prima prædictarum duarum opinionum contrariarum.*

13 *Conciliatio ſecunda dictarum duarum opinionum.*

14 *Conciliatio tertia earundem opinion.*

15 *Conciliatio quarta earundem opinion.*

16 *Conciliatio quinta earundem opinion.*

17 *Text. in capitul. cæterum, de iuramento calumniæ, in quibus terminis loquitur.*

18 *Clericus ſi conueniret reum pro cauſa propria ipſius Clerici, vel ſuæ Eccleſiæ coram iudice laico, implere debet ea, quæ ſupradicta ſunt de actore.*

19 *Reus recuſans de calumnia iurare, habetur pro confeſſo in illis, quæ ab eo quæruntur.*

20 *Reus recuſans iurare de calumnia, quod habeatur pro confeſſo, locum habet etiã in criminalibus.*

21 *Actor reus effectus reo excipiente, debet iterum iurare ſuper tali exceptione, aliàs ſuper ea habetur pro confeſſo.*

22 *Reus recuſans iurare, habetur pro confeſſo etiam in replicationibus.*

23 *Reus recuſans iurare de calumnia, habetur pro confeſſo etiam in cauſa ſpirituali, remiſſiuè.*

Quomodo id intelligatur ibidem, remiſſiuè.

24 *Reus recuſans iurare, habetur pro confeſſo non ipſo iure.*

25 *Reus habetur pro confeſſo per ſententiam iudicis, ſi recuſat iurare de calumnia.*

26 *Sententia iudicis, quæ declarat reum haberi pro confeſſo, non eſt interloquutoria, ſed declaratoria diffinitiua.*

27 *Appellari poteſt à ſententia lata contra reum, per quam habetur pro confeſſo.*

28 *Contrarium autem, & quod non liceat appellare.*

29 *Conciliatio dictarum duarum contrariarum opinionum.*

30 *Recuſans omnis de calumnia iurare, perdit cauſam.*

Intellige tamen, vt ibidem.

31 *Recuſans iurare de calumnia, tenetur iniuriarum alteri parti.*

32 *Reus recuſans iurare, habetur pro confeſſo non ſolum in negocio principali, verum etiam in omnibus exceptionibus peremptorijs.*

33 *Reus habitus pro confeſſo, ex quo recuſauit de calumnia iurare, habetur pro confeſſo etiam in exceptionibus peremptorijs, ſed non in dilatorijs, & in habilitantibus perſonam actoris, vt ibi.*

34 *Actori recuſanti de calumnia iurare, poterit Iudex denegare audientiam.*

35 *Reus ſi renuit de calumnia iurare, quibus contra eum remedijs vtetur iudex, remiſſiuè.*

36 *Qualitates duæ interuenire debent, vt reus recuſans iurare de calumnia pro confeſſo habeatur.*

Prima qualitas eſt, vt cauſa talis ſit, in qua poſſit deferri iuramentum calumniæ.

37 *Qualitas ſecunda eſt, vt cauſa ſit talis, in qua vera confeſſio rei nocere poſſit.*

38 *Recuſans iurare ad hoc, vt pro confeſſo haberi poſſit, & incidat in pœnas recuſantis, opus eſt, vt ſine iuſta cauſa recuſet, aliàs ſecus eſt.*

39 *Sententia ſuper iuramento calumniæ poteſt peti, & obtineri in eadem inſtantia ſine nouo proceſſu.*

40 *Citatio partis non requiritur in declaratione, quod recuſans iurare inciderit in pœnas impoſitas recuſanti iurare de calumnia, ex Socin.*

41 *Socin. opin. prædicta non probatur.*

Citatio partis aduerſæ, requiritur in omnibus actibus præiudicialibus.

Concordia

Concordia prædictarum duarum opinionum.

42 *Pœna impoſita non iurantibus, non tranſit ad hæredes, ſi actor, ſeu reus principalis moriatur ante ſententiam declaratoriam.*

Pœna recuſantis reſpondere poſitionibus mortuo recuſante ad hæredes non tranſit.

43 *Sententia, quæ fertur contra recuſantem iurare de calumnia, qualis debeat eſſe.*

44 *Sententia condemnatoria datur in confeſſum poſt litem conteſtatam. Secus autem ante litem conteſtatam.*

45 *Sententiam ſi nolit ferme iudex contra recuſantem iurare de calumnia ad id requiſitus, & pereat inſtantia iudicij, vtrum pars, quæ inſtabat habeat aliquam actionem, & quid ſi ille qui recuſauit iurare incipiat de nouo agere. An poſſit contra eum excipi, quod non debeat audiri, ex quo cecidit vel cadere debuit à ſuo iure? vide numero 49. 50. 51. ex Socin. & numero 52. vide reſolutionem ex Authore.*

46 *Inſtantia non perit de iure canonico, ſecundum Roman.*

47 *Contrarium autem, & quod inſtantia pereat de iure canonico non reperitur cautum, vt inſtantia non terminetur Triennio.*

48 *Inſtantia terminatur triennali meta de iure ciuili.*

Opinio prædicta Romani declaratur.

51 *Opin. Socin. reprobatur in capitul. cum in cauſa, numero 45. de iuramento calumniæ.*

53 *Iudex requiſitus procedere ad declarationem contra recuſantem iurare de calumnia, ſi ad declarationem non procedat male facit non miniſtrando iuſtitiam parti petenti.*

54 *Agi, vel excipi an poſſit poſt ſententiam ſuper negocio principali latam, quod actor ceciderit, vel cadere debuerit à cauſa; & reus pro confeſſo haberi debuerit. Et quod ſic, concluditur non obſtante ſententia, & numero 57.*

Iuramentum calumniæ, ſi petatur à parte præſtari, eſt pars ſubſtantialis, & ordo iudicij, remiſſiue.

Iuramentum calumniæ petitum ſi omittatur, proceſſus, & ſententia ſunt ipſo iure nulla.

55 *Sententia nulla non eſt ſententia.*

56 *Sententia nulla nullum operatur effectum.*

58 *Iudex ſi pronunciat ob iuramentum calumniæ non præſtitum actorem cecidiſſe à cauſa, vel reum habitum pro confeſſo, & ſic incidiſſe in pœnas recuſantibus iurare impoſitas; non poteſt pars aduerſa dicere, ſe non eſſe contentam dictis pœnis recuſantibus iurare impoſitis, ſed velle, vt præciſe cogatur ad reſpondendum.*

59 *Cauſa omnis legitima, per quam quis poteſt recuſare præſtare iuramentum calumniæ excuſat actorem, & reum recuſantem iurare ab incurſu pœnæ impoſita recuſantibus iurare.*

60 *Cauſa prima legitima, per quam quis excuſatur ab incurſu pœnæ impoſitæ recuſantibus iurare eſt, cum iudex eſt talis, coram quo non tenetur iurare.*

61 *Cauſa ſecunda legitima excuſandi recuſantem iurare de calumnia à pœnis impoſitis recuſantibus iurare, cum peteretur hoc iuramentum præſtari eo tempore, quo illud non tenetur præſtare.*

62 *Cauſa tertia eſt, cum cauſa, talis eſt, quæ agitatur, vt iurare in ea quis non teneatur, ex Socin.*

Limita, vt ibid.

Dicta cauſa videtur nulliter à Socin. poſita.

63 *Cauſa quarta eſt, quando ambæ partes expreſſo pacto, vel tacito concordarent de non iurando, quia contumacia vnius partis compenſatur cum contumacia alterius partis.*

Iudex quid debeat dicere, quando ambæ partes concordant de non iurando.

Pactum tacitum quid dici poſſit, remiſſiue.

Intellige præmiſſa, vt ibidem.

64 *Cauſa quinta legitima eſt, quando quis voniſſet, aut iuraſſet non iurare, remiſſiue.*

Declara, vt ibid. in fin.

65 *Cauſa ſexta legitima eſt, cum quis omittit iurare de calumnia non dolo, aut malitia, ſed potius ob incuriam, & inaduertentiam, vel aduerſarij malitiam.*

Declara, vt ibidem.

66 *Cauſa*

66 *Cauſa ſeptima legitima excuſandi eſt, cum actor aliquid doloſè peteret.*

67 *Dolus ſuus, & fraus nemini patrocinari debet.*

68 *Cauſa octaua excuſandi eſt, quando ſumus in caſu, in quo vera rei confeſſio non praiudicaret, & rei qualitas id exigeret.*

Exemplifica vt ibid.

69 *Confeſſio rei facta ſuper petitione qualificata, cenſetur facta cum qualitate petitionis.*

70 *Cauſam, ob quam iurare non vult debet allegare, & in actis probare ſaltim ſummariè ille, qui recuſat iurare.*

71 *Actor debet eſſe monitus à iudice, & non à nuncio ad iurandum de calumnia ad hoc, vt cadat à cauſa recuſando.*

Reus debet eſſe monitus à iudice, & non à nuncio ad iurandum de calumnia ad hoc, vt habeatur pro confeſſo non iurando.

Limita prædicta, vt ibid.

72 *Poſitionibus monitus reſpondere, ſi non reſpondeat; habetur pro confeſſo.*

73 *Poſitionibus reſpondens imperfectè habetur pro confeſſo, ac ſi non reſpondiſſet.*

74 *Poſitionibus iuſſus reſpondere non habetur pro confeſſo, niſi hæc tria concurrant videlicet, quod ſit præſens in iudicio, & ſint ſibi lectæ poſitiones; ſecundum, quod ſit iuſſus à iudice, tertium quod ſine rationabili cauſa recuſet reſpondere.*

75 *Cauſæ iuſtæ excuſandi non reſpondentem poſitionibus ſunt omnes illæ, propter quas monitus non tenetur reſpondere.*

76 *Poſitionibus criminoſis quis non cogitur reſpondere.*

77 *Poſitioni criminoſæ tenetur reus reſpondere, dum iudex ex officio ponit, & interrogat.*

78 *Poſitioni criminoſæ reſpondendum eſt, quando illa concernit pecuniarium commodum tantum.*

79 *Poſitioni criminoſæ reſpondere tenetur monitus, quando ipſe ſuper quo interrogatur, locupletaretur cum aliena iactura.*

80 *Poſitioni criminoſæ tenetur reus reſpondere in cauſa criminali.*

81 *Poſitioni criminoſæ reſpondendum eſt, quando crimen, de quo in poſitione agitur, eſt notorium, & conſtat in actis.*

82 *Poſitio detegens turpitudinem dicitur criminoſa.*

Declara vt ibid. ampliando.

83 *Poſitionibus captioſis reſpondere non tenetur monitus.*

84 *Poſitio quando dicatur captioſa, remiſſiuè.*

85 *Poſitio criminoſa dicitur, ſi A. mutuauit B. centum, quæ centum B. reſtituit ipſi A. qui A. conueniendo B. ponit, ſe ei mutuaſſe centum, & non explicat reſtitutionem ſubſequutam.*

Declara vt ibi.

86 *Poſitioni prædictæ de mutuo, quomodo reſpondeatur, & numero 87. 88. 90. 92. & 94.*

89 *Actio extinguitur ſolutione eius, quod debetur.*

90 *Reſponſio Poſitionibus, facta per clauſulam,* Non credit, vt ponitur, *non eſt bona, vbi viget ſtatutum, quod poſitionibus ſimpliciter reſpondeatur.*

91 *Reſponſio præmiſſa per clauſulam,* Non credit, vt ponitur, *non obſtante ſtatuto dictante, quod ſimpliciter reſpondeatur Poſitionibus, quando poſitio eſſet implicita.*

93 *Poſitio quando eſt captioſa, reclamandum eſt iudici, qui eam reformet.*

95 *Reſponſio facta poſitioni ſub conditione, non valet, & reſpondens cogi poterit ad reſpondendum præciſe.*

96 *Poſitionibus incertis, non tenetur reſpondere monitus.*

97 *Poſitiones fieri non debent ſub diſiunctiua, quia diſiunctiua continet incertitudinem.*

98 *Poſitionibus generalibus monitus, non tenetur reſpondere.*

Poſitiones generales, ſemper interpretantur contra ponentem.

99 *Poſitionibus non habentibus tempus expreſſum, non eſt reſpondendum.*

100 *Poſitionibus obſcuris non tenetur monitus reſpondere.*

101 *Poſitionibus impoſſibilibus, non tenetur monitus reſpondere.*

102 *Poſitionibus impertinentibus monitus, non tenetur reſpondere.*

103 *Poſi-*

103 *Poſitionibus impertinentibus reſpondendum eſt de ſtilo.*

104 *Poſitio, ſeu articulus dum dubitatur, an ſit pertinens, vel impertinens, eſt admittenda à iudice, ne proceſſus retardetur.*

Poſitiones quando dubitatur an ſint pertinentes, vel impertinentes admittuntur cum clauſula, Saluo iure impertinentium, & non admittendorum.

105 *Poſitiones, & articuli non admittendi ſtante clauſula,* Saluo iure impertinentium, & non admittendorum, *habentur pro non admiſſis.*

106 *Poſitio, ſeu articulus aliquis ſi impertinens fuerit, & deſuper aliquis teſtis examinaretur, dicta teſtis, & omnia inde ſequutà reijciuntur.*

107 *Poſitiones, & articulos impertinentes poteſt iudex reijcere etiam poſt factas probationes.*

108 *Poſitiones, & articulos impertinentes, neque cum clauſula,* Saluo iure impertinentium, & non admittendorum, *admittere debet iudex, & iudex melius faceret, ſi prius diſenteret, an ſint admittendi, vel non admittendi.*

109 *Poſitiones, articuli, & capitula videntur inter ſe differre.*

110 *Poſitiones, & articuli hodie confunduntur, & per eadem verba diſpoſitiua.*

Clauſula, Saluo iure impertinentium, & non admittendorum, *ponitur tam in Poſitionibus, quam in articulis.*

111 *Poſitionibus iuris ciuilis, ſeu municipalis non tenetur monitus reſpondere, & numero 115.*

Intellige vt numero 115.

112 *Poſitio iuris dicitur etiam ſi contineat illa verba,* ſolemniter, *&* legitime.

113 *Poſitionibus fundatis in conſuetudine non tenetur monitus reſpondere, ſecundum Papien.*

114 *Contrarium autem, & quod Poſitionibus fundatis in conſuetudine, reſpondere teneatur monitus eſt verius.*

115 *Conſuetudo eſt altera lex.*

116 *Poſitionibus non tenetur monitus reſpondere, in caſibus, in quibus iuramentum litis deciſiuum recuſare poteſt.*

117 *Poſitionibus productis poſt lapſum termini ad probandum non tenetur monitus reſpondere.*

118 *Poſitiones facere poteſt iudex non ſolum poſt lapſum terminum ad probandum, ſed etiam poſt concluſum in cauſa.*

Ampliatur hoc, vt id facere poſſit iudex non ſolum ad declarationem retro actorum; ſed etiam ad fundandam intentionem partis.

119 *Concluſio in cauſa nunquam fit quoad iudicem.*

120 *Poſitionibus ſuperfluis non tenetur monitus reſpondere.*

121 *Poſitionibus conceptis non diſpoſitiuè, ſed interrogatiuè monitus non tenetur reſpondere.*

122 *Poſitionibus ante litem conteſtatam fieri ſolitis, quas Præparatoria aliqui vocant & magis proprie, improprie enim dicuntur poſitiones, tenetur monitus reſpondere, licet ſint interrogatiuè conceptæ.*

123 *Poſitionibus non contentis, non comprehenſis, nec intellectis ſub iuramento non tenetur monitus reſpondere.*

124 *Poſitionibus, quibus ſemel reſponſum fuit non tenetur monitus reſpondere.*

125 *Gloſ. in l. ſecunda, §. quod obſeruari, in verbo, exiſtimat, in fin. C. de iureiurando propter calumniam, declaratur.*

126 *Poſitionibus requirentibus alium, qui reſpondeat, quàm reſpondentem, non tenetur monitus reſpondere.*

127 *Poſitionibus contrarijs reſpondere, non tenetur monitus.*

128 *Poſitionibus contrarijs reſpondens, eſt periurus.*

129 *Poſitionibus aliàs deciſis per iuramentum, non tenetur monitus reſpondere.*

130 *Poſitionibus continentibus vtrum reſpondens bona, vel mala fide poſſideat, non tenetur monitus reſpondere.*

131 *Poſitionibus continentibus factum alienum, reſpondere non tenetur monitus.*

Contrarium tamen cum aliquali moderatione tradit Miſinger.

132 *Poſitiones ſi fiant ſuper facto alieno, & reſpondens ſciuerit, ſi conuincatur de mendacio, contra eum poterit in litem iurari.*

133 *Poſitionibus negatiuis non tenetur monitus reſpondere.*

134 *Contra-*

134 *Contrarium autem, & quod Poſitionibus negatiuis teneatur monitus reſpondere ex Papien. & alys.*

135 *Conciliatio dictarum duarum contrariarum opinionum, & numero 136. 137. 139. 141.*

138 *Franciſcus Curt. diſtinctio in tract. de Poſitionibus, numero 36. reprobatur ab Herculano.*

140 *Poſitiones negatiuæ, quando admittuntur, ibi & contra præſumptionem iuris, & de iure admittuntur.*

142 *Poſitionum negatiuarum in dubio præſumitur ignorantia in dubio.*

143 *Poſitioni alternatiuæ non tenetur monitus reſpondere.*

144 *Poſitioni negatiuæ tenetur monitus reſpondere, quando talis alternatio oritur ex contractu.*

145 *Poſitionibus datis per modum exceptionis non tenetur monitus reſpondere.*

146 *Poſitionibus, quæ continent aliquid exiſtens in animo reſponſuri, non tenetur monitus reſpondere.*

147 *Poſitionibus concernentibus bonum ius, quando reſponſurus habet authorem obligatum de euictione.*

Rationem vide ibi.

148 *Poſitionibus multiplicibus non tenetur monitus reſpondere.*

149 *Poſitio ſi eſt multiplex, poteſt reſponſurus inſtare, vt ponens melius explicet factum, & diſtinctè, vel eam valet diuidere ipſemet reſponſurus.*

150 *Poſitionem multiplicem poteſt iudex reuidere, & eam diuidere.*

151 *Poſitionibus detegentibus turpitudinē reſpondentis, non tenetur monitus reſpondere.*

Turpitudinem ſuam nemo allegare debet.

152 *Poſitioni detegenti periurium reſpondentis, non tenetur monitus reſpondere.*

153 *Poſitioni continenti excommunicationem non tenetur monitus reſpondere.*

154 *Teſtis interrogatus de proprio vitio, per quod à teſtimonio repelleretur, an debeat reſpondere, remiſſiuè.*

155 *Poſitionibus continentibus obiectiuam materiam, niſi poſitiones ſint bene ſpecificatæ, & diſpoſitiuè conceptæ, non tenetur monitus reſpondere.*

Declara vt procedat, ſicut ibidem.

156 *Poſitionibus obiectiuis alicuius defectus, & ſunt de iure dantis, quia pendent ex gratia obtenta, vt quando ageretur ad verificationem gratiæ. Et ſi neutri, in qua obiectio eſt de iure dantis eſt reſpondendum; & tales poſitiones, & articuli admittuntur.*

157 *Poſitionibus aliàs indebitis, non tenetur monitus reſpondere.*

158 *Confeſſio ficta, quæ reſultat ex recuſatione iuramenti calumniæ aly non præiudicat, etiam ſtantibus ſtatutis, quod vnus teneatur pro alio.*

159 *Proceſſus non dicitur inualidus, nec dicitur nulla ſententia, ſi petatur in actis nihil fieri, niſi iurato de calumnia, & ſibi petenti intimato, & iuretur quidem de calumnia, ſed non intimetur, & quare.*

160 *Proteſtatio facta à petente iurari de calumnia, vt poſt iuramentum præſtitum ſibi intimetur, eſt proteſtatio, & petitio partis, cui nullum ius adſtipulatur. Et ſi iudex mandaret iurari de calumnia cum intimatione, dicta intimatio reſpicit, quod decretum intimetur, & non iuramentum calumniæ, ibidem.*

161 *Intimatio non erit pars ſubſtantialis iudicy, ſicut iuramentum calumniæ, quando iudex mandaret expreſſe, quod iuramentum calumniæ intimetur aduerſario petenti.*

162 *Sententia non eſt nulla, ſi A. agit, & poteſt aliquid probare per teſtes, & ad illos examinandos producit articulos, & ad id citat B. aduerſarium, qui B. proteſtatur non examinari aliquos teſtes, niſi iurato de calumnia. Deinde A. determinat vlterius non examinare teſtes, ſed probare per inſtrumenta, & non iurato de calumnia procedit ad ſententiam, & numero 64.*

Petitio iuramenti calumniæ in caſu præmiſſo reſpicit ſolum examen teſtium, & numero 64.

163 *Dictio,* Niſi, *eſt limitatiua, & inducit permiſſionem in caſu ſequenti.*

164 *Cauſa limitata gignit limitatum effectū.*

165 *Contumacia Procuratoris, an noceat domino; contumacia tutoris, & curatoris pupillo, & minori; contumacia Prælati, & Sindici, an noceat Eccleſiæ, remiſſiuè.*

166 *Contumacia in non iurando de calumnia purgari poteſt ex Socin.*

Mora in non iurando de calumnia poteſt purgari.

167 *Pœnæ legales per deſiſtentiam euitantur.*

Mora purgari poteſt vſque ad ſententiam declaratoriam, ſeu condemnatoriam in pœnis legalibus, ibid.

168 *Mora in non iurando de calumnia poteſt purgari vſque ad ſententiam diffinitiuam declaratoriam.*

169 *Mora purgari poteſt in non præſtando iuramentum calumniæ vſque ad ſententiam, etiam poſt concluſum in cauſa, ſecundum Curt. & alios ab eo relatos.*

170 *Mora quod etiam poſt concluſum in cauſa purgari poſſit in iuramento calumniæ, ſecundum opin. relatam, Curt. quomodo intelligatur.*

171 *Mora quod poſſit purgari in iuramento calumniæ, procedit retenta illa opinione, quod dicta pœna impoſita nolenti de calumnia iurare, non imponatur ipſo iure, ſed ſecus eſſet ſi imponeretur ipſo iure, ſecundum Socin.*

172 *Mora quod non poſſit purgari in iuramento calumniæ, ſi pœna imponitur ipſo iure, & ſimiliter in alijs pœnis impoſitis ipſo iure, ſecundum opin. Socini reprobatur.*

Mora purgatio admittitur etiam in pœnis ipſo iure impoſitis, ibidem.

173 *Mora purgatio admittitur etiam in pœnalibus.*

174 *Mora, & illius purgationis materia eſt difficilis, & valde intricata.*

175 *Moræ purgatio admittitur, cum aliqua difficultas intercedit.*

176 *Moræ purgatio admittitur, vbi adeſt aliqua ambiguitas iuris.*

177 *Mora purgatio admittitur, quando obijcitur aliqua exceptio.*

178 *Mora purgatio admittitur infra modicum tempus.*

179 *Mora purgatio admittitur re integra, & quando ius partis eſt illæſum, & non aliàs.*

Et in terminis iuramenti calumniæ vide numero 166.

180 *Moræ purgatio admittitur, quando actor tractat de conſeruanda actione, non autem dum tractat de nouo iure quærendo.*

181 *Moræ purgatio nõ debet admitti poſt menſes, & annos.*

182 *Andr. Gaill. Pract. obſeruat. libro primo, obſeruat. 86. dum facis differẽtiam inter ſententiam interloquutoriam præcedẽtem, & declaratoriã diffinitiuam ſubſequentem, in quibus curijs intelligatur.*

183 *Condemnatus ob iuramentum calumniæ petitum, & non præſtitum debet victori aduerſario condemnari in expenſis.*

Victus victori condemnari debet in expenſis, ibidem.

184 *Victus victori in expenſis condemnari debet etiam in criminalibus.*

185 *Victus victori debet condemnari in expenſis etiam ſi victor id non petat.*

186 *Victus victori in expenſis condemnatur, etiam ſi victus eſſet hæres.*

187 *Victus quod non condemnetur in expenſis non excuſatur ſi non adeſt iuſta cauſa.*

188 *Victus non excuſatur à cõdemnatione expenſarum, ſub prætextu iuſtæ cauſæ, dum expenſæ ſunt promiſſæ in inſtrumento.*

189 *Victus non excuſatur ob iuſtam cauſam à condemnatione expenſarum, cum adeſt ſtatutum: Quod victus victori in expenſis condemnetur.*

190 *Victus quando iuſta de cauſa excuſari debet, id procedit in reo, & nunquam in actore.*

Actor non excuſatur ob aſſertam iuſtam cauſam ab expenſis.

191 *Actor victus debet ſemper condemnari in expenſis, etiam ſi ſuccederet in ius alterius.*

192 *Pœnæ impoſita recuſantibus iurare de calumnia, An habeant locum in tertio veniente, & admiſſo, aut vocato ad cauſam.*

193 *Tempus datum ad probandum alicui, an currat infra tempus datum ad iurandum de calumnia.*

194 *Solemnitates requirentes præſentiam proximiorum, & iudicis, dictiq; iudicis decretum in cõtractibus, & quaſi contractibus in iudicio, & extra mulierum, & minorum, per reformationes Tiburis habent locum in iuramento calumniæ, & litis conteſtatione.*

Iuramento calumniæ quaſi contrahitur, vide ibidem.

Litis

Litis conteſtatione contrahitur.

195 *Decretum iudicis in contractibus minorum, & mulierum, poteſt omni tempore interponi, præter quam diebus feſtiuis de præcepto Eccleſiæ ſeruandis per dictas reformationes Tiburis. Contra opinion. Panormitan.*

196 *Decretum in contractibus minorum viginti quinque maſculorum, & etiam mulierum, requiſitum per reformationes Tiburis, debet eſſe iudicis ordinarij, & ſedialis, & ſi interponatur à Vicario Epiſcopi, contractus ſunt nulli.*

Iuramentum calumniæ præſtandum eſt à quocunque actore, & à quocunque reo, & quid agendum ſit, ſi aliquis ipſorum renuat præſtare tale iuramentum. Cap. XIIII.

MVLTAE perſonæ, quas in ſequenti capit. 15.
& capit. 16. enumerabo, hoc iuramētum calumniæ pręſtare debent, multę poſ-
1 ſunt.† Sed regulariter omnis actor, omniſque reus de calumnia iurare debet, Bart. in l. ſecunda, §. primo, numero 2. 10. C. de iureiurando propter calumniam, Panormitan. in cap. inhærentes, numero quarto, in fin. de iuramento calumniæ, Ioannes de Lignano in tracta. de duello, in ſeptimo membro, numero octauo, in fin. pag. 111. col. 3. Pet. Vanderanus in ſua Pract. iudiciali, libro tertio, capit. ſecundo, verſic. de calumnia, in princ. Marſil. ſing. 251. incipiente, iuramentum calumniæ, Maranta in ſuo Speculo, parte 6. in ſecunda iudicij parte, in tit. de iuramento actu primo, num. primo.
2 † Et ſi actor recuſat pręſtare tale iuramentum, nullatenus ei licet ad litem venire, & cadit ab inſtituta actione, & tota cauſa, Maranta in dicta par. 6. in d. actu primo, Speculat. in tit. de iuramento calumniæ, §. quinto, in princ. Petr. Vanderanus vbi ſupra lib. 3. cap. 2. Marian. Socin. in d. c. cum in cauſa, nume. 30. 35. & 36. de iuramento calumniæ, text. in l. ſi non fuerit, ff. de iureiurando, & in cap. fin. & ibi Gloſ. 1. & fin. Gloſ. in cap. Imperatorum, in verbo, decidant, & Gloſ. 1. in notab. fin. extra eod. tit. & in cap. excommunicamus, in verbo, iurare, de hæreticis, text. in Authent. principales perſonæ, §. ſi quis autem, & Bald. in d. l. 2. in §. quod ſi actor, in princ. & Alberic. d. l. 2. nu. 29. C. de iureiurando propter calumniam, Panormitan. in d. capit. cum
3 cauſam, num. 2. † Cadit autem actor recuſans iurare à iure ſuo, & inſtituta actione nō ipſo iure, iuxta opinionem aliquorum, quos refert Socin. in d. cap. cum in cauſa, numero 35. & 36. Ita voluit Gloſ. in d. l. 2. dicto §. quod ſi actor, in verbo, cadat, & in eod. §. Bald. num. 1. Andr. Gaill. Pract. obſeruat. lib. 1. obſer. 86. num. 1. pag. 151. colum. 2. Et hanc eandem opinionem, quod non cadat ipſo iure actor, tenuit Socin. quamuis inuitus in eā ſit tractus, in dicto num. 36. verſic. ſed aduerte, quia reperio,
4 vbi de communi teſtatur, † ſed per iudicis ſententiam, Specul. in d. tit. de iuramento calumniæ, §. 5. in princip. Socin. in dicto verſicul. ſed aduerte, quia reperio, vbi refert ſe ad dicta per ipſum, in tit. de Conſtitutio. Bald. in dicto §. quod ſi actor, numero 1. Bart. in d. l. 2. §. quod ſi actor, numero 1. Panormitan. in cap. cum cauſam, nume. 26. de iuramento calumniæ, licet in cap. cum in cauſa, nume. 11. eod. tit. videatur titubare an requiratur, & ad quid requiratur dicta ſententia, vbi eum vide. Et ibi Annotationes in litera D, in verbo, re-
5 quiritur ſententia. † Nec obſtat huic concluſioni id, quod dixi ſuperius capitul. ſeptimo, numero 13. & 14. Quod ſi petatur iuramentum calumniæ, & non præſtetur proceſſus, & ſententia ſunt nulla ipſo iure: nam dicta concluſio, quod proceſſus, & ſententia ſunt nulla ipſo iure, intelligēda eſt de ſententia diffinitiua, lata ſuper negocio principali, id autem quod hic dico, quod renuens iurare de calumnia, ſi eſt actor cadit à cauſa, & inſtituta actione non ipſo iure, ſed ſit neceſſaria iudicis ſententia, intelligendum eſt circa ſententiam, non ſuper negocio principali latam, & diffinitiuam, ſed de declaratoria diffinitiua lata in pœnam contumaciæ nō iurantis, de quà dicam infra in hoc capit. vbi loquar etiam de interloquutoria euē-

tuali ex Gaill. aula Practic. obſeruation. dicta obſeruatione 86. numero primo, & ſecundo. Et quod dico de actore, dico
5 etiam de reo. † Et quamuis Bald. in dicto §. quod obſeruari, dicto numero primo, dicat ſententiam latam per iudicem in fauorem actoris recuſantis iurare valere, & tenere, eius ſententia inficiatur ſupra capitul. ſeptimo, numero decimoſexto.
6 † Quia aliquando mutantur perſonæ, & actor de actore fit reus, & vice verſa reus de reo fit actor excipiendo, Speculat. in titul. de iuramento calumniæ, §. ſecundo, numero duodecimo, Franciſcus Curt. in l. & quæ à diuo, numero octauo, C. de eden. & ſic vtraque perſona muta-
7 tur, † debet ſuper tali exceptione iurare de calumnia, & ſuper tota controuerſia dictæ exceptionis, & ſi non iurat non cadit à tota cauſa, ſed actor habetur pro confeſſo ſuper tali exceptione dumtaxat, Socin. in dicto capitul. cum in cauſa, numero trigeſimo, vbi loquitur de reo, & numero trigeſimoprimo, vbi loquitur de actore, & dicto numero trigeſimo, dat rationem huius dicti; quæ eſt, quia idem iuris eſt de parte quoad partem, quæ de toto quoad
8 totum. † Et prædicta procedunt nedum in exceptionibus, verum etiam in replicationibus ad exceptiones, vt Socin. dicto
9 numero trigeſimo primo. † Ego tamen credo hoc eſſe potius iuramentum malitiæ, vel veritatis, non autem calumniæ, quia non eſt generale, & ſuper tota cauſa, ſed ſuper particulari exceptione, ſeu replicatione, & non eſt nouum iudicium à primo, ſed idem; nam ſi eſſet nouum iudicium, deberet de nouo lis conteſtari. Vide ea, quæ dicam infra capitul. decimonono, in declaratione vigeſimaquinta. Et
10 † à dicta iudicis ſententia licet appellare, Speculat. in dicto §. quinto, in princip. vbi vide Ioan. And. in Addit. in verbo, iuſſus, Gloſ. in d. l. 2. §. ſin autem ſi reus, in verbo, confeſſo, C. de iureiur. propter calumn. & cum Gloſ. ibi deſcendit Alberic. num. 29. Curt. in ead. l. 2. §. quod obſeruari, nu. 12. & 13. vbi dicit hanc communem ſententiam; cuius repetitio eſt in 1. volum. Tract.
11 diuerſorum. † Contrarium autem, videlicet, quod appellare non liceat, & quod appellatione ceſsāte iudex poſſit cogere partes ad iurandum de calumnia, eſt text. ex-
12 preſſus in dicto cap. cæterum. † Quas duas contrarias opiniones conciliando dicendum eſt, Primam opinionem, quod ſcilicet à dicta ſententia appellari poſſit, procedere ad effectum deuolutiuum, non autem ad effectum ſuſpenſiuum. Secundam verò opinionem, quod non liceat appellare, procedere ad effectum ſuſpenſiuum, nō autem ad effectum deuolutiuum. Nec dicatur iſtam conciliationem in nihilo deſeruire; quia ſi actor cadit ab actione per ſententiam, & actor appellat nihil ſuſpendere poſſet dicta ſententia, cum actor, qui ſententiam cōtra ſe reportauit, nihil exequi poſſit. Reus ſimiliter nihil exequi poteſt, quia ipſe nihil ab actore petebat, ſed actor ab ipſo: & ſic videtur fruſtratoriè dici, quod actori non licet appellare ad effectum ſuſpenſiuum, ſed quoad effectū deuolutiuū. Cui obiectioni reſpondeo, quod reus poſſet exequi contra actorem ſententiam quoad expenſas. Et inſuper adſunt actiones negatoriæ, & iudicia communia, familiæ erciſcundæ, & ſimilia, in quibus reo ſentētiam fauorabilem reportanti, cōpetit etiam alia exequutio ſuper negocio principali vltrà exequutionē expenſarum, quas exequutiones non ſuſpen-
13 deret appellatio actoris. † Vel ſecundo dicta opinio prima procedit, quando iudex cognoſcit ſuper negocio principali abſoluendo per diffinitiuam ſententiam reum, ſicut ſi actor nihil probaſſet, iuxta tradita per Gloſ. fin. in cap. fin. de iuramento calumniæ. Secunda verò opinio procedat, quando pronunciat actorē cecidiſſe à cau-
14 ſa ob nō præſtitum iuramentum. † Vel tertio dic, quod prima opinio procedit, quando iudex per declaratoriam diffinitiuam, de qua dixi ſupra, & infra dicam ex Gaill. dicta obſeru. 86. pronunciat actorem cecidiſſe à cauſa ob non præſtitum iuramentum calumniæ. Secunda verò opinio cum pronunciat teneri præſtare iuramentum calumniæ, per interloquutoriam euentualem, de qua ſupra, & dicam etiam in-
15 fra ex Gaill. vbi ſupra proximè. Vel † quarto dic ſecundum Socin. qui in capit. cum in cauſa, numero 41. circa medium, de iuramento calumniæ, diſcuſſis varijs Doctorū opinionibus dicit, quod aut renuēs iurare nullam cauſam allegauit temporeq; recuſationis, nec tempore appellationis

& non debet admitti ad appellandum; quia iſta appellatio eſſet interpoſita ab homine, & non à lege, & ideo non debet admitti. Et ſi tempore recuſationis expreſſit aliquam cauſam, tunc ſubdiſtinguit: quod aut cauſa erat friuola, & idem erat dicendum; aut expreſſit dubiam cauſam, & tunc licet appellare. Aut tempore recuſationis nullam expreſſit cauſam, & tunc ſi exprimit tempore appellationis, talis appellatio ſimiliter non admittitur, quia ſatis eſt, ipſum ſine cauſa recuſaſſe. Aut iudex allegata cauſa recuſationis pronunciauit contra recuſantem iurare, eo quod ſine cauſa recuſaret iurare, & tunc à tali ſententia declaratoria poterit appellari, quia eſt ſententia hominis, & non ſententia iuris, & iudex forte male declarauit, vt Panormitan. in dicto capitul. cum in cauſa, numero decimooctauo, vbi ſuã opinionem recitat ſuper hoc articulo. Vel
16 † quinto, & vltimo dic, quod prima opinio procedit, quando deſuper ſententiatur. Secunda verò opinio, quando adhuc ſententiatum non eſt ſuper iuramento, nec habitus reus pro confeſſo, ſed cogitur ad iurandum de facto, cum iudex
17 habeat in hoc remedia iuris, & facti. † Et in iſtis terminis loqui videtur text. in dicto capitul. cæterum, & ibi ſub numero ſecundo, in princip. colligitur ex Panormit. niſi alleget iuſtam cauſam, ob quam nolit iurare ille, qui cogitur; vt Panormitan. ibidem. Licet aliqui cauillando dictum text. dicant, ipſum locum habere, quando ceſſat appellatio, non autem, quando eſt appellatum; & ſic inducunt illum textum ad probandum, quod poſſit appellari in illis verbis text. „ *Appellatione ceſſante*, „ qui intellectus violat grauiter textum, & illius communem intellectum hucuſque tentum. Quæ autem ſit magis recipienda ex dictis quinque declarationibus vix diſcerni poteſt, ideo quælibet teneri; nec eſſet diſſonum eas omnes tenere ſimul, quæ ſimul compati poſſunt vno, & eodem tempore, de-
18 clarationes ex prædictis. † Quæ de actore dicuntur, habent locum etiam in Clerico conueniente reum pro cauſa propria ipſius Clerici, vel ſuæ Eccleſiæ coram iudice laico, Socin. in dicto capitul. cum in cauſa, numero decimoſexto, circa me-

19 dium. † Reus autem detrectans præſtare hoc iuramentum, habetur pro confeſſo in illis, quæ continentur in narratione, ſeu petitione, & quæruntur ab ipſo reo, text. in dicta l. ſecunda, §. ſin autem reus, & ibi Gloſ. in verbo, pro confeſſo, & in verbo, narratione, iuncta Gloſ. in capitul. Imperatorum, in verbo, decidant, & Gloſ. fin. in capit. fin. de iuramento calumniæ, Pet. Vanderan. in dicto verſicul. de calumnia, in fin. Maranta in dicto titul. de iuramento, actu primo, numero ſexto, Socin. dicta regula 209. Speculat. in dicto titul. de iuramento calumniæ, §. quinto, in princip. Matheſil. ſing. 65. verſicul. hoc tamen limitatur, Bald. in dicto §. quod ſi actor, in principio, Addent. ad Matheſil. dicto verſicul. hoc tamen limitatur, Paul. de Caſtr. in l. prima, numero tertio, C. de iureiurando propter calumniam, Marian. Socin. in dicto capitul. cum in cauſa, numero trigeſimoprimo, trigeſimoquinto, & trigeſimo ſexto, Cotta in Memorialibus, in verbo, iuramentum calumniæ, in principio, Barthol. in dicta l. ſecunda, §. quod ſi actor, in princip. Panormit. in dicto capitul. cum in cau-
20 ſa, numero ſecundo, in princip. † Et iſthæc concluſio, quod reus detrectans iurare habeatur pro confeſſo ampliatur, vt procedat etiam in criminalibus, Speculat. in dicto titul. de iuramento calumniæ, §. quinto, numero octauo, & nono: Sequitur Bald. in dicto titul. apud Speculat.
21 poſt medium. † Ampliatur ſecundo, vt locum habeat in eo etiam, qui prius erat actor, ſed poſtea reo excipiente eſt effectus reus, quia ſuper tali exceptione debet iterum iurare de calumnia, & ſi non iurat, cadit à tota exceptionis oppoſitæ controuerſia, & non à tota cauſa, vt ſupra dixi de actore, hoc eodem capitul.
22 numero ſeptimo, & ſequenti. † Ampliatur tertio, vt locum habeat etiam in replicationibus, vt dixi ſupra hoc eodem ca-
23 pitul. numero octauo. † Quarto ampliatur, vt locum ſibi vendicet etiam pro cauſa ſpirituali, in qua reus detrectans iurare, habetur pro confeſſo, vt dicam infra c. 19. in 8. declarat. quoad ſui tamen præiudicium, non autem, quod actor acquirat titulum, aut aliquod ius in cauſa ſpirituali, & beneficiali, niſi legitimè ponens

de titulo probet, vt dicam infra dicta octa
24 ua declaratione. † Et habetur reus pro
confeſſo non ipſo iure, vt ſupra dixi de
actore, Gaillaula dicta obſeruatione 86.
dicto numero primo, Barthol. in dicto §.
quod ſi actor, in princip. Marian. Socin.
in dicto capitul.cum in cauſa,dicto nume-
ro trigeſimoſexto, verſicul. ſed aduerte,
25 quia reperio.† Sed per iudicis ſententiam,
Socin. vbi ſupra proxime, Speculat. di-
cto.§.quinto, numero primo, Gloſ.fin.in
26 dicto capitul. fin. † Quæ iudicis ſententia
non eſt interloquutoria, ſed declarato-
ria diffinitiua, per ea, quæ dicta obſerua-
tione 86.numero primo, & ſecundo, tra-
dit Gaillaula, vt infra dicam, & hoc lo-
cum habet tum in actore, tum in reo,
27 †atque à dicta ſententia appellari poterit,
Gloſ.in dicto verbo, pro confeſſo, quam
probat ibidem Barth. in §. quod ſi actor,
numero ſecundo, C. de iure iurando pro-
pter calumniam, Speculat.dicto §.quin-
to,numero primo,vbi vide Ioannes And.
in verbo, iuſſus, Curt. in dicta l.ſecunda,
§. quod ſi actor, numero duodecimo, &
28 decimotertio. † In contrarium, quod ſci-
licet iudex appellatione poſtpoſita, ſeu
ceſſante, poſſit cogere ad iurandum, eſt
29 text. in dicto capit. cæterum. † Quas duas
contrarias opiniones concilia, vt ſupra
hoc eodem capitul. numero duodecimo,
30 & ſequen. † In ſumma dic, quod omnis
recuſans iurare de calumnia, perdit cau-
ſam, Marſil. dicto ſingul. 251. incipien-
te, iuramentum calumniæ, Authent. prin-
cipales perſonæ, §. quod ſi actor, C. de
iureiurando propter calumniam. Intelli-
ge tamen, quod perdat cauſam, quoad
illam inſtantiam dumtaxat, non autem
31 quod alias inſtantias. † Et tenetur iniu-
riarum alteri parti, Specul. dicto §. quin-
to, numero ſecundo, & dicam infra capit.
32 vigeſimo primo. † Habetur autem reus
renuens iurare de calumnia pro confeſſo,
non ſolum in negocio principali, verum
etiam in omnibus exceptionibus perem-
ptorijs, Panormitan. in dicto capitul.cum
in cauſa, numero decimoquinto, & Ma-
rian.Socin.in dicto numero trigeſimopri-
33 mo. † Non habetur tamen pro confeſſo
in exceptionibus dilatorijs, & inhabilitan
tibus perſonam, vt quando actor eſſet
excommunicatus, bannitus, & ſimilis;
ſed iſtas exceptiones poteſt quandocun-
que opponere etiam poſt rem iudicatam,
vt Socin. dicto numero trigeſimoprimo,
vbi id intelligit de exceptionibus dilato-
rijs, quæ redderent proceſſum retro nul-
34 lum. † Vlterius ſi actor renuat de calum-
nia iurare, iudex poterit ei denegare au-
dientiam, Socin. dicto capitul. cum in
35 cauſa, numero 47. † Et contra reum no-
lentem iurare poterit vti remedijs per ip-
ſum, Socin. proditis in titul. de dolo, &
36 contumacia, vt Socin. ibidem. † Verum vt
talis pœna impoſita actori, & reo non vo-
lenti iuramentum noſtrum præſtare lo-
cum habeat, duæ qualitates concurrere
debent. Prima qualitas eſt, vt cauſa in qua
iurari petitur, ſit talis, in qua deferri poſ-
ſit iuramentum calumniæ, Socin.in dicto
capitul.cum in cauſa, numero 46. verſicul.
37 vigeſimo quæro. † Secunda qualitas eſt,
vt talis ſit cauſa, in qua vera confeſſio no-
ceret confitenti, ad Panormitan. in dicto
capit.cum in cauſa, numero decimoquar-
to, Socin. dicto numero quadrageſimo-
38 ſexto, verſicul. ſecundo igitur. † Nota
etiam quod ad hoc vt detrectans iurare,
incidat in prædictam pœnam, debet ſine
iuſta cauſa recuſaſſe, alias ſecus eſſet, vt
Socin. dicto capitul.cum in cauſa, nume-
ro quarto, verſicul. noto quarto, & nume-
ro trigeſimoſecundo. Infra hoc eodem
capitulo, numero ſexageſimo, & ſequen.
ponam aliquas cauſas, propter quas ex-
cuſantur recuſantes iurare à tali iuramen-
39 to. † Quæri ſolet iuxta prædicta, An a-
ctor, & reus poſſit petere, & obtinere
ſententiam ſuper tali iuramento calum-
niæ in eadem inſtantia, & abſque nouo
proceſſu, & dicitur poſſe, ſecundum Pa-
normitan. in capitul.cum in cauſa, nume-
ro vigeſimoſecundo, verſic. quæro nun-
quid, de iuramento calumniæ, Alberic.in
dicta l. ſecunda, numero vigeſimonono,
C. de iureiurando propter calumniam,
Socin. in dicto capitul. cum in cauſa, nu-
mero trigeſimo ſeptimo, verſicul. ſexto
quæro, & numero quadrageſimo, ver-
40 ſicul. duodecimo quæro, in fin. † Nec in
tali declaratione, quod renuens iurare in-
ciderit in præmiſſas pœnas, requiritur
partis aduerſæ citatio, prout Socin. in di-
cto numero trigeſimoſeptimo, verſicul.
ſeptimo quæro, vbi refert ſe ad dicta per

eum in titul. de citatione, & in tit. de con-
feſſis, vide, quæ ad hoc ſentit Panormi-
tan. in eodem capitul. cum in cauſa, nu-
41 mero duodecimo. † Quam opinionem
Socini non ſequor, Nam in omnibus a-
ctibus præiudicialibus, requiritur partis
aduerſæ citatio, & in ſpecie, quod requi-
ratur citatio in declaratoria pœnæ, in
quam quis ipſo etiam iure inciderit ad
Gabriel. libro primo, in titul. de citatione,
ampliat. 37. numero 164. & licet idem
Gabriel. ibidem, ſub numero 165. tradi-
derit multas authoritates pro contraria
opinione, & quod in tali declaratoria
non requiratur citatio, tandem concor-
dando prædicta dicit, quod non requiri-
tur citatio ad caſum ipſo iure in pœnam,
ſed quod bene requiritur ad declarato-
riam caſus, & quod in talem pœnam quis
42 inciderit. † Hic quæri poſſet non ab re,
ſi actor, ſiue reus recuſat iurare de calum-
nia, & ante ſententiam declaratoriam,
de qua ſupra tractaui, decedit, An pœ-
na impoſita non iurantibus tranſeat ad
hæredes; & quod non tranſeat conclu-
dunt, Barthol. in dicta l. ſecunda, §. quod
ſi actor, in fin. Socin. in dicto capitul. cum
in cauſa, numero trigeſimoſexto, in prin-
cip. Paul. de Caſtro in dicta l. ſecunda, §.
quod ſi actor, numero ſecundo, Andr.
Gaillaul a dicta obſeruatione 86. numero
ſexto, & ſeptimo, pagina 152. columna
ſecunda, Panormitan. in capitul. cũ in cau
ſa, numero vigeſimoſexto, de iuramen-
to calumniæ, vbi dicit, quod veritate in-
ſpecta hæc pœna tranſeat ad hæredes,
cum ſtatim ſit pœna commiſſa, licet de-
claratoria requiratur, ſicut nec tranſire ad
hæredes pœnam contumacis in reſpon-
dendo poſitionibus habiti pro confeſſo,
ſi is ante ſententiam moriatur, tradit Lan-
franc. in capitul. ſexto, numero decimo-
43 quinto, in ſua practica. † Sententiam, quæ
ferri debet contra recuſantem, præſtare
hoc iuramentum, ponit Socin. in dicto
capitul. cum in cauſa, verſicul. decimo
quæro, Gaillaul a dicta obſeruatione 86.
numero primo, in fin. pagina 152. colum-
na prima. Et reſpectu actoris eſt, quod
debet dari priuatiua ſui iuris, & abſolu-
toria rei à petitione actoris, ac ſi ius non
foueret. & reſpectu rei eſt, quod iudex
condemnabit eum virtute fictæ confeſ-
44 ſionis. † Quia lite conteſtata datur ſen-
tentia condemnatoria in cõfeſſum, quam-
uis ſecus ante litem conteſtatam, vt ibi-
45 dem Socin. † Cæterum, quid erit dicen-
dum, ſi iudex requiſitus nolit talem ſen-
tentiam ferre contra non volentem iura-
re, & pereat inſtantia iudicij, vtrum pars,
quæ inſtabat, vt iuraretur, habeat aliquam
actionem: Et quid ſi ille, qui recuſauit
iurare, incipiat de nouo agere, An poſſit
contra eum excipi, quod ceciderit, vel
cadere debuerit à cauſa, lite, ac iure ſuo,
& ſic non debeat audiri? Quæſtio eſt
ardua, & valde intricata, vt Socin. in di-
cto capit. cum in cauſa, numero quadra-
geſimoſecundo, vbi ad longum recitatis
aliorum opinionibus id diſcutit, & ex
mente aliquorum, in verſicul. primum,
quando adhuc, ſubdit, quod duo circa
prædicta ſunt examinanda. Primum quã-
do nulla eſt lata ſententia. Secundum,
quando eſt lata ſententia in cauſa princi-
pali, ſecundum iuſtitiam cauſæ, non au-
tem ſecundum iſtam pœnam recuſatio-
nis iuramenti calumniæ. Primo caſu di-
cit, quod poteſt quandocunque agi, &
46 excipi, maximè de iure canonico. † Per
illud enim inſtantia non perit, vt Socin.
ibidem, ac etiam Panormitan. numero
vigeſimoquarto, & Diaz reg. 338. Vanti.
in tracta. Nullitat. in tit. de nullit. ex defect.
iuriſdict. numero 126. Grauat. ad Veſtr.
libro tertio, capitul. quinto, numero ſex-
47 to, vbi de communi. † Quæ ratio Socin.
vera non videtur, & improbatur per ea,
quæ tradit Roman. conſil. 174. & conſil.
220. per pulchras rationes, & præſertim
dicto conſil. 220. ſub numero vndecimo,
& duodecimo, dicit nullibi in iure cano-
nico reperiri cautum, quod inſtantia non
48 terminetur triennali meta. † Vt de iure
ciuili ſtatutum eſt, per text. in l. properan-
dum, C. de iudicijs, ſicut Romanus vbi
ſupra etiam tradit. Quam ſententiam Ro
mani, quod ſcilicet in iure canonico nul-
libi reperiatur cautum, quod inſtantia
triennio non pereat, eſt forte vera, vide-
licet, quod expreſſe cautum non reperia-
tur. Nec ei obſtabit, capitul. venerabilis,
de iudic. quia dictum capitul. patitur plu-
res intellectus, vt videre eſt apud Panor-
mitan. ibi, in princip. & lex, quæ habet va-
rios intellectus, non poteſt induci ad de-
ciſionem

ciſionem cauſarum, Iaſ. in l. admonendi, numero ſexageſimo ſeptimo, & ſequent.ff.de iureiurando.Bellon.conſil.51. numero ſexto. Militat tamen contra Roman. communis opinio, de qua Grauatius
49 vbi ſupra. † Firmant verò Panormitan. in dicto capitul. cum in cauſa, numero vigeſimoquarto,& Socin.dicto numero quadrageſimo ſecundo,id non procedere de iure ciuili etiam poſt peremptam inſtantiam, videlicet, quod poſſit
50 quandocunque agi, & excipi. † Secundo caſu dicit Socin. vbi ſupra, quod ſi fuit petitum, vel exceptum, vt procederetur ſecundum iſtam pœnam, & hoc non obſtante iudex ſententiauit ſecundum iuſtitiam cauſæ principalis, non debet audiri amplius in alia inſtantia, ex quo illa petitio, & exceptio fuit reprobata, ſiue ſit reprobata expreſſe,ſiue tacite; & quod non poteſt vlterius agi, vel excipi, niſi appellatum ſit, quando hæc petitio, & exceptio ordinatur ad eundem finem, & variatur iudicium de plenario ad plenariũ,
51 & ſic obſtabit prima ſententia. † Si verò non fuiſſet oppoſitum in primo iudicio, diſtinguit, quod aut venit per viam exceptionis, & non auditur, quia ante debuit opponere; aut venit per viam actionis, & tunc auditur, quia agit ex alia cauſa, & Socin. in dicto numero quadrageſimo ſecundo,verſic.circa ſecundum membrum tunc, quando non fuit oppoſitum in primo iudicio, non auditur poſtea per viam exceptionis, ſubdiſtinguit; Quod aut nemo agit, & tunc clarum eſt, quod non poteſt excipi; Aut actor agit forte pro exequutione ſententiæ, quam pro ſe reportauit,& tunc excipi poterit hoc mo-
„ do, videlicet; *Dico quod tu non es au-*
„ *diendus, quia debes cadere a cauſa, quia*
„ *noluiſti iurare, & ſic peto per iudicem te*
„ *condemnandum, cum de hoc delicto,*
„ *& contumacia conſtet per acta notorie.*
Quem excipiendi modum ponit etiam Panormitan. in dicto capitul.cum in cauſa, numero vigeſimoquinto, verſicul. Quoad ſecundum. Aut reus id intentat per viam actionis, & debet audiri, ſi non fuit alias exceptum in primo iudicio. Diſtinguit etiam, quod aut ſententia lata ſuper negocio principali fuit exequutioni demandata, & tunc neſcit quomodo poſſit reus agere ad dictam pœnam, cum per ſolutionem eius, quod debetur extincta ſit omnis actio actoris, & ſic ab actione non valet cadere; Aut ſententia non eſt exequutioni demandata, & tunc reus debet audiri, ſi intentat per viam actionis, ſi vero pro reo, qui ratione non præſtiti iuramenti debebat haberi pro confeſſo, lata ſit ſententia abſolutoria, dubitari poteſt, An actor poſt dictam abſolutoriã latam ſuper negocio principali agere contra reum ratione non præſtiti iuramenti poſſit, vt habeatur pro confeſſo; & nihilominus, Socin. in dicto numero quadrageſimo ſecundo, in fin. inclinat in opinionem, quod reus non obſtante tali abſolutione obtenta poſſit haberi pro confeſſo, ex quo ipſe noluit iurare, & ſic contra reum eſt præſumptio calumniæ, & ſimiliter præſumitur, quod per calumniam ſit abſolutus. Hæc eſt materia ardua ex ſe, & magis ardua, & intricata redditur ibi a Socino, vbi eum late videre poteris, ac etiam Panormitan.in dicto capitul. cum in cauſa numero vigeſimotertio, & ſequen. & vnum tantum dico, quod dum prædicti tractant poſt ſententiam latam ſuper negocio principali,egrediuntur fines quæſtionis ab ipſis propoſitæ, & à me tactæ ſupra hoc eodem cap. numero quadrageſimoquinto, quæ eſt circa peremptionem inſtantiæ, & nouam actionem intentatam, & non circa ea, quæ aguntur poſt latam ſententiam; nam ſi ſententia eſt lata, & in termino, non
52 poteſt dici perempta inſtantia. † Et circa hanc materiam breuiter dicendum puto reſecatis ſuperfluis ſubtilitatibus, quod ſi actor iurare nolit cadit a iure ſuo, & reus renuens iurare habetur pro confeſſo, & hæc habentur per iudicis ſententiam, vt ſupra dixi, & ſic patet, quod non ſequuta ſententia ſuper tali recuſatione iuramẽti, & caſu in pœnas ſupra expreſſas,& exprimendas etiam infra capitul. vigeſimoprimo, non oritur actio (circumſcripta pro nunc illa ventilata quæſtione, an ex ſententia oriatur actio) ſeu exceptio pro illo, qui inſtetit de calumnia iurari. Perempta itaque inſtantia nullam poteſt dici remanere actionem, ſeu exceptionem ſuper incurſu pœnarum prædictarum, ob non præſtitum iuramentum calumniæ,

lumniæ. Et idem dico ſi non eſſet perempta inſtantia, ſed ab actore derelicta, & ceſſa vna cum actione priori intentata, & conuolatum eſſet ad nouam inſtātiam, & actionem. Et ſic habemus breuiter expeditam quæſtionem poſitam, ſupra nu-
53 mero quadrageſimo quinto. † Iudex tamen, qui requiſitus noluit procedere ad ſimilem declarationem, male facit non miniſtrando iuſtitiam parti petenti ſuper dicta declaratione caſus in præfatas pœnas ob iuramentum calumniæ petitum, & neſcio quomodo in foro conſcientiæ tutus eſſe poſſit, & quòd non teneatur parti prædictæ petenti ad reſtitutionem damnorum, & intereſſe in foro Poli, & in foro fori etiam in ſindicatu ob non miniſtratam iuſtitiam, & dico de ſindicatu intelligendo de officialibus, qui tenentur ſtare ſindicatui; aliqui enim non te-
54 nentur ſtare. † & ad ea, quæ Socin. tetigit, An de præmiſſis, quod ſcilicet actor ab actione ceciderit, vel quod reus pro confeſſo haberi debuerit, agi, vel excipi poſſit poſt ſententiam latam non ſuper tali recuſatione iuramenti, ſed ſuper negocio principali, & iuſtitia cauſæ breuiter dicendum duco; quod iuramentum calumniæ ſi petatur à parte præſtari, eſt pars ſubſtantialis iudicij, & ordo illius, vt dixi ſupra capit. ſeptimo, quæ remittere iudex non poteſt etiam de conſenſu partium, vt dixi ſupra capitul. duodecimo, numero trigeſimo ſecundo, & nihil in tali iuramento habet agere iudex, & ſi omittatur, proceſſus, & ſententia ſunt ipſo iure nulla, vt dixi dicto capitul. ſeptimo, quibus ſtantibus, ſi iudex ad vlteriora proceſſerit reiecta tacitè, ſeu expreſſe huiuſmodi petitione iuramenti calumniæ, ſeu exceptione, quod actor ab actione ceciderit, vel reus habendus ſit pro confeſſo, ꝓceſſus, & ſentētia ſunt nulla, ipſo iure ꝑ prædicta, & ſic non obſtabit dicta ſententia neque aliqua reiectio tacita, ſeu expreſſa iudicis ſuper petitione talis iuramenti & condemnatione in pœnas recuſanti iurare impoſitas volenti agere, ſeu excipere in alia inſtantia ſuper non præſtito iuramento calumniæ, & condemnatione propterea fienda, licet Socin.
55 aliter ſenſiſſe videatur. † Quia ſententia nulla non eſt ſententia, l. quarta, §. con-
56 demnatum, ff. de re iudicata. † Et nullum operatur effectum, Roland. conſil. 39. numero decimo tertio, libro primo, Aymo conſil. 216. numero duodecimo, Socin. conſil. 18. numero vigeſimo. libro
57 primo. † Poſt ſententiam igitur prædictam latam ſuper negocio principali, & iuſtitia cauſæ puto illæſum ius remanere tum per viam actionis, tum per viam exceptionis dicendi, & excipiendi, quod actor cecidit à iure, & reus debet haberi pro confeſſo, & petendi ſic condemnari, ſi cauſa ſit commiſſa per viam appellationis, ſiue per viam nullitatis tam coniunctim, quam diuiſim, & tam principaliter, quàm incidenter. Nec obſtabit ſi oppoſitum ſit in iudicio, & iudex non obſtante tali exceptione proceſſerit ad vlteriora, & ſic videatur reieciſſe tacite talem exceptionem; & à dicta reiectione non ſit appellatum, & ſic videatur talem reiectionem feciſſe tranſitum in iudicatum. Nam ſi iuramentum calumniæ ſit petitum, & non præſtitum, omnes actus facti ab eo, qui non iurauit, vel à iudice, ſiue expreſſi, ſiue taciti contra petentem tale iuramentum ſunt ipſo iure nulli, vt dixi. Et ſic non obſtat aliqua res iudicata, & quod non ſit appellatum. Quibus addo, quod cum ex actis conſtet de delicto, & contumacia non iurantis notorie, vt colligitur ex modo excipiendi poſito, ſupra numero 51. ex Panormitan. & Socin. conſtat de notoria iniuſtitia iudicis non condemnantis non iurantem, & ſic ob iſtam notoriam iniuſtitiam nullū tranſitum poteſt facere in iudicatum aliqua iudicis reiectio tacita, ſeu expreſſa, etiam ſi appellatum non ſit. Hæc eſt mea ſententia, quam credo veram ex præmiſſis. Reliquas ſubtilitates potius ſcholaſticas, q̄ forenſes, & quæ ad mille non accidunt annos, vide per te apud eundem Socin. dicto numero quadrageſimo ſecūdo. Ali-
58 quando † euenire ſolet, quod iudex pronunciat actorem cecidiſſe à cauſa, vel reū habitum pro confeſſo ob iuramentum ex aduerſo petitum, & non præſtitum: pars vero aduerſa dicit, ſe nō eſſe contentam, vt pronuncietur actorem cecidiſſe à iure ſuo, vel reum haberi pro confeſſo: & ſic pœnis non eſſe contentum impoſitis recuſantibus iurare de calumnia; ſed inſtat

cogi præciſe ad præſtandum hoc iura-
mentum; quod facere non poteſt ex Spe-
cul. in tit. de iuramento calumniæ, dicto
§. quinto, numero ſexto, in fin. quem re-
fert, & ſequitur Panormit. in dicto capi-
tul. cum in cauſa, numero decimooctauo,
in fin. Socin. in dicto numero quadrage-
ſimo, verſic. tertio decimo, vide ad præ-
dicta, quæ latè traduntur infra capitul.
decimoſexto, numero 135. 136. 137. &
140. Notandum tamen eſt, quod non
ſemper actor renuens iurare de calumnia
cadit à iure ſuo, & reus habetur pro con-
59 feſſo. † Nam excuſatur quilibet ipſorum
ex omni cauſa legitima, per quam quis
poteſt recuſare iuramentum preſtare. So-
cin. in dicto capitul. cum in cauſa, numero
trigeſimoſecundo, & quadrageſimoocta-
uo, & in capitul. cæterum, de iuramen-
to calumniæ, quæ cauſæ plures ſunt. Pri-
60 ma † cauſa legitima eſt ratione iudicis,
cum is forte eſſet, coram quo non coge-
retur iurare renuens, quamuis coram
omni iudice ſit de calumnia iurandum.
Socin. in dicto capitul. cum in cauſa, nu-
mero quadrageſimonono, in princip. Id
autem, quod dicitur coram omni iudice
iurandum intelligitur de iudice, qui com-
petens ſit, & coram quo præſtari poſſit
61 hoc noſtrum iuramentum. † Secunda cau-
ſa legitima eſt, cum ab aliquo exigere-
tur iuramentum hoc præſtari eo tempo-
re, quo illud non teneretur præſtare, So-
cin. in dicto capit. cum in cauſa, dicto nu-
mero quadrageſimonono, verſic. ſecun-
da cauſa legitima, vbi iudicio meo fru-
ſtra ponit diſtinctionem, quando peti-
tur præſtari ante, vel poſt litem conteſta-
tam, quia dixi ſuperius capitul. primo, &
capitul. decimo, quod præſtatur tantùm
poſt litem conteſtatam, & non ante ex
communiſſima Doctorum opinione, &
62 apertiſſimi iuris deciſione. † Tertiam cau-
ſam ponit Socin. in dicto capitul. cum in
cauſa, numero quingenteſimo, quæ eſt,
quando cauſa, quæ agitur, eſt talis, in
qua aliquis iurare non teneatur. De cau-
ſis, in quibus neceſſarium non ſit iuramen
tum calumniæ, tractabo infra capitul. vi-
geſimo. Sed quia ibi Socin. dicit in hu-
iuſmodi cauſa cogendum iurare, ſi iudi-
ci id expedire videbitur; Iſto caſu limi-
tandum ſecundum eum, eſt hoc dictum.
Nec omitto, quod quamuis non adeſſet
iſta limitatio, mihi videtur à Socin. nulli-
ter poſita dicta cauſa, ex quo cum non
ſit neceſſarium iuramentum in ſimilibus
cauſis, non eget excuſatione ille, qui non
63 iurat. † Quarta cauſa eſt, quando ambæ
partes expreſſo pacto, vel tacito concor-
darent de non iurando, quia contuma-
cia vnius partis compēſatur cum alterius
contumacia. Marian. Socin. in dicto ca-
pitul. cum in cauſa, numero quinquageſi-
moprimo, Panormitan. ibidem, numero
vigeſimo, & hic cogita, quid intelligen-
dum ſit per pactum tacitum, vt perpen-
dendo Alberic. tradidi ſupra capitul. duo-
decimo, numero decimonono. Et iſto ca-
ſu poterit iudex dicere partibus, ſi vos
non iuratis, ego vos non audiam, quia ſi
ferrem ſententiam, non teneret Socin.
dicto numero quinquageſimoprimo, Bar
thol. Socin. regula 209. in tertia fallentia,
vt dixi ſupra numero trigeſimoſecundo,
capitul. duodecimo. Quæ opinio intelli-
genda videtur, vt procedat ad effugien-
dam pœnam impoſitam nolentibus iura-
re, non autem ad validandum proceſſum
nullum, quia quoad hunc validandum cre
do non ſufficere quod vnius contumacia
cum alterius contumacia compenſetur.
64 † Quinta cauſa legitima eſt, quando quis
vouiſſet, aut iuraſſet non iurare, Socin. in
dicto capitul. cum in cauſa, numero quin-
quageſimoſecundo, ſed quia de hoc di-
cam infra capitul. decimoquinto, in decla-
ratione ſecunda, & tertia: pro nunc de ſu-
per non firmo aliquid; & ſi ibi dicam,
quod tenetur iurare non obſtante, quod
vouerit, aut iurauerit non iurare euane-
ſceret iſta cauſa, ſi vero ibi dicerem non
poſſe cogi, eſſet hæc cauſa legitima ad
excuſandum à pœna ſtatuta nolentibus
iurare, ſed non ad validandum proceſ-
ſum nullum, vt proxime dixi de quarta
65 cauſa. † Sexta cauſa legitima eſt, cum
quis non dolo, vel malitia omittit iurare
de calumnia, ſed potius ob incuriam, &
aliquam inaduertentiam, vel aduerſarij
malitiam, vtpote quando aduerſarius in
loco non conſueto tale iuramentum petijſ-
ſet excipiendo, ad quod altera pars non
aduertiſſet, Socin. in dicto capitul. cum in
cauſa, numero quinquageſimotertio. Sed
quia ſuperius dixi capit. ſeptimo, nullam
iudicij

iudicij partem inconſuetam ad id petendum dici poſſe; ideo ſuper hoc non poterit multum ſe fundare ille, qui non iurauit. Et quatenus excuſare velimus hanc ſextam cauſam, & quod ſit legitima, intelligendum id eſſe duco quoad excuſandum à pœna impoſita non iurantibus, non
66 autem à nullitate proceſſus. † Septima cauſa legitima excuſandi ſpectat ad reum, & eſt, quando actor aliquid dolosè peteret, quia iſto caſu contumacia rei compenſatur cum dolo actoris, Socin. in dicto capit. cum in cauſa, numero trigeſimoſecundo.
67 † Et dolus ſuus, & fraus nemini patrocinium debent impertiri, capitul. quæ fraternitatis, §. fin. de Cleric. non reſiden-
68 † Cauſa octaua excuſandi eundem reum, eſt, quando ſumus in caſu, in quo vera eius confeſſio non præiudicaret, & rei qualitas id exigeret, veluti quando actor tale quid petijſſet, & expreſſiſſet in ſua narratione, & petitione, propter quod reus eſſet abſoluendus, exempli gratia (vt vtar exemplo, Gloſ. infraſcriptæ.) Tu agis contra me, quod per metum, qui caderet in conſtantem virum, confeſſus ſum accepiſſe à te mutuo cētum; ex hoc enim, quod tu dicis per metum me confeſſum fuiſſe ſum abſoluendus, Gloſ. in dicta l. ſecunda, dicto §. fin autem reus, in verbo, rei qualitas, Socin. in dicto capit. cum in cauſa, numero trigeſimoſecundo, & Panormitan. numero decimoquarto, in
69 fin. † Cenſeor enim me confeſſum cum qualitate dictæ narrationis, & petitionis dicta Gloſ. in dicto verbo, rei qualitas.
70 † Et ille qui non vult iurare debet allegare cauſam, ob quam non vult iurare, vt innuit Socin. in dicto capitul. cum in cauſa, numero trigeſimoſexto, verſicul. aduerte tamen quia dominus meus, in fin. Ego autem credo non ſolum eſſe neceſſe allegare cauſam, ſed etiam illam probare ſaltim ſummarie in actis, aliàs quod non ſufficiat allegatio nolenti iurare, nec ad effugiendas pœnas impoſitas non iurantibus, neque ad effugiendam nullita-
71 tem proceſſus, & ſententiæ. † Cæterum ad hoc, vt quis cadat à cauſa ſi eſt actor, vel habeatur pro confeſſo, ſi eſt reus, requiritur de neceſſitate, vt ſit monitus à iudice, & non ſufficit quod ſit monitus à nuncio ad iurandum de calumnia, Ita voluit Curt. in dicta l. ſecunda, §. quod ſi actor, numero primo, ſecundo, & tertio, C. de iureiurando propter calumniam, & dicit ſic tenere Barth. poſt Andr. de Barulo in l. locorum, C. de omni agro deſerto, libro vndecimo, ſubdens eodem numero ſecundo, aliquos inſulſe falſum iſtud dictum Barth. aperto ore dixiſſe, & quod male loquuti ſunt. Quam Curt. opinionem limitandam puto, quando in loco non adeſſet ſtilus, ſeu conſuetudo, quæ eſt altera lex, & ſæpenumero interpres legis in contrarium, videlicet, quod ſufficeret per nuncium moneri ad iurandum, præcedente tamen monitionem nuncij decreto iudicis, quia dictum iuramentum defertur authore prætore, vt dixi ſupra,
72 capitul. ſexto, in princip. † Prout etiam dicitur de monito reſpondere poſitionibus, qui ſi non reſpondeat habetur pro confeſſo, Dec. conſil. 34. numero ſecundo, Speculat. in titul. de poſitionibus, §. nono, numero quarto, Mandoſ. in tracta. de monitorijs, quæſtio. quadrageſimaſexta, Iodoc. in ſua Pract. ciuili, capit. 154. numero vigeſimoquinto, Diaz regula 565. Maranta in Speculo, parte 6. in titul. de appellatione, eius diffinitio, &c. numero 358. folio mihi 510. Petr. Vanderan. in Pract. libro tertio, capitul. quarto, axiomate tertio, Cepolla cautela 50. vbi dat cautelam, ne habeatur pro confeſſo, Viuius libro ſecundo, opin. 678. numero decimonono.
73 † Et ſicut habetur pro confeſſo, ſi non reſpondeat, ita etiam pro confeſſo habetur ſi reſpondeat, ſed imperfectè, Bellon. conſil. 65. numero 11. Lallus ſuper Conſtitutionibus Regni, libro ſecundo, rubr. de proceſſu iudicis, numero decimotertio.
74 † Verum non habetur pro confeſſo iuſſus reſpondere Poſitionibus, niſi concurrant hæc tria, videlicet, quod ſit præſens in iudicio, & ſint ſibi lectæ Poſitiones. Secundum quod ſit iuſſus à iudice. Tertium, quod ſine rationabili cauſa recuſet reſpōdere: Quæ probantur ex Diaz vbi ſupra, Donato à Fina in Enchiridion, regul. iuris, libro tertio, in verbo, poſitio, in verſicul. poſitionibus, Papien. in Gloſ. in verbo, eidem tranſmiſſarum, in rubr. forma excipiendi contra poſitiones, Addent. ad Pap. in rubr. forma Poſit. actor. in Gloſ. ponit per ſacramentum calumniæ, numero

ro quarto, litera C, in verbo, confeſſo.
Ex quibus conſtat debere eſſe monitum
à iudice, vt habeatur pro confeſſo con-
tumax in reſpondendo poſitionibus. Cau
75 ſæ † autem iuſtæ non reſpondendi poſi-
tionibus, ſunt omnes illæ, propter quas
monitus non tenetur reſpondere, qua-
rum aliquas breuiſſimè enumerabo ad
publicam tironum vtilitatem, cum mate-
ria poſitionum frequens ſit in iudicijs.
76 † Primo monitus non tenetur reſponde-
re poſitionibus criminoſis, Pap. in for-
ma excipien. contr. poſit. in Gloſ. dete-
gentes periurium, numero ſecundo, & ibi
Zilett. & Maſſuer. in Addit. in verbo, po-
ſitioni. Iodoc. dicto capitul. 154. nume-
ro vigeſimoſecundo, Lanfranc. dicto ca-
pitul. ſexto, numero decimoquarto, Ve-
ſtri. in Practic. libro quinto, capitul. deci-
moquarto, de Poſitionibus, & ibi Gra-
uat. ſub numero quinto, verſicul. idque
dum, numero decimoquarto, Lallus in
dicta rubric. de proceſſu iudicis, numero
decimonono, Gozadin. in repetition. l. is
apud quem, numero decimoſeptimo, C.
de eden. Speculat. in titul. de Poſitioni-
bus, §. ſeptimo, numero quadrageſimo,
Barthol. in l. tranſactione, C. de tranſa-
ctioni. Caputaquenſ. deciſio. 327. ſeu pri-
ma, numero quinto; in verbo, poſitiones,
& articuli, parte ſecunda, Rota deciſio.
749. numero primo, parte tertia, libro ter-
77 tio, in impreſſis diuerſorum. † Sed iſta con
cluſio patitur aliquas limitationes, qua-
rum prima eſt, quod dicta concluſio pro-
cedit, quando iudex interrogat, & facit
poſitiones inſtante parte, non autem,
quando eas facit ex officio, quia dum po-
nit, & interrogat ex officio, tenetur reus
reſpondere poſitioni criminoſæ, Pede-
mont. deciſiò. 66. numero vndecimo, vbi
78 alios citat. † Secundo fallit principalis
concluſio, quando poſitio criminoſa con-
cernit tãtum pecuniarium incommodum,
Gozadin. dicto numero decimoſeptimo.
79 † Tertio fallit, quando ſuper quo interro-
gatur, locupletaretur cum aliena iactura,
Grauat. ad Veſtr. ſub dicto numero quin-
to, dicto verſicul. ſed dum, numero deci-
80 mooctauo. † Quarto fallit in cauſa cri-
minali, in ea enim tenetur reſpondere,
Purpurat. in dicta l. is apud quem, nume-
81 ro decimotertio. † Quinto fallit, quando
crimen, de quo agitur in poſitione conſta-
82 ret in actis, quæ notorium faciunt. † Et
notandum eſt, quod poſitio detegens tur-
pitudinem dicitur criminoſa. Rota dicta
deciſio. 749. numero tertio, & ſuapte na-
tura talis poſitio eſt criminoſa ad hoc, vt
non teneatur monitus illi reſpondere, li-
cet ponens ad hunc effectum ſe non po-
ſuiſſe aſſerat, vt Rota vbi ſupra dicto nu-
83 mero ſecundo. † Secundo monitus non
tenetur reſpondere poſitionibus captio-
ſis. Iodoc. dicto capitul. 154. numero de-
cimoſeptimo, Papien. in dicta rubric. for-
ma opponen. contr. poſition. Lanfr. in Pra-
ctic. dicto capitul. ſexto, numero duode-
cimo, Lallus in dicta rubric. de proceſſu
iudicis, numero decimoquinto, Grauat.
ad Veſtr. dicto numero decimonono, in
84 fin. † Quando autem dicatur poſitio ca-
ptioſa, vide Grauat. dicto numero deci-
monono, Papien. vbi ſupra proximè in
85 verbo, captioſæ. † Nec omittendum du-
co vnam ſpeciem poſitionis captioſę, quę
à pleriſque prauis hominibus concipi ſo-
let non ad eruendam veritatem, ſed ad
illaqueandum aduerſarium ſimplicem, &
eſt talis A, mutuauit B, centum abſque te-
ſtibus amicabiliter, quæ centum B, reſti-
tuit ipſi A, ſimiliter abſque teſtibus: A,
mouet litem contra B, pro dictis centum,
& facit poſitionem, in qua continetur,
quod A, actor mutuauit B, reo dicta cen-
tum, ſi B, reſpondendo negat poſitionem,
peccat, ſecundum aliquos, quem articu-
lum controuerſum ſatis præterire volo
breuitati conſulens; ſi fatetur ſe mutuo
habuiſſe, ſed reſtituiſſe remanet in dam-
no, quia reſponſio probat et contra re-
ſpondentem de mutuo recepto, quoad
reſtitutionem verò ei non crederetur;
quia ſuper ea parte reſtitutionis non de-
fertur iuramentum, Iaſ. in l. manifeſtæ,
numero ſeptimo, verſic. item adde, &
numero octauo, verſic. ego teneo. ff. de
iureiur. Boer. deciſio. 339. numero tertio,
& ſeq. captioſitas autem huius poſitionis
non oritur ex aliquo verbo, captioſo ap-
poſito; ſed ex actu reſponſionis, quia ei
ſimpliciter reſponderi ſine præiudicio
nequit, cum ponens explicet actum mu-
tui, & demat actum reſtitutionis. Cui
poſitioni multiplex fieri poterit reſpon-
86 ſio. † Prima reſponſio eſt dicendo, *Secund*

mihi

mihi B. mutuauit A. reſtitui, Iaſ. dicto numero ſeptimo, Purpurat. in dicta l. manifeſte, numero 34. & ſeq. Alciat. in l. prima, §. ſi quis ſimpliciter, numero 74. de verborum obligatio. Ripa in l hæredes, num. 31. ff. de vulgar. & pupill. Grauat. vbi ſupra num. 14. Silua Nuptial. in verbo, monitoriæ, nu. 53. Maranta in Speculo in 6. par. principali, in 5. caſu iudiciali. num. 28. Gomez. var. reſolut. cap. 2. num. 3. Boer. deciſ.
87 339. † Secunda reſponſio eſt dicendo, *Nihil mihi B. mutuauit A. ex quo ipſi A. ſim debitor*, & iſtam reſponſionem reperire
88 licet apud Iaſ. & alios ſupra relatos. † Tertia reſponſio eſt dicendo, *Nego contenta in poſitione eſſe vera eo modo, quo continentur*, Couarruu. dicto cap. 2. num. 3. vbi reddit rationem, quod licite poſſit id facere, cum actor malitioſè perat, & iudicium proſequatur, & ponat tantum de mutuo, quod non eſt amplius mutuum ſtante re-
89 ſtitutione, † & nulla competat actio, quæ per ſolutionem fuit extincta, §. primo, In-
90 ſtit. titul. quib. mod. tollit. oblig. † Sed dicta reſponſio reincidit in eam, quæ paſſim fit, & ſcribitur per notarios, *Non credit vt ponitur*, quæ forma reſpondendi non eſt bona, vbi ſtatutum viget, quod poſitionibus ſimpliciter reſpondeatur, Speculat. in tit. de poſition. §. ſeptimo videndum, nu. 23. Luc. Pet. in praxi Capitolin. capit. 4. de poſition. numero ſecundo, libro ſecundo, Licet Papien. in forma except. contr. poſition. ſuper verbo, primo quod, numero ſexto, id non voluerit decidere, ſed cogi-
91 tandum reliquerit. † Si tamen poſitio eſſet implicita, in reſponſione ei fienda, admitteretur talis modus reſpondendi, non obſtante ſtatuto prædicto, Petus dicto capitulo quarto, numero vigeſimo.
92 † Quarta reſponſio poteſt eſſe dicendo, *Nego contenta in poſitione ad effectum, & finem, ad quem ponitur, fuiſſe, & eſſe vera, & aliquid amplius ex ea cauſa debe-*
93 *ri*, & iſthæc eſt tutior reſponſio. † In iſtis terminis dicit reclamandum eſſe iudici, qui eam reformet, Alciat. dicto numero
94 ſeptuageſimo quarto. † Quinta reſponſio, ſed in alio caſu poteſt eſſe, videlicet A. mutuauit B. centum, ſoluit B. in vna manu vigintiquinque, in alia manu alia vigintiquinque, & in alia manu pro reſiduo quinquaginta, in ducentis cadis

olei, & hoc modo B. reus concipit poſitionem. Sed A. actor concipit reſponſionem, vt infra, videlicet. *Præmiſſa proteſtatione quod reſponſio ad poſitionem partis aduerſæ nullo modo diuidi poſſit, neque valeat in parte acceptari, & in parte refelli: ſed in totum prout iacet approbetur, vel prorſus recuſetur, cum intentionis ſuæ non ſit aliter reſpondere, quàm tota reſponſio ſimul cantat, & quatenus integra reſponſio, prout iacet non acceptetur, vult eam haberi pro non facta, irrita, & nullius momenti, & ſub hac expreſſa conditione reſpondens, & non aliàs, aliter, nec alio modo dixit primas duas partitas concernentes pecunias eſſe veras; oleum autem recepiſſe, ſed ab aduerſario donationis titulo datum, non autem ad computum dicti mutui.* Quam reſponſionem dicunt quidam Practici Neoterici in totum acceptandam eſſe, vel reſpuendam, & verum eſt propter illas dictiones reſolutiuas dictæ reſponſionis, videlicet, non aliàs, aliter, nec alio modo. Et propter proteſtatio-
95 nem, & conditionem appoſitam. † Ego tamen credo, quod cum in præmiſſa reſponſione fit facta reſponſio ſub conditione, poterit iudex cogere A. ad reſpondendum præciſe ſub comminatione de habendo ipſum pro confeſſo, quia conditio, ſub qua reſpondet nihil ineſſe ponit. Et quamuis prædicta videantur militare, quando fit partitum litis deciſiuum, habent locum etiam in poſitionibus, quia faciens poſitionem ſub iuramento litis deciſiuo negare non po-
96 teſt, quod faciat poſitionem. † Tertio, non tenetur monitus reſpondere poſitionibus incertis, Gloſ. in dicta l. ſecunda, §. quod obſeruari, in verbo, exiſtimat, verſiculo, ſic ergo nota, Speculat. in titul. de poſitionibus, §. ſexto, numero decimoſeptimo, Papien. vbi ſupra
97 in Gloſ. incertæ, numero ſecundo. † Ad quod notandum eſt, quod poſitiones fieri non debent ſub diſiunctiua, quia diſiunctiua continet incertitudinem, Lallus in dicta Rubrica, de proceſſu iudi-
98 cis, numero vndecimo. † Quarto, non tenetur monitus reſpondere poſitionibus Generalibus, Speculat. in d. tit. de poſitionibus, §. ſeptimo videndum, numero 19.

Papien.vbi ſupra in gloſ.generales, & ibi
Maſſuer.Iodoc.in d.cap.154. numero 16.
Alciat.in dicta l.1.§.ſi quis ſimpliciter,nu-
mero 72.verſicul.ego puto, vbi dicit iudi-
cem non debere admittere poſitiones ita
generales in cauſa mutui, Lallus vbi ſupra
numero decimoquarto, & iſtæ poſitiones
generales ſemper interpretantur contra
ponentem,vt per Bero. conſil.160. nume-
99 ro ſecundo,libro ſecundo. †Quinto,non
non tenetur monitus reſpondere poſitio-
nibus non habentibus tempus expreſſum,
Miſinger.centur prima, obſeruatione 92.
Addent.ad Lanfranc.in Pract. dicto cap.
6. verſicul.limitabis iſtud dictum, ſcilicet,
100 ſub numero decimoſeptimo. †Sexto,non
tenetur monitus reſpondere poſitionibus
obſcuris,Papien.vbi ſupra, in gloſ.obſcu-
ræ, numero primo, Iodoc. dicto capitul.
101 154.numero vndecimo, †Septimo, non
tenetur monitus reſpondere poſitionibus
impoſſibilibus, Iodoc. dicto capitul.154.
numero vigeſimoprimo, Papien. vbi ſu-
102 pra,in Gloſ.impoſſibile. †Octauo,non te-
netur monitus reſpõdere poſitionibus im
pertinentibus,Iodocus vbi ſupra,num.10.
Papien. vbi ſupra, in gloſ. impertinentes,
Lanfranc.dicto capit.6.numero ſeptimo,
Miſinger.centur.5.obſeruat. circa mediũ,
in verbo, & non admittendi, Grauat. vbi
ſupra in additio.dicto cap.14. ſub numero
quinto,in dicto verſic.idque dum,ſub nu.
103 19. †Sed quod contrarium ſeruetur de ſti
lo,& quod reſpõdere teneatur voluit Ro-
ta deciſ.24. de teſtibus.in Antiquis, & de-
104 ciſ.2.de ſequeſtr.poſſeſſ.in nouis. †Quan-
do autem poſitiones, ſeu articuli dubita-
tur an ſint pertinentes, vel impertinentes,
ſunt à iudice admittendę, ne proceſſus re-
tardetur, & iſto caſu conſueuerunt admit-
ti cum clauſula, *Saluo iure impertinen-
tium, & non admittendorum*, Gramatic.
deciſ.45.numero quinto, Pariſ.conſil.67.
numero 14.& 38.& ſeq.libro 3.Natta cõ-
105 ſil.20. numero 5. libro primo. † Et dicta
clauſula appoſita facit,vt poſitiones,& ar-
ticuli non admittendi habeantur pro non
admiſſis, Grauat.in additio.vbi ſupra nu-
106 mero vigeſimoſexto. † Et ſi aliquis teſtis
deſuper examinaretur in aliqua poſitio-
ne,ſeu aliquo articulo impertinente,dicta
teſtis, & omnia inde ſequuta reijceren-
tur,Maranta in Speculo parte 6.ſub rubr.
de poſition.& articulor.productione,actu
107 quinto, numero fin. † Et poſitiones,& ar-
ticulos huiuſmodi, ſi impertinentes ſint,
iudex poterit illos, ac illas reijcere etiam
poſt factas probationes, Stracca in An-
notatio.ad Crauett.conſil.23. numero ſe-
108 cundo. † Et neque cum dicta clauſula,
*Saluo iure impertinentium, & non admit
tendorum*, admitti debent ſi ſunt imperti-
nentes, & iudex melius faceret prius di-
ſcutere, an ſint admittendæ, & admit-
tendi necne. Andr.Gaill. Practic.obſer-
uatio.libro primo,obſeruatione 81.nume
ro ſecundo,pagina 143. Grauat.in Addit.
in dicto capitul.14.numero 26.Stracca in
Annotat. dicto conſil. 23. numero primo,
Pariſ.conſil.97.numero 134.libro primo,
& conſi.67.numero 38.libro quarto, Ro-
land.conſil.34.numero 13.libro tertio, Ay
mo dicto conſil. vigeſimotertio, numero
quarto, Menoch.conſil.ſecundo, numero
109 236.libro primo. † Inter poſitiones,& ar-
ticulos, ac etiam capitula videtur aliqualis
differentia, vt conijcitur ex Maranta in di
cto Speculo parte ſexta principali,quarto
actu,rubr.de poſitione,&c. nume. primo,
110 & ſeq. † Hodie autem materia poſitionũ,
& articulorum confunditur, & conſueue-
rũt per eadem verba formari poſitiones,
& articuli,videlicet, diſpoſitiuè ponendo.
Item ponit, &c. & quatenus opus ſit pro-
bare vult,& intendit, vt per Luc. Petus in
Pract.Capitol.libro ſecundo,cap.quarto,
de poſitionibus, & ante eum Frãc.in cap.
fin.de iureiuran.num.2.& Gramatic.con-
ſil.141. numero 10. in Ciuil. Ideo inſimul
tradidi materiam ad vtroſque ſpectan-
tem, maxime autem, cum eadem clauſu-
la, *Saluo iure impertinentium, & non ad-
mittendorum*, apponatur tam poſitioni-
111 bus meris, quàm articulis meris. † No-
no, non tenetur monitus reſpondere po-
ſitionibus iuris tum ciuilis,tum etiam mu-
nicipalis, Papien. vbi ſupra in Gloſ. po-
tius in iure,Iodoc.dicto capitul.154 nume
ro 19.Barthol.in l.1.ff.ſi cert.petat.Specu-
lat. in titul. de poſition. §. ſeptimo viden-
dum,numero vigeſimonono, Franc.in ca
pitul.fin.numero 16.de confeſſ.in 6. Lan-
franc.in dicto capit.6.nume.10.Miſinger.
centur. 5.obſer. 88. circa medium, verſic.
quia ad articulum iuris, Gl. in d.l.2.in ver-
bo,exiſtimat, §.quod obſeruari, C.de iure
iuran-

iurando propter calumniam, Franciſcus
Curt. in l. ſi quis ex falſis, numero vigeſi-
112 monono, C. de tranſactionibus. † Et dicen
tur poſitiones iuris etiam, quando conti-
nerent illa verba, *Solemniter*, & *Legiti-
mè*, Lanfranc. dicto capit. ſexto, numero
113 decimo, in fin. † Decimo, non tenetur mo-
nitus reſpondere poſitionibus in conſue-
tudine fundatis, ſecundum Pap. in dicta
114 Gloſ. potius, numero tertio. † Contra-
rium tamen, & verius, quod ſcilicet te-
neatur reſpondere, tradiderunt Lanfran.
dicto capitul. ſexto, numero decimo, Mi-
ſinger. dicta obſeruatione 88. circa me-
dium, verſicul. ſecus eſt in poſitione. Quia
115 † quamuis conſuetudo ſit altera lex, & di-
catur ius non ſcriptum, vt dixi ſupra ca-
pitul. decimotertio, numero duodecimo,
vt poſitioni fundatæ in iure non ſit reſpō-
dendum, vt dixi ſupra nume. 111. ea quæ
dixi ſupra nume. 111. intelligi debent de
iure ſcripto, & quod monitus reſponde-
re, non teneatur reſpondere poſitionibus
fundatis in iure ſcripto ciuili, ſeu munici-
pali, non autem intelligitur de poſitioni-
116 bus fundatis in iure non ſcripto. † Vnde-
cimo, non tenetur monitus reſpondere
poſitionibus in caſibus, in quibus iura-
mentum litis deciſiuum recuſare poteſt,
Neuizan. conſil. ſeptimo, numero octauo,
Purpurat. in dicta l. manifeſtæ, numero vi
geſimoſecundo, & citata per eum ibi ſub
117 numero 45. † Duodecimo, non tenetur
monitus reſpondere poſitionibus produ-
ctis poſt lapſum termini ad probandum,
Papien. in forma excipien. contr. poſitio.
verſicul. primo, numero primo, Maranta
in pract. in 6. parte princip. in quarto actu
118 iudiciali, numero decimo. † Iſtud tamen
fallit, quando iudex ex officio faceret po-
ſitiones, illas enim facere poteſt iudex,
nedum poſt lapſum termini ad proban-
dum, verum etiam poſt concluſum in cau
ſa, ſecūdum Gaillaulam Pract. obſeruat.
libro 1. obſeruat. 107. numero 6. pag. 190.
col. 1. Vbi id ampliat non ſolum ad decla-
rationem retro actorum, ſed etiam in vim
nouæ probationis, & ad fundandam in-
119 tentionem partis. † Quoad iudicem enim
nunquam concluditur, vt Gaill. dicta ob-
ſeruat. 107. num. 5. pagina 189. & dixi ſu-
120 pra cap. 10. nume. 50. † Decimotertio, non
tenetur reſpōdere poſitionibus ſuperfluis,
Papien. vbi ſupra, in Glo. in verbo, ſuper-
fluæ, Lanfranc. dicto capit. 6. nume. 11. Io-
121 doc. dicto cap. 154. num. 9. † Decimoquar
to, non tenetur monitus reſpondere poſi-
tionibus non diſpoſitiuè, ſed interrogati-
uè conceptis, Veſtr. in Pract. lib. 5. cap. 14.
de poſition. & ibid. Grauat. in addit. verſi.
idque dum, in litera C, nume. 19. Papien.
vbi ſupra, in glo. detegentes, Specul. in tit.
de poſitionibus, §. ſeptimo, nume. 20. Ma-
ranta in Pract. in 6. par. princip. in quarto
actu iudiciali, num. 13. Rota deciſ. 3. nu. 1.
de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. in nouis, & co
ram Paleotto deciſ. 396. incipien. produ-
122 ctis, col. 1. in manuſcriptis. † Iſtud tamen
fallit in præparatorijs, quæ ab aliquibus
vocantur poſitiones ante litem conteſta-
tam, ſed impropriè, & fiunt interrogatiuè,
& tamen eis reſpondendum eſt, per Rot.
dicta deciſ. 3. de ſequeſt. poſſeſſ. & fructib.
123 † Decimoquinto, non tenetur monitus re
ſpondere poſitionibus non contentis, nō
comprehenſis, nec intellectis ſub iuramē-
to, Gloſ. in dicto §. quod obſeruari, in ver-
bo, exiſtimat, Iodoc. dicto capit. 154. nu. 6.
124 † Decimoſexto, nō tenetur reſpōdere mo
nitus poſitionibus, quibus ſemel reſpōſum
fuit Specul. d. tit. de poſition. §. 6. tractan-
dum, nu. 3. verſ. non ergo reſpōdere, Frac.
125 in c. fi. nu. 10. de confeſſ. in 6. † Et licet Glo.
in d. verbo, exiſtimat, in fi. videatur tene-
re, quod ſæpius ſuper eodem poſſint fieri
poſitiones; dicendum eſt, quod aut d. glo.
procedit in poſitionibus, quæ aliâs fuerūt
negatæ, vel quibus per aduerſariū nō fuit
rñſum, in quibus caſibus ēt adeſſent aliquę
difficultates; Aut ipſa gl. falſa eſt; Nam ſi
rñſum fuit, & confeſſatum, quod ponitur,
eſſet ſuperflua noua poſitio, & incideret
ponens in poſita per me, ſupra c. 2. nu. 3. &
ſequentibus, vbi habetur, quod iurans de
calumnia non exiget probationē, niſi quā
pro veritate putabit neceſſario exigendā.
126 † Decimoſeptimo, nō tenetur monitus rñ-
dere poſitionibus requirētibus aliū, q̄ rñ-
dentem, qui rñdeat Iodoc. d. c. 154. nu. 12.
127 † Decimooctauo, non tenetur monitus re
ſpondere poſitionibus contrarijs, Lanfrā.
d. cap. 6. numero octauo, dicta gloſ. in di-
cto §. quod obſeruari, in verbo, exiſtimat.
128 † Immo ſi eis reſponderet, eſſet periurus,
Lallus in dicta rub. de proceſſu iudicis, nu.
129 26. † Decimonono, non tenetur monitus

reſpondere poſitionibus aliàs deciſis per
iuramentum, Grauat. in additio. ad Ve-
ſtri. dicto capit. decimoquarto, in litera C,
in dicto verſicul. idque dum, numero de-
130 cimonono. † Vigeſimo, non tenetur re-
ſpondere monitus poſitionibus continen
tibus vtrum reſpondens bona, vel mala
fide poſſideat, Grauat. in dictis Addition.
131 dicto numero decimonono. † Vigeſimo-
primo, non tenetur reſpondere monitus
reſpondere poſitionibus continentibus fa
ctum alienum, Papien. in dicta rubric. in
Gloſ. & in facto alieno, l. fin. in fin. ff. pro
ſuo, l. Marcellus, §. fin. vbi Gloſ. in verbo,
de alieno facto, ff. rerum amotarum, Glo.
in dicto §. quod obſeruari, in dicto verbo,
exiſtimat, Speculat. in dicto titul. de poſi-
tion. §. quinto, numero vndecimo, Gra-
uat. ad Veſtr. dicto cap. decimoquarto, nu
mero 19. verſicul. nec ſupet facto, Peru-
ſin. deciſio. octaua, numero 15. Lallus in
dicta rubric. de proceſſu iudicis, nume. 17.
Gloſ. in cap. 2. in verbo, abſque rationabi-
li, circa princip. verſicul. item ſi ſit de facto
alieno, de confeſſis, in ſexto, vide tamen
Miſinger. centur. 5. obſeruatione 54. con-
trarium tradentem cum aliquali tamen
132 moderatione. † Ad quod ſciendum eſt,
quod ſi tales poſitiones ſuper alieno fa-
cto fiant, & reſpondens ſciuerit, ſi con-
uincatur de mendacio, poterit cõtra eum
iurari in litem, Grauat. ad Veſtr. dicto ca-
pitulo decimoquarto, numero vigeſimo-
133 quinto. † Vigeſimoſecundo, non tene-
tur monitus reſpondere poſitionibus ne-
gatiuis, Iodoc. d. capit. 154. num. 15. Gra-
uat. ad Veſtr. d. cap. 14. verſic. idque dum,
num. 19. dicta gloſ. in dicto §. quod obſer-
uari, in dicto verbo, exiſtimat, verſic. item
videtur, gloſ. in cap. 1. in verbo, negatiuas,
de confeſſis, in 6. Specul. in tit. de poſition.
§. quinto ſupereſt, nume. 15. & ſequentib.
Paleott. dicta deciſ. 396. in verſicul. item
etiam dictum fuit, Maſcard. de probatio.
134 concluſ. 1177. nume. 29. † Contrarium au-
tem videlicet, quod admittendæ ſint tales
poſitiones, & eis reſpondendum videntur
ſenſiſſe Papien. vbi ſupra, in gloſ. ac nega-
tiuæ, numero primo, Lanfranc. in dicto ca
pit. 6. numero. gloſella marginalis ad gloſ.
in dicto verbo, exiſtimat, Maranta in Spe
culo dicta parte 6. princip. quarto actu, nu-
135 mero primo, in fin. † Quas duas contrarias
opiniones diſtinctionum fœdere conci-
liandas exiſtimo, vt ſcilicet prima opinio
negatiua locum habeat, ſi pars aduerſa
producat, & inſtet reſpondere. Secunda
vero opinio affirmatiua procedat, quan-
do iudex ex officio quærit, & hæc colli-
guntur ex dicta gloſ. in dicto verbo, exi-
136 ſtimat, in fine. † Vel quod prima opinio
procedat in negatiuis meris, & non coar-
ctatis loco, & tempore, Grauat. in addit.
ad Veſtr. dicto capitul. decimoquarto, nu-
me. decimonono, verſic. nec inſuper, Pa-
leott. in dicta deciſio. 396. verſiculo, item
etiam dictum fuit. Secunda vero opinio
in negatiuis non meris, nec coarctatis lo-
137 co, & tempore. † Vel quod prima opinio
procedat, quando iudici videtur iuſta de
cauſa, & æquitate ſuadente tales poſitio-
nes minimè admittendas, ſecunda verò
opinio, quando iudici ex eadem cauſa, &
æquitate videtur tales poſitiones admit-
tendas, & hæc colliguntur ex dictis per
Specul. in dicto numero decimoquinto,
& ibidem nume. decimooctauo, Paleott.
dicta deciſio. 396. col. ſecunda, in manu-
ſcriptis, & hæc diſtinctio fuit Franciſcus
Curt. in tract. de poſitionibus, numero 36.
teſte Franc. Hercul. de proban. negat. nu-
138 mero 209. † Et eam reprobat Hercul. ibi-
dem, ex ea ratione, quod nihil particulare
eſſet in poſitionibus negatiuis, cum & af-
firmatiuas reijcere poſſit iudex, ſi cogno-
uerit illas impertinentes, & non neceſſa-
139 rias. † Vel diſtingue cum dicto Hercu-
lan. vbi ſupra, quod aut conſtat de mani-
feſta iniquitate, & calumnia poſitionum
negatiuarum, quas admitti inſtatur, &
quibus reſponderi petitur, vt puta ſi eſ-
ſent improbabiles, & tunc procedat pri-
ma opinio negatiua ex capitulo primo,
de confeſſis, in ſexto, in verbo, æqui-
tate, arguendo à contrario ſenſu; Aut
apparet de manifeſta æquitate, & tunc
admittantur, vt quando conſtat negati-
uas eſſe probabiles; & hoc idem ſer-
uandum dicit, quando eſſemus in du-
bio, an admittendæ eſſent, nec ne, &
quod tunc fauore probationis admitti
140 debeant. † Subdit etiam Herculan. di-
cto numero ducenteſimonono, in fine,
quod quando poſitiones negatiuæ admit-
tuntur, ibi & contra præſumptionem iu-
ris, & de iure admittuntur ex Dec. cõſ. 64.

numero

141 numero quinto. † Vel diſtingue, quod aut debens reſpondere nouit veritatem poſitionum negatiuarum, & tunc procedat ſecunda affirmatiua præmiſſa opinio, vt declarat Speculat. in titul. de poſitionibus, §. quinto ſupereſt, ſub numero decimoſeptimo, circa fin. verſic. & is contra quem. Prima verò negatiua procedat, quando is, quem reſpondere petitur, ignorat veritatem poſitionum negatiuarum. Et iſto primo caſu cogi poteſt ad reſpondendum monitus ex Speculat. vbi ſupra proxime. Secundo caſu præmiſſo non poteſt cogi.
142 † In dubio autem præſumeretur dictarum poſitionum negatiuarum ignorantia, quæ regulariter præſumitur, l. verius, ff. de probationibus, & ibi Gloſ. in verbo, obligata, Cephal. conſil. 441. numero 77. libro tertio.
143 † Vigeſimotertio, non tenetur reſpondere monitus poſitioni alternatiuæ. Fräc. in capit. fin. numero 13. de confeſſ. in ſexto.
144 † Fallit tamen iſtud, quando talis alternatio proueniret ex contractu. Additio ad Speculat. in addit. magna, verſic. non admittitur poſitio, numero 16.
145 † Vigeſimoquarto, non tenetur monitus reſpondere poſitionibus datis per modum exceptionis, Luc. Petus in Practica Capitol. cap. 4. numero 10.
146 † Vigeſimoquinto, non tenetur reſpondere monitus poſitionibus, quę continent aliquid exiſtens in animo reſponſuri, Paul. de Caſtr. in l. potuit, numero octauo, C. de iure deliberan. Maranta in Speculo parte ſexta princ. memb. 7. nume. 14.
147 † Vigeſimoſexto non tenetur monitus reſpondere poſitionibus concernentibus bonum ius, quando reſponſurus habet authorem obligatum de euictione. Nam licet reſponſurus ſciat bonum ius aduerſarij, non eſt compellendus ad reſpondendum, ne vel negando in periurium incurrat, vel confitendo ſibi pareat præiudicium contra authorem, ad Barth. in l. at qui natura, §. cum me, numero quinto, ff. de negoc. geſt. Corn. conſil. 50. in fin. libro ſecundo, Rimin. conſil. 205. numero 14. libro 2.
148 † Vigeſimoſeptimo, non tenetur reſpondere monitus poſitionibus multiplicibus, Pedemont. deciſ. 176. numero primo, vbi de communi,
149 † & ipſe reſponſurus poteſt inſtare, vt ponens melius explicet factum, & diſtinctè; vel ipſemet reſponſurus valet diuidere multiplicem poſitionem, Specul. in tit. de poſition. §. ſeptimo, numero vigeſimoprimo, Paris.
150 vbi ſupra in Gloſ. multiplices. † Et etiam iudex poterit reuidere poſitionem multiplicem, & eam diuidere, Speculat. d. cto §. ſeptimo, numero vigeſimoquarto.
151 † Vigeſimooctauo, non tenetur monitus reſpõdere poſitionibus detegentibus turpitudinem reſpondentis, quia turpitudinem ſuam nemo debet allegare ex regula vulgata, ſumpta ex l. ſi creditoribus, C. de ſeru. pign. dat. ma. l. tranſactione, la ſecunda, C. de tranſactionib. quam ponit Alphan. in Collectaneis, numero 364. vbi
152 multa in id cumulat. † Prout de poſitione detegente periurium reſpondentis, & quod ei reſpondere non cogatur monitus, tradit Lallus in dicta rubric. de proceſſu iudicis, numero decimoquinto.
153 † Et de poſitione continente excommunicationem, tenuit Rota deciſio. nona, de reſcript. in Antiquior.
154 † An autem hoc idem dicendum ſit de teſte interrogato de proprio vitio, per quod repelleretur à teſtimonio, prout ſæpe in interrogatorijs contingit fieri, & quod reſpondere debeat, vel non debeat, vide apud Speculat. in titul. de teſte, §. ſexto, numero vigeſimoſecundo, Seraphin. de Priuileg. iuramen. in priuileg. trigeſimotertio, numero 197. Viuium libro tertio, opinio. 912. Bocr. deciſio. 245. numero ſexto, in fin.
155 † Vigeſimo nono, non tenetur monitus reſpondere poſitionibus obiectiuam materiam continentibus, niſi poſitiones ſint bene ſpecificatæ, & diſpoſitiuè conceptæ, Rota deciſio. vigeſimanona, de Teſtibus, in Antiquioribus, quod procedit in materia merè obiectiua, in qua aduerſarius verificata obiectione, vel ius non haberet, vel priuandus, aut aliàs repellendus veniret.
156 † Fallit tamen præmiſſa concluſio in poſitionibus, ſeu articulis licet obiectiuis alicuius defectus, qui ſunt de iure dantis, quia pendent ex gratia obtenta, vt quando ageretur ad verificationem gratiæ, & ſi neutri, in qua obiectio eſt de iure dantis, vt habetur in deciſione prima, vbi additio. de ſequeſtratione poſſeſſionis, & fructuum, in nouis, & ideo in eis non requiritur ex acta ſpecificatio, ſicut in mere obiectiuis, vt ibi dici-
157 tur in verſiculo, ratio quia. † Trigeſimo, non

Non tenetur monitus reſpondere poſi-
tionibus aliàs indebitis, Lallus vbi ſupra
numero decimo octauo. Multi alij ſpe-
cialescaſus poterunt reperiri, in quibus
monitus non tenetur reſpondere poſitió-
nibus;& inſuper alia quamplura dici poſ-
ſent vtilia pro tironibus in materia poſi-
tionum; ſed quià meum inſtitutum fuit
non magnum librum, & refertum mille
varijs materijs, ſed vtilem, & reſtrictum
ad hanc materiam iuramenti calumniæ
edere ſtrictè,in his non immoror; & præ-
dicta dixiſſe ſufficiat quo ad hanc mate-
riam,quia anſam nobis præbuit quædam
in præmiſſis ſymbolizatio inter iuramen-
tum calumniæ, & poſitiones prædictas,
& illarum iuramentum; ſicut enim re-
nuens iurare de calumnia pro confeſſo ha
betur, ita & in poſitionibus nolens re-
ſpondere; Et ſicut in iuramento calum-
niæ nolens iurare ex aliquibus cauſis ex-
cuſatur, ſic in nolente reſpondere poſi-
tionibus obſeruandum eſt, vt ſcilicet ex
præmiſſis cauſis excuſetur. Et redeundo
158 ad noſtrum iuramentum dicitur. † Quod
incidit ad hoc capitulum ſpectans quæ-
ſtio,quod adſunt in multis ciuitatibus ſta-
tuta, vt vnus pro alio teneatur: Quæri-
tur modo, An ficta confeſſio, quæ reſul-
tat ex recuſatione iuramenti calumniæ a-
lij præiudicet,& noceat; & dic quod non
ex Socin.in dicto capitul.cum in cauſa,nu-
mero trigeſimoſeptimo, verſicul. octauo
159 † Quæri etiam poteſt, ſi quando petere-
tur nihil fieri, niſi iurato de calumnia, &
ſibi petenti iurari intimato, & ſic in actis
ſcribatur: & iuretur quidem de calumnia,
ſed non intimetur illi, qui petijt iurari,
An ſit legitimum tale iuramentum, &
procedendo ad vlteriora in cauſa ſine ta-
li intimatione proceſſus, & ſententia ſint
valida, vel inualida: & credo non poſſe
dici proceſſum inualidum, nec ſentētiam
nullam, ex quo eſt iuratum de calumnia,
& ſic eſt ſatisfactum iuri mandanti, quod
160 iuretur de calumnia. † Quod verò inti-
metur eſt proteſtatio, & petitio partis, cui
nullum ius adſtipulatur etiã ſi iudex man-
daret iurari de calumnia cum intimatio-
ne; quia dicta intimatio reſpicit, quod de-
cretum hoc intimetur, & non reſpicit iu-
161 ramentum. † Et quatenus iudex manda-
ret intimari hoc iuramentum, & iuratum
verè ſit, prout ius mandat, dicta intima-
tio non erit pars ſubſtantialis iudicij, ſi-
cut erat iuramentum, vt dixi ſupra capi-
162 tul.ſeptimo. † Præterea alius etiam caſus
accidere poſſet propter inaduertentiam
quorundam petentium de calumnia iura-
ri, vt quando exempli gratia A. poteſt
aliquid probare per teſtes, & per ſcriptu-
ras, & determinat probare per teſtes, &
ideo facit citare ad dicendum contra ar-
ticulos, & videndum deſuper examinari
teſtes; B. reus proteſtatur in termino di-
ctæ citationis, quod non examinentur
aliqui teſtes, niſi iurato de calumnia; A.
determinat vlterius nõ examinare teſtes,
ſed probare per inſtrumenta, & produ-
ctis inſtrumentis non iurato de calumnia
procedit ad ſententiam, quæ fertur in e-
ius fauorem. Dictus B. dicit ſententiam
nullam ex quo A. non præſtitit iuramen-
tum petitum: ſuper qua quæſtione dicen-
dum puto ſententiam latam in fauorem
A. non eſſe nullam, & ratio eſt,quia dum
B.petit iſto modo de calumnia iurari, non
petit pure, & ſimpliciter de calumnia iu-
rari, ſed petit talem actum examinis te-
ſtium non explicari, niſi iurato de calum-
nia, & ſic nullitas reſultans ex iuramento
calumniæ non præſtito, non reſpicit to-
tam cauſam, & generaliter omnes actus
totius cauſæ; ſed reſpicit ſolùm actum
163 examinis teſtium. † Illa enim dictio, *Ni-*
ſi, eſt limitatiua, & inducit permiſſionem
in caſu ſequenti, ad cumulata per Rotam
coram R.P.D. Seraphino in vna Roma-
na de Cincijs, die decimoſeptimo No-
164 uembris.1597.verſicul.& pro eius. † Et li-
mitata cauſa, limitatum gignit effectum,
Tiraquellus in tracta. ceſſante cauſa, par-
te prima, numero 142. & ſic illa dictio,
Niſi, applicata caſui particulari examinis
teſtium debet operari nullitatem illius a-
ctus particularis examinis teſtium, & non
165 nullitatem totius cauſæ.† Contumacia ve-
rò procuratoris an noceat domino, con-
tumacia tutoris, & curatoris, an noceat
pupillo, & minori, contumacia Prælati,
& Sindici an noceat Eccleſiæ, habebis in-
fra capitul. decimoquinto, & decimoſex-
166 to. † Circa quam contumaciam etiam
quæro, An contumacia in non iurando
purgari poſſit. Hanc quæſtionem po-
nit Marian. Socin. in dicto capitul. cum in
cauſa,

cauſa, numero trigeſimooctauo, vbi poſt recitatas multorum opiniones concludit, quod mora poſſit purgari, dummodo res ſit integra, & ius partis non ſit factum deterius. Et quod mora poſſit purgari, tradunt etiam Bartholom. Socin. regul. 209. in ſecunda fallentia, Ioannes Andr. ad Speculat. in titul. de iuramento calumniæ, §. quinto, numero primo, litera D, in verbo, iuſſus, Panormitan. in capitul. cum in cauſa, numero decimonono, de iuramento calumniæ. Vbi dicit eſſe verum hoc ſecundum Dominum Antonium, ſi volens purgare moram ſit paratus iurare nō ſolum de futuro, ſed etiam de præteritis, & quod non calumniæ cauſa, & poſui ſupra capitul. quinto, in fin. & capitul. decimo, numero quinquageſimoquinto, Gaillaula Practic. obſeruatio. libro primo, obſeruatione 86. numero ſecundo, & tertio,
167 pagina 152. columna prima. † Et Marian. Socin. dicto numero trigeſimo octauo, notat id eſſe ſingul. in pœnis legalibus, vt per deſiſtentiam euitentur, & quod poſſit quis vſque ad ſententiam declaratoriā,
168 ſeu condemnatoriam pœnitere, † prout in terminis iuramenti calumniæ dicit Gaillaula dicta obſeruatione 86. numero primo, pagina 151. & 152. & numero ſecundo, pagina 152. columna prima. Quod ſi ſententia euentualis interloquutoria, qua iniungitur parti, vt iuramentum calumniæ præſtet, purificata ſit, tunc ſubſequitur diffinitiua declaratoria; & vſque ad dictam ſententiam diffinitiuam declaratoriam poteſt mora purgari, ita etiam concludit Alberic. in dicta l. ſecunda, numero vigeſimonono, C. de iureiurando
169 propter calumniam. † Immo Curt. in dicta l. ſecunda, numero quinto, voluit ante ſententiam etiam poſt concluſum in cauſa poſſe purgari moram, ſubdens ita tenere Cyn. & Ioannes Andr. & ibidem, Paul. de Caſtro, numero ſecundo, verſicul. ſed quid ſi antequam ſententia feratur, vbi
170 teſtatur ita tenere Doctores. † Quorum opinio forte poſſet habere locum quoad hoc tantùm, vt reus habitus pro confeſſo non ſit, vel quod actor ab actione non ceciderit, & ſic quoad damnum vitandū; non autem quoad validādum proceſſum retro nullum ita, quod nullus non ſit per ea, quæ dixi ſupra capitul. decimo. Et dummodo non ſit lata ſententia diffinitiua declaratoria, de qua Gaillaula loco proximè citato: quia poſt dictam ſententiam declaratoriam diffinitiuam expeditum eſt iudicium, & nihil vlterius rema-
171 net. † Quam opinionem, quod mora purgari poſſit, Socin. dicto numero trigeſimooctauo dicit procedere retenta illa opinione, quod dicta pœna impoſita nolenti de calumnia iurare, non imponatur ipſo iure, vt dixi ſupra hoc eodem capitul. numero tertio, ſed ſecus eſſe ſi imponeretur ipſo iure, quia tunc non admit-
172 teretur moræ purgatio. † Cuius Socini ſententiam in vltimo præmiſſo articulo non probo ductus ea ratione, quia in pœnis etiam ipſo iure impoſitis admittitur purgatio moræ, vt in pœna, l. ſi quis maior, C. de tranſaction. quæ ipſo iure imponitur, tradit Cagnol. in dicta l. ſi quis maior, numero 123. Rota in vna Tiburtina com promiſſi coram R. P. D. Seraphino, die decimonono Ianuarij. 1594. & in alia ſimili deciſione in eadem cauſa coram eo-
173 dem die decimoſexto Iunij. 1595. † & in pœnalibus idem voluit Menoch. de recuper. poſſeſſ. remedio nono, numero 156.
174 † Sed cum iſta materia purgationis moræ ſit difficilis, & valde intricata, vt idem Socin. dicto numero trigeſimooctauo, dicit, extremis labijs aliqua tangam, per
175 quæ moræ purgatio admittitur. † Vt quando aliqua difficultas interceſſiſſet Contard. in l. diffamari, numero decimo, in 9. limitat. verſicul. ideo, Rota in dicta Tiburtina, die decimonono Ianuarij. Maximè quia in caſu noſtro tractatur de dā-
176 no uitando, vt Contard. ibidem. † Item quando adeſſet aliqua iuris ambiguitas, Cephal. conſil. 407. numero trigeſimoprimo, libro tertio, & ſic excuſatur, quando adeſſet aliqua iuris difficultas, An excuſaretur quis, vel non excuſaretur à præ-
177 ſtatione noſtri iuramenti. † Item quando obijceretur aliqua exceptio, admitteretur purgatio moræ, Ioannes Anan. conſil. quinto, numero ſexto, l. ſciendum, ff. de vſur. Purgatur etiam mora ex alijs cau-
178 ſis, & iudici bene viſis. † Infra tamen modicum tempus admittetur talis purgatio moræ, Decian. conſil. 84. numero de-
179 cimonono, volumine primo. † Et re integra, & quando ius partis illæſum remanet,

net, & non aliàs, vt ſupra dixi numero 163. ex Socin. Idem voluit Cagnolin di. cta l. ſi quis maior, numero 113. Parpal. numero 77. Franciſcus Curt. numero 49. & Iaſ. conſil. nono, numero octauo, libro primo, Cephal. conſil. vigeſimoquinto, nu mero quinto, ſexto, ſeptimo, & octauo, libro primo, Grat. conſil. 93. numero quinquageſimo ſexto, libro primo, Capuaquenſ. deciſio. trigeſima, ſeu prima, nume ro tertio, in verbo, mora, parte ſecunda, Bonacoſſus de æquit. canonica, concluſio. nona, verſicul. & poteſt, ac in terminis iuramenti calumniæ, tradit Curt. in dicta l. ſecunda, §. quod ſi actor, numero quinto, C. de iureiurando propter calumniam,
180 † & quando actor tractaret de conſeruando, non autem de nouo iure, quærendo, vt Decian. dicto numero decimonono.
181 † Nec ferri debet, vt quis ad moram purgandam admittatur poſt menſes, & annos ad Decian. conſi. decimo, numero ſe-
182 cundo, volumine primo. † Et dum in purgatione moræ, Gaillaula dicta obſeruatione 86. facit differentiam inter interlocutoriam euentualem præcedentem, & diffinitiuam declaratoriam ſubſequentē, intelligitur in illis Curijs, in quibus ſub præcepto, & comminatione caſus in pœnas non iuranti impoſitas iniungitur, vt pars iuret, per iudicem, ſiue per ſe, ſiue per organum nuncij, vbi talis eſt ſtilus, non autem in Ciuitate mea Tiburtina, in qua non proceditur per ſimilia præcepta, ſeu ales comminationes, ſed ſimpliciter vigore ſtatutorum citatur facta conteſtatione litis ad iurandum, iurarique videndum de calumnia, aliàs pronunciari reum haberi pro confeſſo, & iudex mandat iterato citari ad talem actum, & ſi in ſecunda citatione non iurat, pronunciat reum
183 haberi pro confeſſo. † Nec eſt dubium in ſimilibus declaratorijs diffinitiuis ſententijs, eum, qui condemnatur, ob iuramentum calumniæ petitum, & non præſtitum, debere etiam condemnari in expenſis, quilibet enim victus victori condemnatur in expenſis, l. properandum, §. ſiue autem alterutra, & ibi Gloſ. in verbo, ſiue autem, C. de iudic. Lanfranc. in Practic. in rubric. de expenſis, capitul. vndecimo, numero ſecundo, & ſequen. vbi latè.
184 † Quod ampliant etiam in criminalibus, Petr. de Monte Fort. in Conſtitution. Regni, incipien. pœnam calumniæ, numero primo, ſub rubric. de pœna calumniæ, libro ſecundo, Viuius opin. 404. numero
185 ſexto. † Amplia etiam hoc quod victus victori in expenſis condemnetur, vt locum habeat etiam ſi victor id non petat, Miſinger. centur. quarta, obſeruatione
186 55. † Amplia idem etiam ſi eſſet hæres, qui condemnandus eſt, quia ob id non excuſatur ab expenſis, iuxta tradita per Bal.
187 conſil. 73. in princip. libro tertio. † Nec poteſt excuſari condemnatus ſub prætextu iuſtæ cauſæ, quia ſi adeſſet aliqua iuſta cauſa excuſandi à præſtatione talis iuramenti, nec illum poſſet iudex condemnare, &
188 ſi non adeſt non excuſatur. † Maximè autem non excuſaretur quis ſub prætextu iuſtæ cauſæ, quando expenſæ eſſent promiſſæ in inſtrumento, Cephal. conſi. 265. numero vigeſimoprimo, libro ſecundo.
189 † Maxime etiam ſtante ſtatuto, quod victus victori in expēſis condemnetur, prout eſt in ſtatuti Tiburis, libro ſecundo, capitul. decimo, Gabriel. libro ſecundo, in titul. de expenſis, concluſio. prima, Lanfranc. dicto capitul. vndecimo, Laur. Tennin. in Pract. cautel. 299. Seraphin. de iuramēto, priuileg. 13. numero primo, Turzanus opinione 101. in princip. Diaz regula 274. verſicul. ſecundo limita, Veſtr. in pract. libro octauo, capit. ſecundo, numero decimo, vbi ſub numero vndecimo dictum victum teneri etiam ad vecturas
190 dicit. † Et quamuis in noſtro iuramento locum non poſſit habere ad publicam tironum vtilitatem, poſtquam incidimus in condemnationem expenſarum, prætermittere nolo, quod licet iuſta cauſa excuſet victum ab expenſis, id procedit in reo, & non in actore, qui, ſi victus fuerit, ſemper eſt condemnandus in expenſis, Boſſ. in titul. de præuaricatoribus, & calumn. numero vndecimo, verſiculo, & concluſio. Afflictus deciſio. 328. numero quinto, Gramatic. deciſio. 83. numero primo, & ſecundo, Ioannes de Vicomerc. in repet. l. prima, nume. decimoſexto, C. de eden.
191 † Idque procederet etiam ſi actor ſuccederet in ius alterius, vt placuit Alciato regul. 3. præſumpt. 44. numero ſecundo, ad præmiſſa de expenſis, vide quę dicam infra capit. vigeſimoſecundo, numero tertio,

192 tio, & ſequentibus. Tractandum † eſſet in hoc præſenti capitulo, An pœnæ impoſitæ ſuperius recuſanti iurare de calumnia locum habeant in tertio veniente, & admiſſo, vel vocato ad cauſam, ſed de eo tractabo infra capitul. decimoquinto, in declaratione decimaquarta, vbi id
193 videre poteris. † Præterea quæritur, An infra tempus alicui datum ad iurandum de calumnia, currat tempus eidem iurare debenti ad probandum, ſuper quo vide tradita per Marian. Socin. in dicto capitul. cum in cauſa, numero trigeſimono-
194 no, verſicul. decimo quæro. † Poſtremo in quibuſdam reformationibus Ciuitatis Tiburtinæ meæ patriæ editis de menſe Septembris 1579. continetur, quod nulla mulier minor, ſeu maior annis viginti quinque, nec aliquis maſculus minor annis vigintiquinque, poſſit in iudicio, vel extra iudicium facere aliquem contractum ſine interuentu, & conſenſu duorum proximiorum, & præſentia, ac decreto iudicis Ciuitatis. Ante has reformationes poterant mulieres, & minores libere contrahere ſine præmiſſis. Cum per iuramentum calumniæ mulier, & minor videatur quaſi contrahere, & ſimiliter minor annis vingintiquinque maſculus, cum in cõtumacia poſſint haberi pro confeſſis in caſibus, in quibus eorum, vel ſuorum tutorum, vel curatorum vera confeſſio eis præiudicaret, vt alibi dicam; prout ſimiliter per litis conteſtationem contrahitur, vt per Iodocum inter commun. opinion. Doctorum, in ſuo Enchiridion Parium, & ſimilium, litera F, in rubric. fieri per ſtipulationem. Quæritur modo, an in iuramento calumniæ præſtando, vel in cogendo ad iurandum, & faciendum, vt dicta mulier, & dictus minor habeatur pro confeſſo, ſi neceſſarius conſenſus prædictus, & dictum decretum interuenire deberet, atque etiam quælibet alia præmiſſa ſolemnitas requiſita per dicta ſtatuta, ſeu reformationes prædictas, & dico, quod attẽtis verbis reformationum fuiſſent neceſſario ſeruanda in iuramento calumniæ, & litis conteſtatione, cum in eis contrahatur in iudicio, vel quaſi contrahatur, & dictæ reformationes loquuntur in contractibus, vel quaſi contractibus etiam in iudicio; ſed in hac parte hodie dictæ reformationes correctæ ſunt per aliam reformationem editam in publico conſilio, vbi decretum fuit, vt dictæ mulieres, & dicti minores vigintiquinque annis maſculi non deberent eſſe obſtricti, dum conſtituunt procuratores ad lites; vnde in conſequentiam venit, quod ſi id nõ requiritur in cõſtituendo procuratore ad lites, nec requiretur dum ipſi mulier, &
195 minor litigant per ſe. † In dubium etiam reuocatur, (ſi licet aliquantum ab inſtituta materia vagari) an huiuſmodi iudicis decretum requiſitum per dictas reformationes in contractibus mulierum, & minorum annis vigintiquinque maſculorũ poſſit quandocũque interponi etiam diebus feriatis in foro contentioſo, exceptis tamen diebus feſtiuis ſolemnibus de præcepto Eccleſiæ cuſtodiẽdis, & dico quod ſit, & ad id moueor duplici ratione. Prima eſt, quia dicti contractus per minores, & mulieres poterant quandocunque fieri, ſiue dies feriatus, vel non feriatus eſſet antequàm dictæ reformationes adueniſſent. Superuenerunt dictæ reformationes non innouantes aliquid circa tempus celebrandorum dictorum contractuum, ſed addiderunt tantùm, quod dicti contractus, vel quaſi contractus in poſterum fieri non poſſint ſine conſenſu proximiorum, & præſentia, & decreto prædictis, quæ debent quandocunque poſſe interponi, prout quandocunque poterant fieri dicti contractus, vel quaſi contractus: Iſta enim requiſita per reformationes sũt acceſſoria, quæ debent ſequi naturã principalis, Cephal. conſil. 202. numero decimotertio, & conſil. 220. numero decimoquarto, libro ſecundo. Nec obſtat Panormitan. in capitul. conqueſtus, numero decimoquinto, de ferijs, vbi voluit dictis diebus feriatis interponi non poſſe hoc decretum allegando Speculat. eodem titulo, §. ſecundo, in fin. quia Speculat. ibi non loquitur, quando decretum eſt ſuperinductum, vt acceſſorium, prout in caſu noſtro; & præterea ibi Speculator loquitur tantùm in feſtiuitatibus de præcepto Eccleſiæ cuſtodiendis, & ſolemnibus, vt in dicto §. ſecundo, in princip. declarat, & non in iſtis alijs. Secunda ratio eſt, quia videmus in vrbe adeſſe ſimile ſtatutum à principio requirens conſenſum, & decre-

tum,

tum, ac præſentiam non acceſſoriè, ſed principaliter, & inſimul, & nihilominus dicta decreta interponuntur etiam diebus feriatis in Curia Capitolina, aliàs mulieres, & minores incurrerent maxima incommoda, ſi non poſſent illis diebus celebrare inſtrumenta. Et Panormitan. ibi, & alij omnes non negant, quod propter neceſſitates aliquas liceat dictis diebus de-
196 creta prædicta interponere. † Sed num dicta decreta poſſint interponi per R. P. D. Vicarium Reuerendiſſimi Epiſcopi Tiburtini, & dico, quod non, quia in dicta Ciuitate adſunt tres iudices, vnus eſt, qui vocatur Iudex, & hunc eligit Ciuitas; alius eſt Gubernator, ſeu eius Locumtenens, & hunc ponit Sedes Apoſtolica; tertius eſt Vicarius, qui ab Epiſcopo eligitur. Ij tres omnes habent iuriſdictionē contentioſam, & iudicant; ſed quando aliquis citatur coram Iudice, intelligitur de illo primo electo à Ciuitate; & in dicta Ciuitate eſt vſus, quod dum dicitur, Iudex, per antonomaſiam, intelligitur de illo primo. Cum igitur reformationes vocent ad dicta decreta Iudicem Ciuitatis, illum electum à Ciuitate vocare intelliguntur, & non quemlibet habentem poteſtatem iudicandi. Maxime etiam id patet dum dictæ reformationes mandant, quod ſi proximior citatus coram Iudice non allegaret cauſam legitimam cur ipſe nollet conſenſum præſtare, tunc iudex poſſit interponere decretum ſine conſenſu dicti proximioris, ſed debet tunc interuenire præſentia Locumtenentis; ex quo liquet dictas reformationes non vocare ad dictum decretum quemlibet ex prædictis tribus, ſed primum iudicem. Et ſic omnia decreta, quæ interponit Vicarius, eſſent nulla, cum forma non ſeruetur reformationum.

SVMMARIVM.

1 Qualibet perſona litigans, ſiue ſit actor, ſiue ſit reus tenetur iurare de calumnia.

2 Qualibet principalis perſona litigans tenetur praſtare iuramentum calumnia.

3 Perſona principalis dicitur illa, qua ſuo nomine litigat.

4 Perſona principalis litigans tenetur iurare de calumnia, ſi principalis perſona commode haberi poſſit.

5 Perſona principalis litigans de calumnia iurare tenetur etiam ſi ſuus Aduocatus iuraſſet.

6 Perſona principalis litigans tenetur iurare de calumnia etiam ſi ſuus procurator iuraſſet.

7 Perſona principalis litigans tenetur iurare de calumnia etiam ſi ſuus procurator iuraſſet, & poſtea reſpondiſſet poſitionibus, illaſq; negaſſet, quia principalis ipſe vt melius informatus reſpondere cogetur.

Declara vt ibid.

8 Principalis perſona litigans quod cogatur iurare de calumnia intelligitur de iure ciuili; quia de iure canonico ſufficit quod procurator iuret.

9 Perſona principalis litigans tenetur iurare de calumnia, etiam ſi agens pro ipſo fideiuſſiſſet de rato.

10 Promittens de rato in iuramento calumnia non confirmatur procurator eo ipſo, quod principalis iurauit de calumnia, ſed ipſe conueniri poterit, ſi Dominus ratum non habeat.

11 Dominus praſtat iuramentum in animam propriam.

12 Iurare tenetur de calumnia etiam is, qui iurauit non iurare.

Et ſibi imputet, quia iurauit non iurare.

13 Contrarium autem, & quod iurare non teneatur is, qui iurauit non iurare.

14 Iuramentum primum eſt ſeruandum.

Si iurans de calumnia poſt iuramentum prius præſtitum de non iurando, videtur peccare.

15 Iuramentum primum de non iurando ille, qui tenetur de calumnia iurare, ſi ſeruat, eſt præiudiciale illi, qui petit iurari, & ſibi ipſi, qui tenetur de calumnia iurare.

Iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis, ibid.

16 Iurare de calumnia an teneatur ille, qui iurauit non iurare, vel teneatur ſeruare primum iuramentum, eſt materia ardua.

Iurare tenetur de calumnia, & ad id poteſt cogi ille, qui ſimpliciter iurauit non iurare nulla habita intentione ſpecifica

eſica ad iuramentum calumniæ; & quare.

17 *Iurans non iurare ſi in mente ſua in illo iuramento intendebat comprehendere etiam iuramentum calumniæ, tale iuramentum eſt contra vtilitatem publicam. Et iurare tenetur de calumnia.*

Iuramentum contra vtilitatem publicam non eſt ſeruandum, ibid.

18 *Iurare de calumnia tenetur etiam is, qui vouiſſet non iurare.*

19 *Iudices tenentur de calumnia iurare.*

20 *Iudices iurant non tactis, ſed propoſitis ſcripturis.*

21 *Iudices non eſt neceſſe ante oculos habere Euangelia, ſed ſufficit habere ſcripturas, per quas ante oculos videntur habere Euangelia.*

22 *Iudices qui habentes ante oculos ſcripturas ipſa Euangelia habere videntur, inoleuit practica ponendi in ſententijs illam clauſulam,* Solum Deum præ oculis habentes.

23 *Iudices hodie non præſtant iuramentum calumniæ.*

24 *Iudices non præſtant iuramentum calumniæ, etiam ſi procederetur per inquiſitionem.*

Inquiſitio ſuccedit loco accuſatoris, ibid.

25 *Iudices cur hodie non iurent de calumnia.*

26 *Exclamatio contra prauos officiales, & rectores populorum.*

Conſtitutiones Egidianæ obſeruãdæ ſunt per totum ſtatum eccleſiaſticum, ibid.

Procurator eſt admittendus in criminalibus in pœnis pecuniarijs, & à pœna relegationis infra, & quando etiam ageretur de priuatione, ſeu depoſitione ab ordine, ſeu dignitate, ibid.

27 *Iudices, & rectores populorum iurare de calumnia non ſolum vtile eſſe, ſed neceſſarium.*

28 *Cautiones de non offendendo quandoque præſtantur officio nobili iudicis.*

29 *Minor iurare tenetur de calumnia in cauſis in quibus habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio.*

30 *Minor iurat de calumnia dum non habet curatorem, & illum petit, & aduerſarius inſtat non admitti niſi iurato de calumnia.*

Interim dictus minor habetur pro maiori ibid.

31 *Minorem ſi quis ſe dicat, poterit actor cogere illum ad iurandum de calumnia ſub hac conditione,* Si maior ſit.

32 *Minor iurat de calumnia quando habet quidem tutorem, & curatorem, ſed ipſe minor eſt melius informatus.*

Iurat tamen cum præſentia tutoris vel curatoris, ibidem.

33 *Pupillus iurare debet de calũnia in cauſis, in quibus habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio.*

Intellige de pupillo doli capace, ibid.

34 *Pupillus quod iurare debeat in cauſis, in quibus habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio exemplificatur in pupillo agente in cauſa momentaneæ poſſeſſionis.*

35 *Pupillus ſi læditur in iuramento calumniæ reſtituitur.*

36 *Seruus tenetur de calumnia iurare in ijs cauſis in quibus habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio.*

37 *Seruus quod iurare teneatur de calumnia in cauſis, in quibus habet legitimam perſonam ſtãdi in iudicio, exemplificatur in cauſa momentaneæ poſſeſſionis.*

38 *Filiusfamilias tenetur iurare de calumnia ſiue agat, ſiue conueniatur de conſenſu patris, dummodo filius ſit legitimæ ætatis.*

39 *Filiusfamilias iurat de calumnia in caſtrenſibus, & declara vt num. 46.*

Filius non iurat, ſed pater, in aduentitijs, & vbi pater eſt legitimus adminiſtrator, remiſſiuè, ibid. num. 39.

40 *Filij duo ſi aduerſus ſe, & ad inuicem litigent, pater debet vtrique præſtare conſenſum.*

41 *Filiusfamilias iurat ipſe de calumnia in caſibus, in quibus ſine conſenſu patris habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio.*

42 *Filiusfamilias regulariter ſine conſenſu patris non poteſt eſſe in iudicio.*

43 *Filiusfamilias in ſexdecim caſibus poteſt eſſe in iudicio ſine conſenſu patris enumeratis, ibid.*

44 *Filiusfamilias in caſtrenſibus iurat de calumnia, cum conſenſu patris, quando filius ob aliquod impedimentum, quod ſuperuenit poſt acquiſita bona caſtrenſia, non haberet legitimam perſonam ſtandi in iudicio: vide ibid. exemplum.*

45 *Filius*

45 Filius non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio ſine conſenſu patris, neque vbi ſummariè agitur ſecundum Arnonum.

46 Socin.opin.in capitul.inpertractandis, numero 10.& quæ eſt communis declaratur.

47 Patris conſenſus requiſitus ad validandum iudicium cum filio agitatum quandocunque accedat validat iudicium retroſactum.

48 Patri quando quæritur vſusfructus in bonis per filium quæſitis requiritur conſenſus patris in iudicio pro eius intereſſe.

In alijs bonis in quibus patri ius aliquod non quæritur filius habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio ſine conſenſu patris.

49 Curator datur vltra conſenſum patris filio minori litiganti ad validandum iudicium in bonis, in quibus aliquod ius patri, quæritur, & quare.

50 Conciliatio opinionis Socin.& Arnoni.

51 Pater quomodo cogi poſſit ad præſtandum conſenſum filio litiganti.

52 Pater non habet vſumfructum in omnibus bonis per filium acquiſitis, ſed in quibuſdam caſibus ſpecialibus, remiſſiuè.

53 Pater in bonis aduentitijs filij, habet vſumfructum regulariter.

54 Pater habet vſumfructum etiam in bonis relictis filio naſcituro, maximè ſi notarius ſtipulatus eſſet pro dicto filio.

55 Pater habet vſumfructum in legitima filij.

56 Pater non habet vſumfructum in bonis filij aduentitijs, ſi pater eſt dilapidator bonorum.

57 Pater non habet vſumfructum in dote filij. Declara vt ibi.

58 Dos datur pro oneribus matrimonij.

59 Pater non habet vſumfructũ in bonis aduentitijs filij, quando vſusfructus eſſet patri prohibitus.

60 Pater habet vſumfructum in bonis filij emancipati tantùm pro ciuili cum dicto filio emancipato.

61 Pater habet vſumfructum in bonis omnium deſcendentium emancipatorum pro virili, vt in filio. emancipato dictum eſt.

62 Pater non habet vſumfructum in bonis filio donatis ab Imperatore.

63 Pater non habet vſumfructum in bonis filio donatis ab Imperatrice.

64 Pater non habet vſumfructum in bonis filio donatis à Rege.

65 Pater non habes vſumfructum in bonis filio donatis à Summo Pontifice Romano.

66 Pater non habet vſumfructum in bonis filio donatis ab Illuſtriſſimis, & Reuerendiſſimis Dominis Cardinalibus Sãctæ Romanæ Eccleſiæ.

67 Pater non habet vſumfructum in bonis filio donatis à Principibus, & Rebuſpublicis non recognoſcentibus ſuperiorem.

Neque in Caſtrenſibus.

Neque in quaſi Caſtrenſibus.

68 Pater non trahet vſumfructum in bonis filij in pluribus alijs caſibus, remiſſiuè.

69 Filius agens contra patrem debet impetrare veniam, antequàm agat, alias proceſſus eſt nullus.

70 Filius agens contra patrem non impetrata venia proceſſus eſſet nullus ipſo iure etiam ſi filius eſſet emancipatus.

71 Filius ſi agit contra patrem, non petita venia proceſſus eſt nullus ipſo iure, etiam ſi pater in iudicio non compareat.

Et multo magis ſi pater in iudicio compareat, & excipiat de venia non petita.

72 Pater ſi comparet in iudicio moto per filium contra ſe, & non excipit de venia non petita proceſſus teneret.

73 Capic.deciſ.56.numero 6. reprehenditur à Marcabruno.

74 Veniam tenetur petere etiam filius ſpiritualis agens contra patrem ſpiritualem.

75 Citatio non requiritur in venia petitione.

76 Vaſſallus agens contra dominum, tenetur petere veniam.

77 Vaſſallus agens contra dominum, non tenetur petere veniam, ſecundum Miſingerum, qui eam ſententiam dicit Germanis moribus comprobatam.

78 Gener agens contra ſocerum, debet impetrare veniam.

79 Monachus agens contra Abbatem, tenetur petere veniam.

80 Ciuis agens contra ſuam Rempubl. tenetur petere veniam.

81 Pri-

81 *Priuatus agens contra Fiſcum, à quo cauſam habet, tenetur petere veniam.*

82 *Ille qui vult conuenire habentem cauſam à Fiſco, tenetur potere veniam.*

83 *Plures perſonæ aliæ tenẽtur petere veniam agentes, vbi remiſsiue.*

84 *Pater tenetur iurare de calumnia in bonis filij, in quibus eſt legitimus adminiſtrator.*

85 *Gloſ. in l. ſecunda, in verbo, quæ perſonæ, C. de iureiurando propter calumniam, reprehenditur à Cyn.*

86 *Pater tenetur iurare de calumnia vt ſupra, ſiue agat, ſiue excipiat.*

87 *Pater tenetur iurare de calumnia, ſiue pater agat, ſiue conueniatur vt legitimus adminiſtrator filij, ſiue nomine filij, ſiue nomino ſuo, & filij ſimul.*

Declara hoc vt numero 90.

88 *Aſcendentes omnes habentes deſcendentes in poteſtate iurant de calumnia, vt ſupra numero proximo dictum eſt de patre.*

Declara, vt numero 90.

Et dicti Aſcendentes id facere poſſunt ſine mandato.

89 *Pater poteſt de calumnia iurare ſine ſpeciali mandato, quia eſt legitimus adminiſtrator. Et iurat de calumnia in animam propriam.*

90 *Declaratur quomodo intelligantur, poſita ſupra num. 87. 88. & 89.*

91 *Iudicium ſi fundatur in patre, pater iurat de calumnia; ſi fundatur in filio, filius iurat; ſi fundatur in vtroque, vterque iurat pro ſuo intereſſe.*

92 *Pater, & quilibet alius adminiſtrator; ſiue ipſe cauſam agat, ſiue in iudicio aſsiſtat, ipſe iurat de calumnia, indifferenter in bonis, in quibus habet vſumfructum.*

93 *Quæ dicuntur de filio dicũtur de omnibus deſcendentibus.*

Vbi militat eadem ratio debet militare eadem iuris diſpoſitio.

94 *Pater iurat de calumnia in animam propriam.*

95 *Pater iurat de calumnia, & alia facit in iudicio de conſenſu filij, & quare.*

96 *Vſusfructus morte vſufructuarij finitur, & ad hæredes non tranſit.*

97 *Filius multiplicia bona acquirit, & quæ.*

98 *In caſibus in quibus nec proprietas, nec vſusfructus filio quæritur in bonis per ipſum acquiſitis.*

Pater non conuenitur, vt pater, ſed vt dominus.

99 *Filius ſolus iurat de calumnia abſque aſsiſtentia patris in bonis, in quibus filio acquiritur proprietas, & vſusfructus, & nihil acquiritur patri.*

100 *Pater & filius ſimul iurant in bonis, in quibus vſusfructus patri quæritur, & quomodo id procedat.*

101 *Minori vigintiquinque annis litiganti eſt dandus curator vltra aſsiſtẽtiam patris in iudicio ſuper bonis, in quibus pater habet intereſſe.*

102 *Minor conueniri non poteſt in iudicio ſine tutore, vel curatore.*

103 *Minori in iudicio datur tutor, & curator, quando in dicto iudicio non concurrit pro ſuo intereſſe conſenſus, & aſsiſtentia patris.*

Et quis iurabit minor, tutor, vel curator remiſsiuè.

Aſcendentes præferuntur in tutelis, & curis.

104 *Quæ dicta ſunt de minore, & pupillo, procedunt etiam in furioſo, & prodigo, quibus eſt bonis interdicendum.*

105 *Prædicta non habent locum in Lunatico.*

Lunaticus quis dicatur remiſſiue.

106 *Filius debet agere, & conueniri, & ipſe iurat vt principalis pro ſuo intereſſe in bonis per eũ acquiſitis, in quibus actu, aut ſpe aliquid ius filio quæritur.*

107 *Vniuerſitas tenetur iurare de calumnia.*

108 *Vniuerſitatis iuramentum calumniæ præſtatur iurando omnes de vniuerſitate, vel eorum maior pars, ſecundum aliquos.*

109 *Vniuerſitatis iuramentum calumniæ præſtatur, per idoneam partem vniuerſitatis, licet non ſit maior ſecundum alios.*

110 *Vniuerſitas iurat de calumnia per eius adminiſtratores ſecundum alios.*

111 *Vniuerſitas quod, per Oeconomum iuret, eſt tutius, ſecundum alios, & numero 17.*

112 *Vniuerſitas, quod iuret per Sindicum, eſt tutius, ſecundum alios, & numero 17.*

Confunduntur dicti duo termini Oeconomus, & Sindicus à plerìſque Doctoribus.

Vniuerſitas iurat per ſindicum de calumnia, dummodo ſindicus ſit generalis hoc eſt ad omnes cauſas.

113 *Vniuerſitas iurat de calumnia per eum qui eſt conteſtatus litem ſecundum alios, & numero 117.*

114 *Iurare omnes de Vniuerſitate, eſſet ridiculum.*

115 *Vniuerſitas ſecularium quomodo iuret.*

116 *Vniuerſitas Eccleſiaſtica quomodo iuret.*

118 *Adminiſtratores iurant in animam propriam.*

Sindici iurant in animam propriam.

Oeconomi iurant in animam propriam.

119 *Contrarium autem, & quod ſindicus, & actor nõ iurent in animam propriam, ſed ſuorum principalium, & Vniuerſitatis ſecundum aliquos.*

120 *Conciliatio dictarum duarum contrariarum opinionum.*

121 *Vniuerſitas nõ habet animam, ideo in eius animam non poteſt iurari.*

122 *Diſpoſitio quando refertur ad Vniuerſitatem, & materia eſt talis, quæ non conuenit Vniuerſitati collectiuè, ſed tantùm ſingulis de Vniuerſitate. Diſpoſitio non debet ſumi pro Vniuerſitate collectiuè, ſed pro ſingulis de Vniuerſitate.*

Vniuerſitas eſt nomen iuris, non perſonæ.

123 *Vniuerſitas quid ſit, reſpectiuè.*

124 *Vniuerſitas per vnum non conſtituitur, ſed per tres.*

Vniuerſitas per vnum retinetur.

125 *Vniuerſitas cogi poteſt ad conſtituendum ſindicum pro negocijs incumbentibus.*

Poteſt cogi ad congregandum, & ante, quàm congregari poßit, & deliberare, non currit ei terminus Conſtitutionis, ſeu iuris, ibidem.

126 *Hæres tenetur iurare de calumnia.*

127 *Contrarium autem, & quod hæres non teneatur iurare de calumnia, remißiue, ibid. remißiuè.*

128 *Hæres tenetur iurare de calumnia dum petit reſtitutionem aduerſus cõfectionem inuentarij.*

129 *Hæres per aditionem hæreditatis facit quaſi contractum cum creditoribus hæreditarijs.*

130 *Hæres non conficiens inuentarium per quaſi contractum, quem facit cum creditoribus hæreditarijs, poteſt conueniri vltra vires hæreditarias, & Falcidiam non detrahit.*

131 *Hæres conficiens inuentarium, ſed infideliter aliqua omittens in fraudem creditorum, tenetur creditoribus hæreditarijs vltra vires hæreditatis.*

Et contra talem doloſum datur iuramentum in litem, ibid.

Hæres quomodo, & quando teneatur iurare de calumnia remißiue, ibidem.

132 *Succeſſor alterius tenetur de calumnia iurare.*

133 *Monachus agens cauſam propriam, tenetur iurare de calumnia.*

Et quando accuſat ſuum Prælatum, tenetur petere veniam, ibidem remißiue.

134 *Tertius vocatus, vel admiſſus ad cauſam, tenetur iurare de calumnia.*

135 *Tertius admittitur in ſtatu, & terminis in quibus cauſa reperitur.*

Si non iurat de calumnia cadit in pœnas impoſitas non iurantibus, cum diſtinctione tamen, vt ibi.

136 *Tertius vocatus, vel admiſſus ad cauſam, ſemper gerit vices actoris, aut rei.*

Actor, & reus tenetur de calumnia iurare.

137 *Conteſtatio litis, quomodo fiat.*

138 *Conteſtationem litis, quæ res reſponſiones impediant, remißiue.*

139 *Tertius vocatus, vel admiſſus ad cauſam, quõ, & quando admittatur remißiue.*

140 *Tertius vt admittatur debet ſaltim ſummariè docere de ſuo intereſſe, & ſemiplenè.*

141 *Tertius veniens ad cauſam docto de ſuo intereße impedit exequutionem.*

142 *Tertius veniens ad cauſam quando poßit impedire exequutionem obligationis Cameralis, remißiuè.*

143 *Excommunicatus tenetur iurare de calumnia.*

144 *Excommunicati iuramentum calumniæ, non admittitur, donec ſit abſolutus dictus excommunicatus.*

145 *Excommunicatus poteſt cogi ad iurandum de calumnia, & ſi non iurat habetur pro confeſſo, & etiam ſi iurat dum eſt excommunicatus.*

146 *Excommunicatus repellitur à iudicio dum agit.*

147 *Excommunicatus poteſt eſſe in iudicio, quia omnis legitima defenſio eſt ei permiſſa,*

miſſa, & numero 148. in fin.

148 *Excommunicato non proficit iuramẽtum calumniæ præſtitum, dum eſt excommunicatus.*

Excommunicatus non poteſt petere, vt ab aduerſario præſtetur iuramentum calumniæ, ibid.

Petens iurari de calumnia ipſe prior debet iurare, ibid. remiſſiue.

Malus non debet eſſe melioris conditionis, quàm bonus.

Iuramentum calumniæ non eſt probationis, ſed ſolemnitatis hodie, remiſſiue.

149 *Excommunicatus habetur pro bannito, & pro mortuo ad commodum eius, ſecus autem quoad incommodum.*

Excommunicatus non habet potentiam iurandi de calumnia, quoad præſentem ſtatum; ſed non caret potentia quoad futurum ſtatum.

Excommunicati audiendi, vel non audiendi in iudicio materiam, remiſſiue.

150 *Periurus tenetur de calumnia iurare.*

151 *Malus ſemel ſemper præſumitur malus in eodem genere mali.*

152 *Iuramentum in ſupplementum non defertur ei, qui aliàs incidit in periurium. Vide numero 157.*

153 *Iuramentum calumniæ non eſt deferendum ei, de cuius periurio dubitatur.*

154 *Periurus poteſt cogi ad iurandum, ſed eius iuramentum non admittitur, niſi quando eſt abſolutus.*

Petens iurari de calumnia ab eo, qui aliàs fuit periurus, exponit ſe maximo animæ periculo, ibid.

Socin. in cap. in pertractandis, numero 50. de iuramento calũniæ, reprobatur, ibid.

155 *Ius, quod quis in alterius perſona ſeruari vult pro ſe, debet ſeruare pro alijs in ſua perſona.*

156 *Excommunicatus eſt ſeparatus à conſortio, & participatione piorum.*

157 *Iuramentum ſuppletorium non defertur periuro.*

Iuramentum calumniæ non eſt probationis, ſed ſolemnitatis, ibid.

Iuramentum ſuppletorium datur in ſupplementum probationis, ibidem.

158 *Excommunicatus cogi poteſt ad præſtandum iuramentum calumniæ.*

Et admitti debet ad iurandum de calumnia, ibid.

159 *Hæreticus tenetur iurare de calumnia.*

160 *Hæreticus omnis eſt excommunicatus, & anathematizatus, & ſicut pecus morbida vitandus, nec cum eo eſt participandum.*

Anathema quid ſit remiſſiue.

161 *Aduocandum, nec poſtulandum eſt ſub hæretico, nec pro hæretico.*

162 *Prouinciæ aliquæ ſunt infectæ peſtifero veneno hæreſis, in quibus multi commorantur Catholici, & adinuicem litigare coguntur.*

Hæretici iurãt tactis ſcripturis ad Sancta Dei Euangelia, ibid.

Hæretici ſunt peiores Iudæis cum ſcindãt vnitatem Eccleſiæ Catholicæ, ibid.

163 *Albericus in l. 2. num. 28. in fin. C. de iureiurãdo propter calumniam declaratur.*

164 *Imputatus de hæreſi, & requiſitus, vt deſuper de calumnia iuraret, ſi id recuſaret, habendus eſſet ſuper tali crimine pro confeſſo.*

165 *Turca etiam tenetur de calumnia iurare.*

166 *Turcarum iuramẽtum, quare hic poſitum fuit.*

Exclamatiõ contra Chriſtianos Principes, & præſertim Principes Germanos, ibidem.

167 *Turca iurat de calumnia non tactis Euangelijs, quia eis non credit, ſed tacto calamo ad Alcoranũ, & eius Maomethem.*

Maomethes creditur Propheta à Turcis, quamuis perditiſſimus fuerit, ibid.

Alcoranũ ſignificat in lingua Turcica compẽdium, ſeu ſummum præceptorũ, ibid.

168 *Turcarum iuramento ſtandum eſt.*

Intellectus l. non erit. §. Diuus Pius, ff. de iureiur. ſecundum vnam lecturam auferendo dictionem, Non, *ibid.*

Intellectus eiuſdem legis ponendo dictionem, Non, *ibid.*

Iuramentum præſtitum à Chriſtianis per improbatas religiones; non tenet, ibid.

Iuramentum præſtitum ab infidelibus per eorum religiones falſas tenet, ibid.

169 *Iuramentum calumniæ non eſt deferendũ infidelibus, quãdo infideles ſuſpicarẽtur nos Chriſtianos credere eorum falſæ religioni aliquam diuinitatem adeſſe.*

170 *Hebræi iurant de calumnia.*

171 *Hebræi non iurant ſuper Euangelijs, quia eis non credunt, ſed ſuper lege Moſaica.*

172 *Modus iuramenti Hebræorum remiſſiue.*

173 *Hebræorum malitia in præſtandis iuramentis.*

Iudæi non credunt Chriſtianos habere poteſtatem, & facultatem iurandi de calumnia, ibid.

174 *Hebræorum Rabini deferũt iuramenta ſuper Thiphilimis in burſa poſitis.*

Hebræorum aſtutia circa præmiſſa, ibid.

175 *Thiphilimi quid ſint.*

176 *Petens iurari ab Hebræo eligit ſibi Rabinũ confidentem, qui iuraturo deferat iuramentum.*

177 *Practica petendi, & præſtandi iuramentum calumniæ Hebræorum.*

178 *Citatio partis requiritur in productione fidei Rabini de iuramento calumniæ præſtito in ſuis manibus.*

Citatio partis requiritur in productione omnium ſcripturarum, alias nihil operantur, ibid.

179 *Genera iuramentorum hodierno tempore Hebræorum.*

180 *Hebræorum iuramento calumniæ ſtãdum eſt.*

181 *Hebræorum omnia iuramenti genera præſtari petantur in manibus Rabini eorũ, & quare id conſulitur.*

182 *Conuentus vt poſſeſſor, cum non poſſideat, debet de calumnia iurare.*

Iſtud iuramentum eſt potius iuramentum malitiæ, ibid.

183 *Nominans dominum in iudicio, tenetur iurare de calumnia.*

184 *Agetur contra dominum nominatum facta litis conteſtatione non contra nominantem.*

185 *Dominus nominatus non iurat de calumnia in iudicio moto cõtra nominantem, ſed in alio iudicio, mouendo contra ſe nominatum.*

186 *Emptor, qui dicit ſibi moueri litem ſuper re empta, & ideo ſe agere de euictione, tenetur iurare de calumnia, quod non ſummiſit perſonam, nec excitauit perſonam, quæ contra ſe ageret.*

Quomodo id intelligatur vide ibid.

187 *Deferens iuramentum veritatis, tenetur iurare de calumnia.*

188 *Comparens ratione humanitatis tenetur de calumnia iurare.*

189 *Petens quæſtionem ſeruorum ad propalanda bona hæreditaria, tenetur de calumnia iurare, & quod non odio ſeruorum, vel ad offenſas cohæredum id petit, ſed quia aliter rerum hæreditariarum veritatem oſtendere, vel inquirere nequit.*

190 *Iuramentum præmiſſum procedit inter cohæredes in caſu proximè præmiſſo.*

Iuramentum proximè præmiſſum an dicatur de calumnia, de malitia, vel de veritate, ibidem.

191 *Intellectus l. prima, in verſic. quod non odio ſeruorum, vel ad offenſas cohæredum, &c. C. de iureiurando propter calumniam.*

192 *Petens edi rationes, & iura debet iurare de calumnia.*

193 *Petens ſequeſtrum debet iurare de calumnia.*

Quomòdo id intelligatur, ibid.

194 *Sequeſtra nos vocamus ea, quæ in Germania dicuntur arreſta, ſeu impedimenta.*

Arreſta quæ dicantur remiſſiue ibid.

195 *Sequeſtra ſunt in duplici differentia, alia enim reſpiciunt perſonam, alia reſpiciũt bona.*

196 *Sequeſtra reſpiciẽtia perſonam ſunt etiam in duplici differentia, quam ibi vide.*

197 *Sequeſtra contra carceratam perſonam, quando concedenda, & quando non.*

198 *Carceratus quando, & quomodo ſequeſtrari, arreſtari, ſeu recomendari poſſit in carceribus.*

199 *Carceratus pro criminali poteſt ſequeſtrari, arreſtari, ſeu recomendari pro cauſa ciuili ſecundum aliquos.*

200 *Carceratus pro criminali non poteſt ſequeſtrari, arreſtari, nec recomendari pro cauſa ciuili de communi obſeruantia.*

201 *Carceratus pro cauſa criminali non debet arreſtari, ſequeſtrari, ſeu recomendari pro ciuili, vbi iſta conſuetudo, ſeu obſeruantia viget.*

Vbi autem non viget talis obſeruantia, carceratus pro cauſa ciuili poterit ſequeſtrari, arreſtari, & recomendari pro ciuili cauſa, dummodo tamen non ad inſtantiam eius, qui fecit eum capi pro cauſa criminali, ibid.

202 *Sequeſtra perſonalia pro ſiſtenda perſona vaga, ſed de fuga ſuſpecta, vocantur mandata ſuſpicionis fugæ, & paſſim conceduntur, ſine partis citatione.*

203 Seque-

203 *Sequeſtra, ſeu arreſta perſonalia egregijs perſonis, & ſupe Principibus, quomodo fiant, pro concordandis creditoribus.*

204 *Sequeſtra, ſeu arreſta perſonalia, ſiue mandata ſuſpicionis fugæ conceduntur de ſtilo docto de credito, & iurato de ſuſpicione fugæ.*

205 *Sequeſtra, ſeu arreſta perſonalia, ſeu mandata ſuſpicionis fugæ prædicta, quando concedi, vel non concedi poſſint, & debeant, remiſsiuè.*

206 *Statutum permittens mandata ſuſpicionis fugæ, & capturas, intelligitur, ſi poſt contractum debitum ſuperueniſſet noua ſuſpicionis cauſa.*

207 *Deterioratio conditionis poſt contractum debitum, & dictæ deteriorationis probatio eſt neceſſaria ad obtinenda dicta ſequeſtra, ſeu arreſta perſonalia, vel mandata ſuſpicionis fugæ.*

208 *Suſpectus de fuga quis iurari poteſt etiam lite pendente.*
Declara vt ibidem.

209 *Suſpectus de fuga iuratus pro maiori quantitate, quàm ſit debitor; conſtito de hoc debet relaxari.*

210 *Expenſæ factæ in ſequeſtris, ſeu impedimentis perſonalibus, & ſuſpicionis fugæ, & illorum exequutionibus, imputantur creditori, ſi fiunt parte non citata, & quare.*
Si fiunt parte citata, ſoluet debitor, ibidem.

211 *Sequeſtra realia ſunt in duplici differentia, & quando concedantur pro capiendis bonis ad effectum aſſecurationis iudicij.*
Sequeſtra quomodo fiant in manibus debitoris noſtri debitoris, ibidem.
Debitor noſtri debitoris ſi ſoluit bona ſequeſtrata in eius manibus contra formam ſequeſtri noſtro debitori, ſoluet iterum de ſuo, ibid.

212 *Iuramentum calumniæ requiritur à quocunque obtinente quodcunque ex prædictis ſequeſtris.*

213 *Debitor, penes quem pecunia ſunt ſequeſtrata, tenetur de calumnia iurare.*
Quod declara vt ibi.

214 *Debitor, penes quem pecunia ſunt ſequeſtratæ, quod iuret de calumnia hodie eſt neceſſariſſimum.*
Debitor mendicans ſequeſtra contra creditorem in ſuis manibus fieri non tranſit ſine labe furti, ibid.

215 *Sequeſtri medicina eſt fideiuſſio de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo.*

216 *Fideiuſſores difficillimè reperiuntur his temporibus.*
Fideiuſſorum incommoda, & mala, ibid. & numero 218.

217 *Diuites, & ignorantes ſunt Aſini ferrati.*

218 *Fideiuſſorum alia incommoda, & mala, & numero 216.*
Fideiuſſores obediant Salamoni in Prouerbijs, cap. 6. de eis loquenti. ibid.
Fideiubere eſt prohibitum ex oraculo Apollinis, ibid.

219 *Debitor, in cuius manibus dicuntur pecunia ſequeſtrata cogitur deponere vna cum ſequeſtris pecunias ſequeſtratas in Monte Pietatis, vel alium depoſitariũ concorditer eligendum in Tribunali Illuſtriſſimi D. A. C.*

220 *Sequeſta prædicta ſunt ad inſtar realium citationum, & ad quem effectum.*

221 *Sequeſtratio omnis eſt de iure prohibita.*

222 *Sequeſtra tolluntur ipſo iure præſtita fideiuſſione de ſtando iuri, &c.*

223 *Sequeſtra tolluntur aliquando præſtita tãtum iuratoria cautione.*

224 *Sequeſtrum expirat triennio.*

225 *Recuſans iudicem, vt ſuſpectum tenetur iurare de calumnia.*
An iſtud poſſit dici vere iuramentum calumniæ, vide ibid.

226 *Ille, cui conceſſum eſt priuilegium, quod non iuret de calumnia, parte aduerſa opponente, quod priuilegium eſt falſum, vel ſubreptitium, tenetur iurare de calumnia.*
Quando iſtud dicatur iuramẽtum calumniæ, vide ibid.

227 *Collitigans quilibet tenetur iurare de calumnia, ſi negocium non eſt commune.*

228 *Negocium poteſt eſſe cõmune indiuiduum, vel diuiduum.*
Quis iuret quando negocium eſt indiuiduum, ibid.

229 *Negocium quãdo eſt commune diuiduum, ſed indiuiſum, Socin. non tetigit.*
Neque Socin. tetigit, quando negocium eſt

eſt commune pro diuiſo, vel pro indiuiſo, ibid.

230 Paries quando dicatur communis pro diuiſo.

231 Paries communis pro indiuiſo quando dicatur.

232 Paries communis pro diuiſo, vel pro indiuiſo dicitur tacite, & expreſſe.

233 Paries in dubio præſumitur communis pro diuiſo.

234 Parietis communis multa habentur apud Rebuff. conſil. 156.

235 Negocium quando eſt commune, & indiuiſibile, non tetigit Socin. & ibi vide exempla iſtius negocij.

236 Collitigantes omnes tenentur iurare de calumnia in omni negocio communi, vide vt ibi.

Declara vt numero 237.

237 Exequutio ſententiæ declaratoriæ latæ contra litis conſortem contumacem in iurando de calumnia, quomodo fieri poſſit ſi actum fuit ſuper negocio communi.

Alius pro negligentia, & culpa alterius non debet ſentire damnum, ibid.

238 Litigantes omnes ex aduerſo ſi petant iurari de calumnia, omnibus ex aduerſo petentibus eſt præſtandum hoc iuramentum calumniæ.

239 Abſens principalis iurat de calumnia, remiſſiue.

240 Aduocatus tenetur iurare de calumnia.

241 Aduocatus tenetur iurare de calumnia, etiam ſi ſuus principalis iuraſſet.

242 Aduocatus non iurat de calumnia de conſuetudine.

243 Aduocatus vt iuret de calumnia eſſet bonum.

Conſuetudo vt aduocatus iuret de calumnia non tenet, ibid.

244 Aduocatus calumniam committens, tenetur in expenſis de ſuo proprio.

245 Aduocatus ſi omittit præſtare iuramentum calumniæ non vitiatur proceſſus ſecundum Socinum. Contrarium autem tenet Author.

246 Aduocatus iurat in animã propriam, quia ad iurandum in animam alterius, non habet mandatum.

247 Forma iuramenti Aduocati, remiſſiuè.

248 Procurator iurat de calumnia, remiſſiuè.

249 Nuncius qui non eſt ad actus citationis, & ſimiles, conſtitutus ab aliquo priuato, vt cauſam ſuam expediat, iurat de calumnia.

Nuncius concipit verba in domini perſonam iurando de calumnia.

250 Defenſor, qui ſatiſdedit de iudicatum ſoluendo iurat de calumnia.

251 Defenſor prædictus quando iuret de calumnia, & quando dominus principalis.

Nouatio non fit ante litis conteſtationem in caſu, vt ibid.

252 Defenſor neceſſarius eſt admittendus pro defenſione ſuorum fideiuſſorum.

253 Debitor principalis, & eius fideiuſſores obligati in ſolidum reſpectu creditoris omnes ſunt duo rei debendi, licet inter ſe dicantur principales debitor, & fideiuſſores.

254 Debitor principalis in ſolidum obligatus cum fideiuſſoribus in Tribunali Illuſtriſſimi D. A.C. ex iudicantium benignitate fuit aliquando admiſſus, vt defenſor fideiuſſorum.

Vide numero 257.

255 Debitor vt neceſſarius defenſor admittendus eſt, quando contractus eſt talis, qui de ſui natura importat fideiuſſionem neceſſario, licet notarij ex quadam corruptela apponant clauſulam, in ſolidum, obligationem Cameralem, & iuramentum, prout ibi exemplificatur.

256 Fideiuſſor indemnitatis, quando vltra promiſſionem indemnitatis promitteret aliquid aliud factum, in eo, quod promittit vltra promiſſionem indemnitatis, non dicetur fideiuſſor, ſed principalis.

257 Debitor principalis non admittitur de iure, vt neceſſarius defenſor in contractibus, qui ex ſui natura non important fideiuſſionem, pro fideiuſſoribus ſuis.

Debitor principalis in ſolidum obligatus cum fideiuſſoribus admittitur, vt neceſſarius defenſor ex præmiſſa obſeruãtia Tribunalis. D. A. C. ibid.

Quomodo admittendus ſit talis defenſor, ibid.

258 Defenſor omnis iurabit de calumnia, & id efficiet in animam propriam.

259 Fideiuſſor iurat de calumnia.

260 Fide-

260 *Fideiuſſor iurat de calumnia in animam propriam.*

261 *Fideiuſſor de iudicatum ſoluendo, ſi reus principalis latitaret lite conteſt. poterit etiam non conuentus defendere reũ latitantem.*

Et id facere poteſt non ſolum per ſe, ſed etiam ad id conſtituere procuratorem, ibid.

262 *Fideiuſſor eſt procurator rei.*

263 *Fideiubens de iudicio ſiſti ſine ſcriptis, ſi inde non eſt confecta ſcriptura non tenetur, niſi lis initietur intra duos menſes.*

264 *Amicus comparens pro amico, qui poſt lit. conteſt. ſe abſentauit, tenetur iurare de calumnia.*

265 *Amicus comparens pro amico, qui ſe abſentauit vt præmittitur, iurabit in animam propriam de calumnia.*

266 *Mandatum ſpeciale requiritur ad iurandum in animam alterius.*

267 *Coniuncta perſona comparens pro coniuncto, tenetur iurare de calumnia.*

268 *Coniunctus pro coniuncto admittitur ad appellandum.*

269 *Coniunctus pro coniuncto admittitur ſine ſpeciali mandato ad iurandum de calumnia, ſecundum Addentes ad Roman. ſingular. 227. incipien. & illam, l. patri.*

Confutatur dictorum Addentium præmiſſa opinio.

270 *Coniunctus non poteſt iurare pro coniuncto, niſi in illis caſibus, in quibus ſimplex procurator admittitur.*

271 *Coniunctus poterit petere dilationem ad certiorandum coniunctum, vt veniat ad iurandum.*

272 *Coniunctus quando venit vt defenſor, an poßit iurare de calumnia, remißiuè.*

273 *Coniunctus, quando venit, vt actor, & habens deſcendentes in poteſtatẽ, pro quibus compares, iurat de calumnia, & quare.*

274 *Coniunctus quando venit, vt actor, & non habens deſcendentes in poteſtate, dubium eſt ſecundum Socin.*

Coniunctus pro coniuncto admittitur cum cautione de rato, ibid.

275 *Coniunctio ſanguinis non ſupplet in exigentibus ſpeciale mandatum.*

Mandatum ſpeciale exigit iuramentum calumniæ, ibid.

276 *Coniunctus comparens pro coniuncto, ſiue ſit de aſcendentibus, ſiue de non aſcendentibus, tenetur ſemper iurare de calumnia in animam propriam.*

277 *Coniunctus pro coniuncto comparens, tenetur de calumnia iurare. Præſertim in caſibus, in quibus coniunctus admittitur contra, vel præter voluntatem coniuncti, quam defendit, & quare.*

278 *Comparens pro abſente, & allegans cauſas abſentiæ, tenetur iurare de calumnia.*

Quomodo id procedere poßit, & an ſit vere iuramentum calumniæ, & non malitiæ, ſeu veritatis, ibid.

279 *Comparens pro abſente, & allegans cauſas abſentiæ, iurat de calumnia in animam propriam.*

280 *Comparens pro inuito iurat de calumnia, & quare.*

281 *Comparens pro inuito iurat' de calumnia in animam propriam.*

282 *Tutor tenetur iurare de calumnia.*

283 *Tutor quare iuret de calumnia, duæ redduntur rationes.*

284 *Minor iurat de calumnia, & non tutor, ſi ipſe minor eſt melius informatus, quã tutor.*

285 *Tutor interuenire debet, dum diſcutitur. an minor teneatur iurare, vel non iurare; Sed non debet authorare, Ad iſto, vel illo modo reſpondendum.*

286 *Tutor iurat de calumnia in animam propriam.*

287 *Tutor ſi non iurat requiſitus, eius contumacia non nocet pupillo.*

Idem in curatore dicitur, ibidem.

Intellige vt ibid.

288 *Tutores plures ſi fuerint, omnes iurant, vel vnus pro omnibus ſecundum Socin.*

289 *Tutores quando plures ſunt, vt vnus pro omnibus iures, locum ſibi vendicabit, quando cæteri tutores nolunt, vel non poſſunt iurare.*

290 *Tutores plures quando ſunt dati in ſolidum, vel per aliam dictionem æquipollentem, ſufficit vnum ipſorum de calumnia iurare.*

291 *Tutores plures quando ſunt dati cum præcepto, Quod coniunctim procedant, vel per aliam dictionem auferentem actum in ſolidum ab eis, non ſufficit, quod*

quod vnus ipſorum iuret de calumnia.
292 Cauſa limitata limitatum producit effectum.
293 Curator datus bonis de calumnia iurat.
294 Curator bonis datur abſentis, & non iurat principalis abſens, nec tranſmittitur notarius, vt abſentibus fieri dicitur quando principalis eſt abſens vltra montes, vel ignoratur vbi ſit.
295 Curator bonis datur, quando principalis eſt in hoſtium poteſtate.
Curator datur etiam bonis illius qui ceſſit bonis.
296 Curatores prædicti iurant in animam ipſorum.
297 Curatoris bonis abſentis dandi modus, remiſſiue.
298 Dicta de curatore dato bonis abſentis, & bonis ceſſis, dicuntur de curatore dato hæreditati iacenti, & hæreditati dum hæres creditor vult inſtituere iudicium contra hæreditatem pro conſequutione ſui crediti.
299 Curatoris dandi hæreditati iacenti modus remiſſiue.
300 Curatorem hæreditati iacenti poteſt dare ex officio iudex dom cilij, quod defunctus habebat, & creditores debent ibi actiones perſonales exercere, & hæreditatem excutere: & ſententia eſſet nulla, ſi creditores vellent agere contra dictam hæreditatem in loco vbi bona ſita ſunt dicto curatore dato hæreditati minime citato.
301 Quid dicendum ſit in præmiſſo articulo, quando defunctus habebat plura domicilia, & ibidem bona, & ſit ſolitus in omnibus habitare: in vno tamen mortuus eſt.
302 Curator quilibet tenetur iurare de calumnia, ſiue dictus curator ſit actor, ſiue reus, ibid.
303 Curator quod iuret de calumnia, prima ratio.
304 Curator quod iuret de calumnia, ſecunda ratio.
305 Curator non iurat de calumnia, ſed minor, quando minor eſt melius informatus.
306 Curator quod iuret in animam propriam de calumnia, & an contumacia curatoris noceat minori, remiſſiue.
307 Quicquid dicitur de tutoribus, mandatur in curatoribus.
308 Clerici ſeculares debent iurare de calumnia, ſiue agant, ſiue conueniantur ex facto proprio.
309 Clerici ſeculares debent iurare de calumnia ſi agunt, vel conueniantur pro facto, ſeu re non tamen ſpirituali Eccleſiæ, ſed pro vinea, oliueto, & ſimilibus.
310 Clerici ſeculares tenētur iurare de calumnia ſiue agant, ſiue conueniantur pro re ſpirituali.
311 Clerici in omnibus caſibus debēt de calumnia iurare.
312 Clerici tenentur iurare de calumnia, per ſe ipſos, ſi per ſe ipſos cauſam mouent.
313 Clerici hodie poſſunt iurare per procuratorem.
314 Clerici tenentur per ſe ipſos iurare, ſi pars aduerſa inſtat per ipſoſmet iurare, etiam ſi ſuus aduocatus, & procurator iuraſſet.
315 Clerici non poſſunt iurare de calumnia, ſine licentia ſui ſuperioris.
316 Clericus debet obtinere licentiam, quæ ſit ſpecialis ad iurandum de calumnia, à ſuo ſuperiori.
317 Clericus debet obtinere à ſuo ſuperiore licentiam non ſolum ſpecialem ad iurandum de calumnia, ſed etiam ſpecialem ad talem certam cauſam.
318 Clericus debet obtinere licentiam à ſuo ſuperiore etiam ad conſtituendum procuratorem ad iurandum de calumnia.
319 Clericus debet obtinere licentiam prædictam, dum litigat coram non ſuo iudice.
320 Clericus cur teneatur impetrare licētiam à ſuo ſuperiore, vt præmittitur, dum litigat coram non ſuo iudice.
321 Clerici iudex non ſuus poteſt intelligi dupliciter, & primo de iudice non ſuo Eccleſiaſtico.
Epiſcopus non poteſt ordinare non ſuum ſubditum ſine dimiſſorijs, ibidem.
Epiſcopus non poteſt excommunicare alienum ſubditum, ibid.
Prædicta vbi idem remiſſiue.
322 Epiſcopus Romanus eſt ordinarius cunctorum.
323 Epiſcopus Romanus, vt pater patrum concurrit cum omni poteſtate.
324 Epiſcopi Romani excommunicarunt alienos

nos

nos ſubditos præditos etiam Regali, & Imperiali dignitate.

Ferraria deuoluta ad Romanam Eccleſiam vna cum toto Statu ob mortem Alphonſi Secundi, uti feudum Eccleſiæ aperti per talem mortem.

325 *Pontifex Romanus habet à Deo duplicem poteſtatem, ſcilicet, ſpiritualem, & temporalem.*

326 *Clericus litigans coram iudice non ſuo Eccleſiaſtico, non tenetur impetrare licentiam ſui ſuperioris, quia Clericus poteſt conſentire in iudicem Eccleſiaſticum non ſuum.*

Si per talem conſenſum turbaret iuriſdictionem ſui Epiſcopi, eſſet neceſſaria dicto Clerico licentia ſui Epiſcopi, ibidem.

327 *Clerici non ſuus iudex poteſt intelligi etiã de iudice non ſuo laico.*

Clerici nunquam poſſunt conueniri coram iudice laico in ciuilibus, nec in criminalibus, ibid.

328 *Clericus neque coram Principe laico conueniri poteſt.*

329 *Clericus etiam ſi non incederet in habitu, & tonſura non poſſet conueniri coram iudice laico.*

330 *Clericus non incedens in habitu, & tonſura, & non inſeruiens alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi non gaudet beneficio fori, ſecundum Conſtit. Sacri Concil. Trident.*

Declara vt ibi.

331 *Clericus cõueniri nequit coram iudice laico, etiam ſi Papa ſciret, & toleraret.*

Conſuetudo induci non valet, vt conueniri coram eo poſſit, ibid.

Papa expreſſe mandare non poteſt, vt Clerici ſubiaceant foro Eccleſiaſtico, ſecundum Mar. Anguiſol. ibid.

332 *Clerici authores nominati, an poſſint declinare forum laici iudicis.*

333 *Clerici habent iudicem laicum, quando agitur de bonis feudalibus.*

334 *Clerici habent iudicem laicum, quando cauſa eſt realis inter clericum, & laicum.*

Perſona nõ dicitur obligata in actione reali, ibidem.

335 *Clerici habent iudicem laicum, quando agitur poſſeſſorie etiam ſuper re ſpirituali, vt decimis, & ſimilibus.*

336 *Clerici habent iudicem laicum quando reconueniuntur, ſecundum magis communem.*

337 *Clericus neceſſarius defenſor laici conuenti coram iudice laico, habet iudicem laicum, vtputa ſi clericus eſſet venditor, & vellet defendere emptorem conuentum ſuper re empta coram iudice laico.*

338 *Clericus quando ſuccedit laico in inſtantia habet iudicem laicum.*

Inſtantia inchoata contra laicum, tranſit in clericum ſucceſſorem, qui ideo non vtetur priuilegio.

339 *Perſonæ Eccleſiaſticæ habentes regalia ab Imperio, & Imperatore habent iudicem eundem.*

340 *Pontifex Romanus, quamuis in donatione à Conſtantino facta Silueſtro Magno Papæ habuerit multa regalia, non ex hoc habebit iudicem laicum.*

341 *Donatio facta Eccleſiæ cenſetur facta Deo.*

342 *Pontificibus Romanis bona donata dicuntur potius reddita Deo, quàm donata.*

343 *Licentia, quam clerici tenentur impetrare ab eorum ſuperiore, vt præmittitur de conſuetudine, non impetratur.*

Ceſſante tali conſuetudine dicta licentia eſſet impetranda, ibid.

344 *Clerici ſi iurant de calumnia coram non eorũ iudice non impetrata licentia prædicta, non vitiantur proceſſus, nec ſententia ex hoc.*

345 *Licentia, quam clerici impetrare debent à ſuis ſuperioribus quandam arguit reuerentiam, & è conuerſo illam non impetrando quandam irreuerentiam arguit.*

346 *Licẽtia prædicta quomodo impetretur per clericos ab eorum Prælatis, & ſuperioribus, remiſſiue.*

347 *Clerici videntur iurare tactis Euangelijs, ſecundum Socin. & Panormitan.*

348 *Argumentum Panormitan. & Socin. non concludit, in cap. cum in cauſa, de iuramento calumniæ.*

349 *Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptuatis.*

Hæc regula quomodo limitetur, & intelligatur remiſſiue, ibid.

350 *Clerici in cauſis leuibus interrogantur per Sanctam conſecrationem.*

351 Clerici, Sacerdotes, Pralati, & eccleſiaſtica Perſonæ iurant tacto pectore de communi obſeruantia, vt ibi.

352 Obſeruantia præmiſſa, quod eccleſiaſtica pſona iurēt tacto pectore, vnde eſt tracta.

Emiſſio manus iuriſiurādi ſignum eſt, ibi.

353 Obſeruantia præmiſſa eſt ſequenda in cauſis leuibus, ſiue grauibus.

354 Sindicus iurat de calumnia.

355 Sindicus non iurat de calumnia, ſed Abbas, quando Abbas eſſet melius informatus.

356 Sindicus iurat de calumnia in animam propriam.

Sindicus eſt legitimus adminiſtrator, ſi eſt ſindicus generalis.

357 Præmiſſa de ſindico dicta locum habent in quocunque ſindico Eccleſiæ, Collegij, & vniuerſitatis.

358 Sindici contumacia an noceat Monaſterio remiſſiuè.

359 Orphanotrofus iurat de calumnia.

Leproſarius iurat de calumnia, ibid.

Hoſpitalarius iurat de calumnia, ibid.

Prædicti habent generalem adminiſtrationem ibid.

360 Abbas iurat de calumnia ſi per ſe agit.

361 Abbas ſolus poteſt iurare pro Monaſterio de calumnia, ſecundum aliquos.

262 Abbas ſolus poſſet iurare de calumnia, ſi ipſe eſſet melius informatus, quàm alij.

363 Abbas ſi non vult per ſe ipſum iurare, ad id non cogetur, ſed poterit ad id conſtituere ſindicum, vel procuratorem.

364 Vice Dominus iurat de calumnia ſiue ſit actor, ſiue reus, & quare.

365 Epiſcopus iurat de calumnia.

366 Epiſcopus iurat per ſe, ſi per ſe ipſum cauſam agit.

367 Epiſcopus ſi eligit alium litigare, iurabit per illum, per quem elegit litigare.

368 Epiſcopus poteſt iurare de calumnia per procuratorem.

369 Epiſcopus ſi diſtrahi poteſt à Diuinis litigando non debet litigare per ſe, ſed ad id debet procuratorem conſtituere.

370 Epiſcopus ſi non diſtrahitur à diuinis poteſt per ſe litigare.

Item quando citatur à Pont. Rom. ibid.

371 Præmiſſa numero 369. & 370. dicta de Epiſcopo extenduntur etiam ad alios Prælatos inferiores.

372 Quæ dicta ſunt ſupra de epiſcopo habent locum ſiue ſit cauſa propria epiſcopi, ſiue eccleſiæ.

373 Epiſcopus iurat non tactis, ſed propoſitis, & inſpectis euangelijs.

374 Epiſcopus hodie de conſuetudine iurat tacto pectore.

375 Epiſcopi iuramenti calumniæ forma vbi innuitur remiſſiue.

376 Epiſcopus iurat in animam propriam de calumnia.

377 Epiſcopus ad iurandum de calumnia indiget licentia Rom. Pontific.

378 Epiſcopus non indiget dicta licentia Rom. Pont. de conſuetudine.

379 In epiſcopis vicinis vbi Romæ ſeruari poſſet, vt in eis requireretur talis licentia.

380 Epiſcopus ſi non impetraret licentiam prædictam Rom. Pont. non vitiaretur proceſſus, nec ſententia.

Licentia impetranda per Epiſcopum à Roman. Pontif. reſpicit quandam reuerentiam, & obedientiam debitam à cūctis Epiſcopis Rom. Pontific. ibid.

381 Epiſcopus ſi citatur, debet citari in ſcriptis.

Illuſtris perſona citatur in ſcriptis, ibidem.

382 Epiſcopus æquiparatur Illuſtri perſonæ.

383 Cardinalis æquiparatur Illuſtri perſonæ.

384 Epiſcopi, & Cardinales, quibus Illuſtribus æquiparentur.

Exclamatio de ambitione huius temporis circa epitheta, & titulos, ibid.

385 Nemini licet eſſe iudicem in cauſa propria.

386 Epiſcopus, & Prælatus eſt iudex competens in cauſa ſuæ Eccleſiæ.

387 Epiſcopus in cauſa ſuæ Eccleſiæ litigans in ſuo Tribunali iurat de calumnia.

388 Indefinita æquipollet vniuerſali.

389 Epiſcopus litigans in Tribunali in cauſa ſuæ Eccleſiæ præſtat tria iuramenta.

Prælatus non eſt iudex competens in cauſa ſuæ eccleſiæ propter commodum, quòd inde Prælatus ſentit, ſecundum Panormitan. ibidem.

390 Epiſcopus eſt iudex competens in cauſa ſuæ Eccleſiæ, quando Eccleſia eſt rea.

391 Epiſcopus agens contra laicum ſuper poſſeſſorio etiam pro decimis, & alijs ſpiritualibus, & non ſuper petitorio, non poteſt

teſt trahere laicum ad ſuum forum.

392 Actor ſequi debet regulariter forum rei.

393 Eccleſia habet electionem fori, & in ea fallit dicta regula.

Intellige hoc dummodo non trahat coram ſe ipſa, vel coram iudice ſuſpecto propter intereſſe quod habet in cauſa ibid.

Eccleſia ſancta eſt, ibid.

394 Vicarij, notarij, & fiſcales aliqui rapaces ſunt in tribunalibus Epiſcoporum, qui vi trahunt cauſas ad eos non ſpectantes ad eorum Tribunal.

395 Officialis ſedis Apoſtolicæ excommunicari non poteſt inconſulto Rom. Pont.

396 Officiales laici ſedis Apoſtolicæ patiuntur multas indignitates à Vicarijs Epiſcoporum in ſtatu eccleſiaſtico.

397 Eccleſia Dei habet duas poteſtate, alteram ſpiritualem, alteram temporalem repræſentatas per duos gladios in Euangelio.

398 Lapus acerrimus defenſor iuriſdictionis eccleſiaſticæ.

Limitatio c. ſi clericus laicum. De foro competenti, ibid.

Clericus trahit ad ſuum forum laicos, quãdo iudex laicus negligit clerico miniſtrare iuſtitiam, ibid.

Epiſcopi contumacia an noceat eccleſiæ remiſsiue, ibid.

399 Archiepiſcopi iurat de calumnia.

Quæ dicta ſunt de epiſcopo, dicuntur de Archiepiſcopo.

400 Prælatus quilibet tenetur iurare de calumnia.

401 Prælatus non cogitur per ſe iurare de calumnia, ſed ad id poterit conſtituere ſindicum, vel procuratorem.

402 Prælatus iurat de calumnia in animam propriam.

403 Prælatus quare iuret in animam propriã.

404 Prælatus iurat de calumnia non ſolum in animam propriam, ſed etiam in animam eccleſiæ ſecundum Socin.

Dicta opin. Socin. in capitul. in pertractandis numero 17. de iur. calumn. reprobatur., ibid.

405 Pealatorum contumacia in non iurando de calumnia non nocet eccleſiæ in caſibus, in quibus vera eorum confeſſio eccleſiæ non præiudicaret.

Contumacia Prælatorum in caſibus, in quibus eorum vera confeſſio præiudicaret Eccleſiæ, An eccleſiæ noceat maius dubium eſt, vt ibid.

Prælatus, & ſindicus, & ſimiles cõtumaces tenentur de ſuo ad litis extimationem, ibid.

Modus puniendi ſimiles Prælatos contuces remiſſiue, ibid.

Prælatus quis dicatur ſtricto, & quis largo modo remiſſiue, ibid.

406 Oeconomus iurat de calumnia.

407 Mandatum ſpeciale non requiritur ad iurandum in animam propriam iurantis.

Oeconomus iurat in animam propriam, ibid. & numero 408.

408 Oeconomus ſemper iurat de calumnia quo ad ordinatoria proceſſus, & iudicij.

Oeconomus plura vide remiſſiue.

409 Adminiſtrator quilibet habens generalem adminiſtrationem iurat de calumnia.

Declara vt ibid.

410 Adminiſtrationes legitimi qui dicantur.

411 Adminiſtratores prædicti eo maxime de calumnia iurant, ſi in re de qua agitur, haberent vſumfructum.

412 Adminiſtratores prædicti iurabunt de calumnia præſertim reſpectu adminiſtrationis eorum, qui carent intellectu.

413 Principales Domini ex genere expreſſorum ſupra numero 412. ſi ſunt melius informati, quàm adminiſtratores, ipſi, & non adminſtratores iurant de veritate ad releuandum aduerſarium ab onere probandi.

414 Adminiſtratores proxime dictorum non poſſunt interrogari, nec ipſi reſpondere tenentur de veritate; & ſi reſpondent de veritate, eorum reſponſio non præiudicat principalibus eorum.

415 Socin. in cap. in pertractandis, numero 18. de iur. calumn. reprobatur.

Adminiſtratores iurant de calumnia, in animam eorum propriam.

416 Adminiſtratores ſemper iurant de calumnia ſaltem quoad ordinatoria proceſſus & iudicij.

417 Ceſſionarius iurat de calumnia, ſiue agat ſuo, vel cedentis nomine.

418 Ceſſionarius iurat, quando periculum eſt ſuum, de calumnia, ſecundum aliquos.

Si periculum eſt cedentis, tunc cedens iurat, ibid.

419 Ceſſiona-

419 *Ceſſionarius, & cedens ſimul iurent ſecundum opinionem Ioann. Andr. ad Specul.*

420 *Conciliatio dictarum duarum præmiſſarum opinionum, & quo caſu vna, & quo caſu alia locum habeat.*

421 *Actionum ceſſarum materia difficillima eſt, & longa.*

Actiones vtiles tunc ceſſæ intelliguntur, quando commodum, & incommodum rei ceſſæ ſpectat ad ceſſionarium, ibidem.

Actiones directæ tunc ceſſæ intelliguntur, quando commodum, & incommodum rei ceſſæ ſpectat ad cedentem, ibid.

422 *Ceſſionarius agens nomine proprio intelligitur intentare vtiles, agens vero nomine cedentis intentare directas actiones.*

423 *Dominus, & vaſſallus adinuicem iurare tenentur de calumnia, ſi ex aduerſo petatur.*

Perpende in hoc Mozzij locum, ibid.

Declarationes plures, quam hic enumeratæ reperientur ad hanc regulam poſitam in princip. huius cap. decimoquinto, remiſſiue, ibid.

424 *Oeconomi, ſindici, vel ſimiles habentes legitimam adminiſtrationem quoties interueniunt, iudex poteſt eligere quos vult, vt iurent, vel ipſos, vel eorum principales, ſi principales ſint inſtiores.*

425 *Contumacia prædictorum Oeconomi, ſindici, & aliorum in non iurando de calumnia non nocet eorum principalibus in caſibus, in quibus, eorum vera confeſſio dictis principalibus non noceret.*

Contumacia prædictorum vero in non iurando nocet eorum principalibus in caſibus, in quibus eorum vera confeſſio dictis principalibus noceret. Et tunc dicti Oeconomi & alij tenentur ad litis æſtimationem; & ſi ipſi non ſint ſoluendo tenentur eorum principales, ibidem.

426 *Contumacia prædictorum quando ſonat in delictum, dicta contumacia non nocet eorum principalibus, quia delictum non cenſetur mandatum.*

427 *Oeconomi, & alij prædicti adminiſtratores rerum alienarum iurant de calumnia in animam propriam, ſecundum aliquos.*

428 *Contrarium autem prædictæ ſententiæ, & quod prædicti non iurant in animam propriam, ſed in animam ſuorum principalium, ſecundum alios.*

429 *Conciliatio prædictarum duarum contrariarum opinionum.*

430 *Adminiſtratores, ſindicus, & alij præmiſſi agentes alieno nomine iurant in animam illorum, qui eos conſtituerunt ſi à dominis principalibus conſtituti fuerunt, ac liberam, legitimam, & vniuerſalem adminiſtrationem habēt à dictis principalibus.*

431 *Sindicus, & adminiſtratores prædicti ſi habent legitimam, liberam, & vniuerſalem adminiſtrationem non ab ipſis eorum principalibus ſed à lege, vel ex authoritate iudicis ex officio, ſeu ad inſtantiam partis aduerſæ, vt ſæpe fit, non iurant de calumnia in animam ſuorum principalium, ſed propriam.*

432 *Adminiſtratores dati à lege, vel iudice ex officio, aut etiam parte aduerſa inſtante nullo actu cōcurrente ſuorum principalium in eorum conſtitutione quomodo poſſint excuſare ſe à iuramento calumniæ remiſſiue.*

433 *Adminiſtratores generales omnes cuiuſcunque generis ſint iurant de calumnia in animam propriam, quoad ordinatoris proceſſus, & proſequutionem litis.*

434 *Agentes alieno nomine omnes ſuperius expreſſi, ſiue ſint actores, ſiue rei, & calumniam committentes, puniuntur in expenſis de eorum proprio.*

435 *Rubrica huius capituli quomodo ſit prima, & ſecunda parti ſatisfactum.*

436 *Proceſſus fabricatus ab eo, qui in animam propriam iurare tenetur, & non vult iurare eſt nullus, nec eo poteſt iuuari principalis ſuus.*

Idem dicitur de proceſſu fabricato ab ea, qui tenetur iurare in animam ſui principalis, & recuſat iurare, ibid.

Qua

Quæ perſonæ iuramentum calumniæ præſtare teneantur, vel poſſint.
Cap. XV.

1 CONSTITVENDUM eſt in principio huius Capituli, pro regula, Quod omnis
perſona litigans tenetur præſtare iuramentum calumniæ, ſiue
ſiractor, ſiue ſit reus, vt ſupra dixi ca-
pitulo decimo quarto. Ad quam Regu-
lam Doctores ponunt aliquas Declara-
tiones, vt eas Socin. vocat, quas infe-
2 rius explicabo. † Prima Declaratio eſt,
vt teneatur de calumnia iurare quælibet
principalis perſona litigans, text. in l. ſe-
cunda, §. primo, circa medium, & in
§. hoc etiam, in fin. & in Authen. Prin-
cipales perſonæ, C. de iureiurando pro-
pter calumniam, & ibidem Bald. nume-
ro primo, text. in capitulo, in pertractan-
dis, & ibi Gloſ. prima, in notabil. in fin.
de iuramento calumniæ, Gloſ. final. in
principio, in capitul. final. & in capitu-
lo cæterum, in verbo, ab vtraque parte,
eodem titulo, & in l. non ſolum, in ver-
bo, interrogationibus, in principio, ff.
de Procuratoribus, quæ Gloſ. eſt notan-
da, Speculat. in titul. de iuramento ca-
lumniæ, §. primo, numero duodecimo,
verſiculo, quinto quia, & §. tertio, in
principio, & numero vndecimo, circa
princip. Ioann. Andr. ad eundem, Spe-
culat. dicto §. tertio, in verbo, Ioan. de
Deo, Bartholom. Socin. regula 207.
Marian. Socin. in capitul. inhærentes, nu-
mero duodecimo, & in dicto capitulo, in
pertractandis, numero primo, & quinto,
in princip. & numero ſeptimo, & dicto
numero quinto, dicit hoc eſſe regulare;
ſed ego id pro regula non poſui, quia ſub-
ſequentes declarationes non poterant ap
tari regulæ, Panormitanus in dicto capi-
tulo, inhærentes, numero quarto, verſic.
not. quarto, in princip. & in capitul. lite-
ras, numero decimo, in fin. de iuramen-
3 to calumniæ. † Principalis autem perſona
dicitur illa, quæ ſuo nomine litigat, Bald.
in dicta Authent. principales perſonę, di-
4 cto numero primo. † Præmiſſa prima de-
claratio eſt declaranda, vt procedat dum-
modo principalis perſona commode ha-
beri poſſit, Socin. in dicto capitulo, in per-
tractandis, numero vigeſimonono, Pa-
normitan. in capitulo, cæterum, numero
ſeptimo, circa medium, de iuramento
5 calumniæ. † Et eadem præmiſſa prima
Declaratio plures habet ampliationes,
quarum prima eſt, vt procedat etiam, ſi
eius aduocatus iuraſſet, Socin. in capitul.
cum in cauſa, numero vigeſimo ſeptimo,
verſicul. & ſic patet ex prædictis, de iura-
6 mento calumniæ. † Amplia ſecundo prin-
cipalem declarationem præmiſſam pro-
cedere etiam, ſi ſuus procurator iuraſſet,
quia per iuramentum procuratoris non
releuatur à præſtatione talis iuramenti,
Socin. in dicto capit. in pertractandis, nu-
mero vigeſimoquinto, licet ipſe in dicto
capitul. cum in cauſa, videatur ſentire con
trarium, quod Impreſſoris vitio, non au-
7 tem Socin. tribuo. † Quam ampliationem
principalem ampliat Specular. in dicto §.
tertio, numero ſecundo, verſic. ſi tamen,
in fi. & ſeq. vt habeat locum etiam ſi pro-
curator iuraſſet de calumnia, & poſtea
reſpondiſſet poſitionibus, illasque negaſ-
ſet, quia principalis quoque, vt melius in-
formatus tenetur illis reſpondere. Sed di-
cta doctrina Specular. non videtur mili-
tare in iuramento calumnię, ſed potius in
iuramento veritatis, vel malitiæ, ſeu re-
ſpondendorũ, vt illud vocat Andr. Gaill.
Pract. obſeruatio. libro primo, obſeruat.
79. numero 10. pagina 142. columna pri-
8 ma, & ſecunda. † Et eandem ſecundam
ampliationem intellige vt procedat de iu-
re ciuili, quia de iure canonico ex cap. fi.
de iuramento calumniæ, in ſexto, videtur
colligi ſufficere quod procurator iuret.
Idque etiam colligitur ex communi ob-
ſeruantia, de qua dicam infra capit. 16. &
Panormitan. in cap. cæterum, nume. 2. de
iuram. calumniæ, vbi voluit, quod ſi do-
minus conſtituit procuratorem ſpecialẽ,
& nihilominus pars inſtaret cogi dominũ
ad iurandũ, dñs poſſet appellare, ſi iudex
9 illũ cogere vellet. † Amplia tertio princi-
palẽ declarationẽ præmiſſam, vt locũ ha-
beat etiã, ſi agẽs pro dicto principali fide-

iuſſiſſet de rato, & cæt. text. in dicta l. ſe-
10 cunda, in dicto §. hoc etiam. † Et hic nota,
quod talis promittens de rato, & cæt. non
confirmatur procurator eo ipſo, quod
principalis iurauit de calumnia; ſed ipſe
conueniri poterit, ſi Dominus ratum
non habeat, Gloſ. in dicto §. hoc etiam,
in verbo, ſubeat, verſiculo, non enim.
11 † Et iuramentum præſtandum per Do-
minum, præſtari debet in animam pro-
priam, Socin. in dicto capitulo, cum in
cauſa, numero duodecimo, in princip.
12 † Secunda declaratio regulæ principalis
eſt, vt is etiam, qui iuraſſet non iura-
re, teneatur præſtare iuramentum calum-
niæ, Speculat. dicto §. tertio, numero ſe-
ptimo, in fin. remiſſiue ad dicta per eum
in dicto titulo, §. quinto, numero tertio,
vbi diſcutit hinc inde, Iaſ. referens Spe-
culat. vbi ſupra, in l. qui iurato, quæ eſt
lex final. numero vndecimo, ff. qui ſatiſ-
dare cogantur, Gloſ. in dicta l. ſecunda,
§. ſin autem reus, in verbo, ſin autem, C.
de iureiurando propter calumniam, &
Alberic. in eadem l. 2. numero trigeſimo,
vbi dicit hoc iuramentum de non iuran-
do eſſe illicitum, Moderni Annotantes
in Pragmatic. Regni, incipien. ſi reus ex-
ceptiones litis ingreſſum, numero ſecun-
do, Marian. Socin. in dicto capitulo, in
pertractandis, numero quadrageſimoſe-
ptimo, in principio. Et ſibi imputet, quia
iurauit non iurare, vt per Socin. in dicto
13 numero quadrageſimoſeptimo. † Con-
trarium autem, & quod non compella-
tur iſto caſu iurare de calumnia, videtur
tenere Socin. in dicto capitul. cum in cau-
ſa, numero quinquageſimoſecundo, in
fin. vbi ante verbum, compellitur, ad-
eſt dictio, *Non*, Quam dictionem potius
vitio Impreſſoris in meo Codice appoſi-
tam credo, quàm vt Socin. ſibi ipſi con-
14 trarius eſſe voluerit. † Nec iſtud contra-
rium eſſet ſine aliquo fundamento, ro-
boratur enim ex hoc, quod iuramentum
primum eſt ſeruandum, Boer. conſil. vi-
geſimooctauo, numero vigeſimo. Et ſi
iurare de calumnia debens contra illud
15 facit, videtur peccare. † Et ſi ſeruat pri-
mum iuramentum videtur præiudiciale,
non ſolum illi, qui iurari inſtat, cui vi-
detur irrogare iniuriam, vt dicam infra
capitulo vigeſimo primo; ſed etiam ip-
ſi iurare debenti, quia non iurando de
calumnia, ſi eſt actor cadit à cauſa, ſi
eſt reus habetur pro confeſſo, vt dixi ſu-
pra capitulo decimo quarto. Et ſic di-
ctum iuramentum videtur eſſe vinculum
iniquitatis, quod eſſe non debet, Ce-
phalus conſilio centeſimo trigeſimoſepti-
mo, numero ſexageſimoprimo, libro pri-
mo, Cepolla conſilio decimoſeptimo, nu-
mero quarto, Decius conſilio quadrage-
ſimoprimo, numero primo, Socinus Iu-
nior conſilio vigeſimo, numero trigeſi-
16 moquarto, volumine quarto. † Iſta eſt ma-
teria ardua, in qua mallem diſcere, quàm
docere propter periculum animæ, &
quia poſſet accidere caſus, in quo no-
lens iurare ob timorem primi iuramen-
ti, per ipſum emiſſi incurrat ammiſſio-
nem omnium ſuorum bonorum, & car-
cerationes, & alia damna intolerabilia,
& in dicta materia, pro nunc dico cum
dicto Socino in dicto capitulo, cum in
cauſa, numero quinquageſimo ſecundo,
quod ſi ille, qui iurauit, ſimpliciter iu-
rauit nulla habita intentione ſpecifica
ad iuramentum calumniæ; tunc tale e-
ius iuramentum reducitur ad intellectum
iuris, & intelligitur, quod non iurabit,
niſi cauſa ſubſiſtente, & ſic ſubſiſten-
te cauſa iurandi de calumnia iuxta for-
mam iuris non intelligitur tale iuramen-
tum comprehenſum ſub illo priori iu-
17 ramento. † Si verò ille, qui iurauit in-
tendebat ſub illo priori iuramento, in
mente ſua comprehendere etiam iura-
mentum calumniæ; ex quo tale iura-
mentum calumniæ eſt inductum, non
pro commodo priuatorum, ſed ob pu-
blicam vtilitatem, vt dixi ſupra capitu-
lo tertio, & quarto, iuramentum pri-
mum eſſet contra vtilitatem publicam
continendo iuramentum calumniæ, &
ſic non eſſet ſeruandum, cum iuramen-
tum contra publicam vtilitatem ſeruan-
dum non ſit, Iaſ. in Authent. ſacramen-
ta puberum, numero quinquageſimoſe-
cundo, C. ſi aduerſ. vendit. Roman. ſin-
gul. 507. numero primo, Gramaticus de-
ciſio. duodecima, numero decimoſepti-
mo, Gozadinus conſilio ſexageſimopri-
mo, numero decimo ſexto. Ex quibus
infertur in omni caſu cogendum eſſe il-
lum, qui iurauit non iurare, & ipſum
teneri

teneri iurare de calumnia. Et ad prædicta conferunt ea, quæ dixi ſupra capitulo decimoquarto, numero ſexageſimoquarto, & quæ dicam infra hoc eodem capitulo, numero decimo ſeptimo,
18 ſequen. † Tertia declaratio regulæ principalis eſt, vt procedat in eo, qui vouiſſet non iurare, quia & ipſe tenetur iurare de calumnia, Socin. in dicto capitulo, in pertractandis, dicto numero quadrageſimo ſeptimo, vbi poſt diſcuſſas opiniones ita concludit, & rationem reddit, quia id tendit nedum in præiudicium iurantis, ſed etiam tertij quod eſſe non debet. Et ad prædicta conferunt ea, quæ dixi ſupra capitulo decimoquarto, numero ſexageſimoquarto, & dicta ſupra hoc eodem capit. numero duodecimo, &
19 ſequen. † Quarta declaratio principalis regulæ eſt, quod etiam iudices tenentur iurare de calumnia, text. in dicta l. ſecunda, in principio, & ibidem, Cyn. numero
20 primo. † Dictumque iuramentum per iudices præſtatur non tactis, ſed propoſitis ſcripturis tantùm, Gloſ. in dicta l. ſecunda, in verbo, propoſitis, & Cyn. dicto numero primo, Barthol. ibidem numero decimo, Panormitan. in dicto capitulo, inhærentes, nnmero quarto, verſic. not. quar-
21 to, de iuramento calumniæ. † At Marian. Socin. in dicto capitulo, in pertractandis, ſub numero quarto, dicit non eſſe neceſſe, quod iudices habeant ante oculos Euangelia, quia cum habeant ante oculos ſcripturas, ipſa Euangelia habere viden-
22 tur ante oculos. † Et quod ideo inoleuit practica ponendi in ſententijs illam clauſulam, *Solum Deum præ oculis habentes*. Et vtinam Iudices omnes id, quod ſub his verbis ore fatentur, corde, & opere profiterentur, & Deum præ oculis haberent, & non potius amorem, odium, pecunias, aut aliquod aliud intereſſe. Et ego noui iudicem, qui cum pecunias ſportularum, & alias etiam cauſas ante oculos haberet in ſententia omiſit, permittente Deo apponere dicta verba: vt propalaretur eius iniquitas, quod ſcilicet non Deũ, ſed pecunias habebat ante oculos, & ne vltra illud peccatum, committeret etiam mendacium aſſerendo, quod Deum habebat ante oculos, & verum non eſſet.
23 † Hodie à iudicibus non præſtatur iſtud calumniæ iuramentum, & ſufficit, quod quando ad officium promouentur, & eliguntur, ſiue in principio officij iurent, vt habetur in dicta Gloſ. in verbo, propoſitis, Barthol. dicto numero decimo, Panormitan. in dicto capitulo, inhærentes, numero quarto, in fin. vbi allegat conſuetudinem, de iuramento calumniæ, & tradit Socin. in dicto capitulo, in pertra-
24 ctandis, dicto numero quarto † Nec præſtatur per iudices etiam ſi procederetur per inquiſitionem, quia inquiſitio ſuccedit loco accuſatoris, Socin. in dicto capitulo, in pertractandis, dicto numero quar-
25 to. † Ratio cur hodie iudices iuramentum calumniæ non præſtent, redditur à Bald. in l. prima, numero ſecundo, C. de iureiurando propter calumniam, & eſt talis, quia in eis ceſſat calumniæ ſuſpicio, immo præſumitur, quod non calumnien-
26 tur. † Et proh dolor temporibus iſtis, in quibus per motum proprium fœlicis recordationis Sixti Papæ Quinti, ſublatæ ſunt omnes leges municipales criminales, quæ non ſunt confirmatæ in forma ſpecifica, ſed per generales Confirmationes Pontificum, tanta excreuit officialium, & iudicum iniquitas, vt non ad cuſtodiam, & gubernationem Ciuitates, & oppida videantur tradita, ſed ad direptionem. Et ſi Bald. proximè allegatus dicit in eis ceſſare calumniæ ſuſpicionem, immo pro eis præſumi, quod non calumnientur; Vel debet intelligi de officialibus in diebus illis; vel quod talis præſumptio non eliciatur ex ijs, quæ officiales faciunt, ſed eliciatur ex ijs, quæ facere debent. Et poſtquam ingreſſi ſumus hanc materiam, aliquantulum ab inſtituto noſtro digrediar ad vtilitatem ſtatus Eccleſiaſtici, omniumque aliorum ſtatuum. Et vtinam verba mea peruenirent ad aures ſummorum Principum, quibus Deus gubernium Mundi tradidit, quia ſperarem, quod intellecto infelici ſtatu, in quo populi eis à Deo crediti conſtituti ſunt ob auaritiam Iudicum, & Officialium, in quibus ipſi confidunt, prouiderent eorum indemnitati; & quod ſi in Euangelio dicitur, Quod expediebat, vt vnus moreretur, ne tota gens periret; non conuenit, vt totus populus pereat,

& moriatur, dummodo viuat vnus ſolus iudex ex officialis, & eius auaritiæ. Attendant Principes ea, quæ non ſine magno animi dolore, & intenſo ferè vſque ad mortem profero, & propono, & quamuis talis digreſſio in principio videatur inutilis, & extra propoſitum, in fine oſtendam non eſſe extra propoſitum; & vtilitatem inde aliquando Deus eruat. Ante motum proprium prædictum, omnes Ciuitates habebant Statuta criminalia, & quando contra ea aliquis errabat ſoluta pœna ſtatutaria mulctabatur, & delinquente reſtituto ad patriam negocijs proprijs operam nauabat delinquens ſollicitus iacturam pœnæ ſolutæ reſtaurare. Poſt motum proprium omnes populi circa pœnas pendent à voluntate iudicis, & officialis, & dictus motus proprius mandat deficientibus ſtatutis confirmatis in forma ſpecifica, obſeruari Conſtitutiones Egidianas, quas ante eum per totum Statum Eccleſiaſticum, obſeruandas habebamus ex motu proprio Sixti Quarti, & Pauli Tertij, apud Capuaquenſ. deciſio. ducenteſima vigeſimaſexta, numero quarto, in verbo, conſtitutio, parte prima, Pontan. de Spol. libro quarto, capitulo tertio, numero quadrageſimo ſecundo, verſiculo, quas quidem. Sed eas iudices, & officiales non obſeruant, & omnes pœnas reducunt ad ſupplicationes; & ſi rei ſupplicant, illos vltra modum excoriant, & tantùm taxant ſupplicationes, quantùm ferè rei in bonis habent, eoſque mendicos relinquunt. Si autem rei ſponte non ſupplicant, & de pœna concordant, illos citari faciunt ad comparendum etiam ſi pœna ſit pecuniaria perſonaliter, & nolunt admittere procuratores, prout tenentur in pœnis pecuniarijs, vel à pœna relegationis infra, ac etiam in pœnis, in quibus agitur de priuatione, ſeu depoſitione, ab ordine, ſeu dignitate, vt habetur apud Clar. §. final. quæſtione trigeſimaſecunda, numero quarto, quinto, & ſexto, à verſicul. cæterum, & ſequentibus, cuius authoritate tantùm contentus ero, cum ibi ad ſaturitatem iura, & communes opiniones adducat. Et ſi rei comparent eo vſque detinent carceratos, donec componant arbitrio officialium, & Rectorum contra omne ius. Si non comparent perſonaliter ad effugiendam carcerationem, coguntur voluntarium ſubire exilium, vel eis à Rectoribus exilium indebitè imponitur cum maximo eorum familiæ diſpendio; & non habentes vnde in exilio viuant, oportet ſeipſos aſſociare cum prauis hominibus, & interuenire graſſationibus, rapinis, abigeatibus, & ſimilibus alijs delictis, & ſic in dies creſcit exulum ſtatus Eccleſiaſtici numerus ex indiſcretione, & auaritia Rectorum, Iudicum, & Officialium; quæ ſi reprimeretur, reprimeretur etiam exulum numerus. Præterea pro quocunque pecuniario delicto etiam ex forma Egidianarum Conſtitutionum ſine citatione carcerari faciunt, cum non valeant, vt eorum arbitrio componere de pœna poſſint dicti Rectores, & Officiales; & poſtquam compoſuerint dicti rei arbitrio prædicto, coguntur ſoluere birruarijs capturas, cuſtodibus carcerum dietas carcerationis, Fiſcali mandata relaxi, & eadem relaxi mandata eiſdem Rectoribus, & Officialibus perſoluere: & ſic pauperes, & aliquando tales rei, qui non habent vnde viuant, niſi ex ſudore vultus eorum quotidiano, in carceribus opprimuntur, & in excarcerationibus vndique expilantur à Iudicibus, à Fiſcalibus, à cuſtodibus carcerum, à birruarijs, & à Notarijs, quorum ſuperius non memineram. Solent inſuper omnes Ciuitates habere leges municipales ſuper damnis datis diſtinctas libris ſeparatis à legibus ſuper criminibus; pro quibus damnis datis imponuntur pœnæ pecuniariæ dumtaxat, pro quibus pœnis pecuniarijs non valent de iure dicti Rectores, & Officiales carcerare homines, vt dixi; & ipſi, quando talia damna data committuntur, ſtatim carcerari faciunt dantes damnum ſine aliqua citatione ſub prætextu, quod tale damnum ſit magnum; & ideo non ſit ſtandum ſtatutis loquentibus de damnis datis, ſed eſſe puniendos ſimiles dantes damnum criminaliter etiam; Vt exempli gratia ſtatutum furantibus vuas, imponit pœnam refectionis damni domino vuæ, & deinde ſcuti vnius,

Aliquis

Aliquis aufert vnam ſportam vuæ, & dicti rectores contra eum intentant iudicium criminale, carcerando de facto aſſerentes ſtatuta loquentia de damno dato in vuis intelligi, quando quis pro eſu aufert vnum, aut duos racemos vuæ, & non quando auffertur vua cum ſportis; & in eorum vtilitatem interpretantur ſtatuta de damnis datis; & miſelli obcæcati auro non cognoſcunt, quod immo è conuerſo deberent interpretari ſtatuta, quod ſcilicet intelligantur de quocunque damno dato in vuis, & quod ſi damnum datum ſit in re minima, vt in vno racemo, vel duobus, aut ſimilibus, quod de minimis non debet Prætor curare, vel ſaltim tali caſu pœna minor ſtatutaria imponi. Et quod nullo modo datur tranſitus de ſpecie ſeparata ad ſpeciem ſeparatam; vt de damno dato ad criminalia, & de criminalibus ad damna data. Et differunt ſolum inter ipſa damnum datum magnum, & paruum non ſpecie, ſed ſecundum magis, & minus tantùm. Et id magis deplorandum eſt, quod ſi aliquis committit damnum datum, dicti Rectores, & Officiales eum inquirunt, & mulctant criminaliter, & deinde mandant appaltatoribus damni dati, qui habent diſtinctam iuriſdictionem in Statu Eccleſiaſtico, à tempore dicti Sixti Quinti, vt eos mulctent ratione damni dati, & ſic dupliciter reus in duobus Tribunalibus diſtinctis pulſatur. Et cum in aliquibus locis habeant certam pecuniarum quantitatem pro omni inuentario, ſeu annotatione bonorum, quando adeſt delictum, pro quo confiſcatio bonorum veniret imponenda, Ipſi pro omni læuiſſimo delicto faciunt confici inuentarium, ſeu annotari bona tracti illius lucri auiditate. Omitto, quod dum aliquis imputatur de aliquo crimine, ipſi antequam ad examen in ſcriptis deueniant, vocant teſtes, qui ſcire negocium poſſunt, & ſi inuenerint ex ipſis aliquem deponere in fauorem rei, illum non examinant, ſed alios, qui deponunt contra reum, & quod magis impium eſt, ſi teſtis, qui examinatur, deponit aliquid in fauorem rei inquiſiti ſcribunt ea, quæ contra inquiſitum ſunt, ea autem, quæ deponit pro inquiſito, & eius innocentia, ſcribere nolunt dicentes teſtibus, quod ſuper præmiſſis in fauorem rei ipſos non interrogant. Mille alios modos illaqueandi, & excoriandi populos diuites habent iſti Rectores, Iudices, & Officiales, qui non latrunculatores, vt Doctores eos vocant, nominandi ſunt; ſed latrones magni, qui torquibus aureis in aulis Principum deambulant, ſuſpenſis laqueo furibus paruis, vt apud Gellium in Pulchro dicto nobilis Romani colligitur; & eos Alciat. in l. ſi calumniator, numero quarto, de verborum ſignificatione vocat Iudices concuſſores; Quorum ſi aliqui capite truncarentur, ab vnius pœna cæteri diſcerent. Expediret fœlicitati populorum, vt Principes, quibus Deus Princeps Principum, & Dominus Dominantium dedit eorum regimen, ſtatuerent certas leges criminales, iuxta cuiuſque oppidi facultates, & facerent certis eos ſub legibus viuere, & non permitterent eos ita à Rectoribus expilari, excoriari, & eorum ſanguinem emungi ita, vt eis vix ſpiritum, & hunc precarium dimittant; & eiſdem Rectoribus dicerent Principes, quod dixit Elias ad Achab. 3. Regum, capitul. 18. Tu conturbas Iſrael, & domus patris tui. Et hoc modo diminuiretur numerus exulum omnia deuaſtantium, & populos haberent ditiores, & obſtrictiores. Et hæc dicta ſint ſaluo honore aliquorum proborum, qui exercent huiuſmodi officia fideliter, & in via veritatis ambulant, & non in vijs impiorum, nec in cathedra peſtilentiæ ſedent, & quorum fama ab

27 tam iniquis viris obnubilatur. † Ex quibus clare conſtat non ſolum eſſe vtile, ſed neceſſarium, quod ſimiles iudices, & officiales iurarent de calumnia, vt de iure eſt, non obſtante quacunque conſuetudine, ſeu potius abuſu in contrarium exiſtente. Nec præmiſſis obſtat, quod ſuperius dixi iurare de calumnia omnes perſonas litigantes, & hæc fuerit regula, & concluſio principalis, poſita ſupra in principio huius capituli. Et quod inſuper tres perſonæ conſtituant iudicium, ſcilicet, Iudex, actor, & reus, vt Panormitan. in dicto capitulo, inhærentes, numero quarto, verſicul. not. quarto. Ex quibus ſoli actor,

& reus ſunt litigantes, & ſi iudex iuraret de calumnia, non eſſet declaratio ad dictam regulam, cum iudex nō ſit litigans; Quia reſpondeo, quod (omitto quod Panormitan. in dicto verſicul. not. quarto, dicit iudices eſſe principales perſonas, quæ intelligenda duco quoad conſtitutionem iudicij, non quoad intereſſe in cauſa) aliquando iudices ducti aliqua affectione inclinant in fauorem actoris, aut rei, & ſic aſſumunt illius perſonam, & ob id dici poſſent litigantes, non quod actu ſint, ſed potentia poſſunt eſſe litigan-
28 tes † Et dicti iudices etiam in multis procedunt ſine actore, ſeu accuſatore, vt eſt in officio non mercenario iudicis, ſed nobili per quod ſæpè mandatur pręſtari cautiones de non offendendo, vt Herculan. in tracta. Caut. de non offendeudo, & alia ſimilia per dictum nobile officinm expediuntur. Nec præmiſſis obſtat doctrina Socin. in dicto capitul. in pertractandis, numero quarto, per me citata ſupra numero vigeſimotertio, dum vult, quod inquiſitio ſuccedit loco accuſatoris, quia id videtur falſum; nam Socin. tranſit de perſona, quæ conſtituit iudicium ad partem integralem iſtius iudicij particularis, in quo per inquiſitionem proceditur, & ad modum procedendi contra reum; & eo minus admittitur talis tranſitus de actore ad inquiſitionem cum nullum ſimbolum
29 habeant. † Quinta declaratio regulæ eſt, quod minor etiam de calumnia iurare tenetur in certis caſibus, & Primo in omnibus cauſis, in quibus habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio, Panormitan. in capitulo cum cauſam, numero nono, in fin. & numero decimo, in fin. de iuramento calumniæ, Marian. Socin. in dicto capitul. in pertractandis, numero octauo, prope fin. & numero nono, Cyn. in dicta l. ſecunda, §. quod obſeruari, numero ſeptimo, C. de iureiurando
30 propter calumniam. † Secundo dum non habet curatorem, & illum petit, & aduerſarius inſtat non admitti, niſi iurato de calumnia, Gloſ. in dicto §. quod obſeruari, in verbo, ſcire poſſunt, & ibidem Cyn. numero quinto, vbi dicit interim ad hunc actum haberi pro maiori dictum mi-
31 norum. † Immo dicta Gloſ. in verbo, ſcire poſſunt, in fin. dicit, quod ſi quis dicit ſe minorem poterit actor illum cogere ad iurandum de calumnia ſub hac ex-
32 ceptione, *Si maior ſis*. † Tertio, cum minor haberet quidem tutorem, vel curatorem, ſed ipſe minor eſſet melius informatus, quàm tutor, & curator; cum præſentia tamen tutoris, vel curatoris, tunc iurabit, Gloſ. in dicto §. quod obſeruari, in dicto verbo, ſcire poſſunt, & ibidem Cyn. numero ſexto. De præmiſſis latius tangam, cum de tutore, & curatore agam.
33 † Sexta declaratio principalis regulæ eſt, vt procedat etiam in pupillo, qui & ipſe de calumnia iurare debet in cauſis, in quibus habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio, Panormitan. in capitul. cum cauſam, numero nono, in fin. de iuramento calumniæ, & numero decimo, Marian. Socin. in dicto capitul. in pertractandis, numero octauo, prope fin. & numero nono, & in dicto capitul. cum in cauſa, numero vigeſimo, verſic. tu vero dic, quod intelligendum dicit dictus Socin. dicto numero octauo, & Panormitan. dicto numero decimo, in princip. de pupillo doli
34 capace. † Et hanc declarationem exemplificant in pupillo agente in cauſa momentaneæ poſſeſſionis, Gloſ. in dicto §. quod obſeruari, in verbo, perſonæ, in fin. Socin. in dicto capitul. in pertractandis,
35 numero octauo. † Si tamen pupillus læderetur, poſſet petere reſtitutionem in integrum, Speculat. in titul. de iuramento calumniæ, §. tertio, numero quarto. Iſta declaratio in parte reincidit cum Quinta præcedente, & plura ſuper hac materia
36 habere poteris, cum de tutore agam. † Septima declaratio principalis regulæ eſt, quod procedit in ſeruo, qui, & ipſe de calumnia iurare tenetur in omnibus caſibus, in quibus ſeruus habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio, Marian. Socin. in dicto capitul. in pertractandis, numero decimoquarto, vbi etiam remittit ad ea,
37 quæ alias ipſe late dicit. † Quod exemplificat in cauſa momentaneæ poſſeſſionis, Gloſ. in dicto verbo, ſcire poſſunt.
38 † Octaua declaratio regulæ principalis eſt, vt procedat in filio familias, qui & ipſe de calumnia tenetur iurare, ſiue agat, ſiue conueniatur de conſenſu patris, dum modo filius ſit legitimæ ætatis, Socin. in dicto capitul. cum in cauſa, numero vigeſimo,

ſimo, Lucas Petus in Practica Capitoli-
na, libro ſecundo, capitulo tertio, nume-
ro decimo, Gloſ. in dicto §. quod obſer-
39 uari, in verbo, perſonæ. † Idque non
procedere in caſtrenſibus, aſſeuerat So-
cin. in dicto capitul. in pertractandis, nu-
mero decimo, ſed in peculio aduentitio,
& vbi pater eſt legitimus adminiſtraior,
vbi vult, quod filius iurare non debeat,
ſed pater. Vide ad hanc materiam Cyn.
in dicto §. quod obſeruari, numero vn-
decimo, & quæ ponam infra, cum de pa-
40 tre verba faciam. † At quid dicendum
erit, ſi duo filij inter ſe litigare volunt, &
cui conſenſum pater præſtare debeat?
Et quod vtrique parti conſenſum præ-
ſtare teneatur, voluit Socin. in dicto ca-
pitulo, in pertractandis, numero quadra-
41 geſimo quinto. † Iurat etiam filius fami-
lias de calumnia in omnibus caſibus, in
quibus ſine conſenſu patris habet legiti-
mam perſonam ſtandi in iudicio. Nam
42 † regulariter filius familias ſine conſenſu
patris eſſe non poteſt in iudicio, Barthol.
in l. prima, numero vndecimo, & ſexage-
ſimo primo, C. qui admitti, text. in l. cum
non ſolum, §. neceſſitate, C. de bonis,
quæ liberis, ſecundum Socinum, regula
151. Multa in id cumulat Alphanus in
Collectaneis, numero centeſimo trigeſi-
motertio, Dec. in dicta l. prima, numero
ſexageſimo primo, C. qui admitti, Ro-
man. conſil. trigeſimo tertio, numero pri-
mo, Arnonus Soliloquio 78. in princip.
43 † Sed in quibuſdam caſibus habet legiti-
mam perſonam ſtandi in iudicio ſine con
ſenſu patris, quos recenſet Socin. in di-
cto capitul. in pertractandis, numero vn-
44 decimo. † Et caſus quos Socin. recenſet,
ſunt iſti, videlicet. Primus caſus eſt, cum
filius non eſt in poteſtate patris. Secun-
dus caſus eſt in ſpiritualibus. Tertius ca-
ſus eſt in Caſtrenſibus. Quartus caſus eſt
in quaſi Caſtrenſibus, quod etiam firmat
Barthol. in dicta l. ſecunda, §. quod ob-
ſeruari, numero decimoſeptimo, vbi di-
cit, quod filius familias iurat, & quod iſto
caſu habetur pro patrefamilias, licet So-
cin. annectat iſtum caſum, cum proxime
præcedente. Quintus caſus eſt in aduen-
titijs, in quibus patri non quæritur vſuſ-
fructus, & hic attende, quod regulariter
pater habet vſumfructum in bonis aduen-
titijs filij; Ideo iſtud intellige de illis bo-
nis aduentitijs, in quibus pater non ha-
bet vſumfructum, vt infra dicam. Sex-
tus caſus eſt in criminalibus, maxime pu-
blicorum iudiciorum. Septimus caſus
eſt, quando filius agit patre longe extra
territorium degente, qui procuratorem
non dimiſit. Octauus caſus eſt, quando
filius caueret, quod pater ſit rem ratam
habiturus. Nonus caſus eſt ſi filius pete-
ret exequutionem inſtrumenti guarenti-
giati. Decimus caſus eſt, in omnibus ca-
ſibus, in quibus non proceditur in figura
iudicij. Vndecimus caſus eſt, in extra-
ordinarijs, ſecundum aliquos. Duodeci-
mus caſus eſt, ſi pater ſit ingreſſus Mo-
naſterium. Decimuſtertius caſus eſt, ſi
filius eſſet Clericus, vel talem aſſequutus
dignitatem, quæ ipſum liberaret à patria
poteſtate, & ageret, vel conueniretur pro
bonis poſtea quæſitis, ſed iſte caſus rein-
cidit fere cum primo. Decimuſquartus
caſus eſt in omnibus caſibus, in quibus
olim filius familias poterat eſſe in iudicio
ſine conſenſu patris, vt in actione in fa-
ctum, iniuriarum, quod vi, aut clam,
commodati, & ſimilibus. Decimuſquin-
tus caſus eſt in præparatorijs, ſed ſuper
iſto caſu attende, quia id procederet de
iure antiquo, per quod pluries iurabatur,
ac etiam ante, & poſt litem conteſtatam
ſuper quolibet emergenti particulari, nõ
autem de iure Codicis, per quod ſemel
tantum, & poſt litem conteſtatam dum-
taxat, & ſuper tota cauſa iuratur, vt dixi
capitulo primo, & nono. Et ſi dicta Præ-
paratoria fierent ante litem conteſtatam,
certe iuramentum deſuper præſtandum
non diceretur calumniæ, ſed iuramen-
tum malitiæ. Si verò fierent poſt litem
conteſtatam dicentur poſitiones, ſeu ar-
ticuli, & iuramentum deſuper præſtan-
dum, dicetur potius veritatis, vel mali-
tiæ; & ſic iſto caſu nullatenus datur iura-
mentum calumniæ. Decimuſſextus ca-
ſus eſt, quando filius agit contra patrem,
ſuper quo nota, quod tunc ei remittitur
iuramentum, vt dicam infra capitul. de-
cimooctauo, & quod iſto caſu debet fi-
lius impetrare veniam; Ac etiam quod
ad ſaluandum hunc locum, Socin. intelli-
gi debet, quod filius familias iſto caſu iu-
ret, ſi vult, ſed ſi non vult non cogitur ſi-
ne

ne dicto conſenſu iurare, per ea quæ dicam dicto capitulo decimooctauo. Et prædictis caſibus à Socino relatis concordant infraſcripti Doctores, videlicet cum decimoquinto præmiſſo caſu. Vantius De nullit. in tit. De nullit. ex defect. & inhabilit. manda. compar. numero quadrageſimoquinto, Addoque eiſdem caſibus à Socin. relatis. Decimum ſeptimū, qui eſt quando imploratur officium iudicis extra ordinem, & non in figura iudicij, Ant. de Trigona ſingul. ſexageſimoquarto, & iſte caſus videtur reincidere cum vndecimo caſu ſupra poſito ex Soc. Decimum octauum caſum addo, & eſt, quando pater conſenſiſſet filio agenti in iudicio, qui condemnatus fuit, & demum conuenitur actione in factum, quia tunc conſenſus patris nō requiritur, Ant. Trigona dicto ſing. ſexageſimoquarto, verſic. limita ſecundo, & iſte caſus reincidit fere cum caſu decimoquarto, ſupra relato à Socin. Decimumnonum caſum addo, & eſt, in omnibus caſibus in quibus minor poteſt eſſe in iudicio ſine curatore, quia in eiſdem non requiritur patris conſenſus, Ant. Trigona vbi ſupra dicto ſing. ſexageſimoquarto, verſic. limita ſingulariter, in quo ſingulari multa norabilia tradit.

45 † Nec prætereo quod Arnonus dicto ſoliloquio. 78. extendit regulam ſupra numero quadrageſimoſecundo, poſitam quod filius ſine patris conſenſu non poſſit habere legitimam perſonam ſtandi in iudicio, etiam quando ſummariè agitur, & exequutiuè, & ſic videtur contra, nonum, decimum, & vndecimum caſum poſitum ex Socin. ſupra numero quadrageſimoquarto.

46 † Dixi ſupra numero trigeſimonono, & numero quadrageſimoquarto, quod Socin. in dicto capitul. in pertractandis numero decimo, videtur tenere, quod in Caſtrenſibus non procedat iſta noſtra octaua declaratio, quam opinionem Socin. quæ eſt communis, declaratur, vt non procedat in omnibus Caſtrenſibus, nec ſemper, ſed quando poſt caſtrenſia acquiſita ſuperueniſſet filio aliquod impedimentum per quod interdicta ei eſſet bonorum Caſtrenſium adminiſtratio, vt Amentia, Prodigalitas, & quid ſimile.

47 † & circa iſtum conſenſum patris ad validandum iudicium ſcire debes quod quandocunque talis conſenſus patris accedat, iudicium retrofactū conualidatur ad Vāt. vbi ſupra de Nullit. ſenten. ex inhab. ſeu defec. mand. compar. vbi ſoluit contraria, numero quadrageſimoquarto, & quadrageſimoquinto.

48 † Pro reſolutione omnium præmiſſorum circa iſtum conſenſum patris dic, quod quandocunque in bonis per filium acquiſitis quæritur patri vſusfructus, & exercitium actionum, tunc requiritur conſenſus patris ob intereſſe quod habet, & quia actionum exercitium pater filio præoccupauit; In bonis autem, in quibus vſusfructus, nec aliquid patri quæritur, filius habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio ſine conſenſu patris, Vant. late vbi ſupra proxime numero trigeſimonono, & ſequent.

49 † vbi ſub numero quadrageſimoſecundo, ſubdit, quod in caſibus, in quibus vſusfructus, vel aliquod ius patri quæritur, ſi filius familias eſſet minor, ſibi deputari deberet curator ad illam litem vltra conſenſum patris, quia curator datur ob minoritatem, & conſenſus patris ad conſeruandum ſibi ius, quod habet in bonis, de quibus agitur, & vnum non ſuppletur per aliud, vt pulchre Vant. dicto numero quadrageſimoſecundo, & numero quadrageſimotertio ſeq. Iſtud habui in facto coram R.P.D. Lælio Ottolino Lucenſi non leuis armaturæ milite togatæ militiæ Vicario admodum Illuſtris, ac Reuerendiſſimi Domini Dominici Tuſci Epiſcopi Tiburtini nunc Almæ Vrbis Gubernatoris meritiſſimi, & Domini mei, in cauſa vertente inter nobiles Dominas Ambroſinam Vrſinam, Zacconiam, & Claricem Brunellam, ſimiliter de Zacconibus meam principalem, contra quam conſtitutam ſub poteſtate patria, & minorem coram dicto Domino Vicario nulliter fuerat actum; & nunquam obtinere potui dictam Vantij doctrinam habere locum, licet ſit in clariſſimis fundata iuribus. Dictus Vicarius fundabat ſuam opinionem in Borgnin. de tutore, ac alijs iuribus aſſerentibus filiofamilias minori agenti non eſſe neceſſario dandum curatorem, neque eidem in iudicio pulſato, ſed ſufficere patris aſſiſtentiam; quæ ego procedere replicabam in illis

illis caſibus, in quibus pater nullum ius habebat in bonis, ſuper quibus agitur. ex
50 citata Doctrina Vant. † & hoc modo concorda Socin. Arnon. ac omnes alios Doctores inter ſe in præmiſſis diſcrepantes.
51 † Quomodo autem poteſt cogi pater ad præſtandum conſenſum filio agenti vel reſiſtenti tradit Vant. in tit. quib. mod. ſen ten. nul. repar. numero octuageſimoſeptimo, vbi dicit poſſe patrem cogi captis pignoribus, vel quod conſenſus ſuppletur per iudicem per interloquutoriam declarando talem legitimam perſonam ſtandi
52 in iudicio habere. † Supra numero quadrageſimoquarto, in quinto caſu à Socin. relato tetigi quod non in omnibus bonis aduentitijs pater habet vſumfructum, ſed in quibuſdam tantùm bonis per filium acquiſitis, & in caſibus ſpecialibus, & in iſtis ſaluari Socin. dicto caſu quinto,
53 † Nam regulariter pater in bonis aduentitijs filij habet vſumfructum, & in conſequentiam exercitium actionum Gloſ. in dicta l. ſecunda §. quod obſeruari, in verbo, Perſonæ, & ibi Gloſella marginalis. Boer. deciſio. 172. numero trigeſimoprimo, & trigeſimoſecundo, Borgnin. in tract. de vſufruc. mul. relic. numer. 179. & ſeq. vbi exclamat contra viros, qui ad gratificandum vxoribus, ipſis relinquunt ſub ſpe, quod vxores relictis fruantur, eorum tamen vſusfructus patribus quæritur contra eorum ſpem, & præter voluntatem dictorum incautorum virorum,
54 quos maritellos ibi Borgnin. vocat. † Quę reg. quod pater habeat vſumfructum in bonis aduentitijs filij patitur aliquas ampliationes. Prima Ampliatio eſt, vt procedat etiam in bonis relictis filio naſcituro, maximè ſi notarius fit ſtipulatus pro dicto naſcituro, Boer. d. deciſ. ſeptuageſi-
55 maſecunda, num. trigeſimo, & ſeq. † Secunda ampliatio dictæ reg. eſt, vt procedat etiam in legitima filij, & quod in ea pater vſumfructum habeat, vt per Doctores relatos à Boer. dicta deciſio. 172. numero primo, ſed iſtud fallit vt in-
56 fra dicam. † Patitur etiam dicta reg. multas fallentias, per quas pater non habet vſumfructum in bonis aduentitijs filij, quarum Prima eſt, quando pater eſſet dilapidator bonorũ, quia tunc patri in bonis filij non quæritur vſuſtructus, Boer. dicta deciſio. 172. numero primo, circa me-
57 dium. † Secunda fallentia eſt in dote, in qua vſumfructum patrem non habere tradit Boer. deciſio. nonageſimaquinta, numero tertio. Quam fallentiam non puto ita ſimpliciter admittendam, ſed conſiderandum an pater ſubſtineat onera matrimonij filij, vel non ſubſtineat, ſi non ſubſtineat tunc crederem veram hãc fallentiã, ſi vero ſubſtineat nutriendo filium, vxorem, liberoſque ex eorum communi matrimonio ſuſceptos credo, quod per talium onerum ſubſtentationem vſusfructus dotis patri quæreretur, ſaltim reſpectu filij, nurus, & nepotum, licet quoad exercitium actionis contra alias perſonas pro dote non ita faciliter rece-
58 derem à fallentia. † Dos enim datur pro oneribus matrimonij, l. pro oneribus. ff. de iur. dot. Gloſ. in l. ſi fraudator. §. ſi à ſocero, in verbo, indotatam. ff. quæ in fraud. cred. Rot. in vna Rom. Alimentorum de Cincijs, coram Illuſtriſſimo Domino Cardinali Mantica tunc Auditore, ſub die vigeſimo quarto Aprilis, 1595.
59 † Tertia fallentia regulæ principalis, & ſecundæ ampliationis præmiſſæ eſt, quando vſusfructus bonorum aduentitiorum filio relictorũ eſſet patri prohibitus; quia iſto caſu filij in legitima non quæritur patri vſusfructus, vt volunt Doctores relatiã Boer. dicta deciſio. 172. numero pri-
60 mo. † Quarta fallentia eſt in filio emancipato ad hoc vt pater totum, & integrum vſumfructum habeat, quia in dictis bonis pater habet vſumfructum pro virili, cum filio emancipato, Roman. ſing. 547.
61 incipien. ſcis quod filiusfamilias. † Ampliatur hæc fallentia, vt locum habeat in omnibus deſcendentibus, vt per Addent.
62 ad Roman. dicto ſingul. 547. † Quinta fallentia regulæ præmiſſæ eſt in bonis filio donatis ab Imperatore, in his enim vſusfructus patri non acquiritur Alphan. in
63 Collectan. numero 106. † Sexta fallentia eſt in bonis donatis filio ab Auguſta, in quibus ſimiliter vſusfructus patri non
64 quæritur, Alpan. dicto numero 106. † Septima fallentia eſt in bonis filio donatis à Rege, in his ſimiliter patri vſusfructus non queritur, Alphan. dicto numero 106.
65 † Octauam fallentiam præmiſſis addo, & eſt in bonis filio donatis à Summo Ro-

mano

mano Pontifice, in quo par ratio, & ma-
ior militat, quam in aliquo ex præmiſſis
Principibus, cum ſit Vicarius Ieſu Chri-
ſti in terris in ſpiritualibus, & Dominus
omnium aliorum Principatuum mundi in
ordine tamen ad ſpiritualia, vt dicam
66 infra capitul. decimooctauo in princ. † No
nam addo fallētiam, quæ eſt in bonis filio
donatis ab Illuſtriſſimis & Reuerendiſſi-
mis Sanctæ Romanæ Eccleſię Cardina-
libus, qui ſunt glorioſi Principes terræ,
& cardines eccleſiæ, vt dicam infra dicto
67 capitul. decimooctauo. † Decimam fal-
lentiam addere lubet, & eſt in bonis do-
natis filio à quocunque alio Principe non
recognoſcente ſuperiorem in tempora-
libus, & idem in Republica omiſi po-
nere fallentias in caſtrenſib. & quaſi ca-
ſtrenſib. in quibus patri nō quæritur vſuſ-
fructus, quia de eis ex Socin. memini ſu-
pra numero quadrageſimoquarto, & tri-
68 tiſſimæ ſunt. † Plures alios caſus, in qui-
bus patri vſusfructus non quæritur habes
apud Gloſ. in §. igitur liberi veſtri, in ver-
bo, vſumfructum. Inſtitut. tit. per quas
perſon. nob. acquir. Boer. dicta deciſio. no-
nageſima quinta, vbi latè. Dyn. conſil.
duodecimo, in fin. & ibi Benedic. de Va-
dis in addit. in litera C. verſic. §. *cum au-
tem*, Vrſill. ad Afflict. deciſio. 393. nu-
mero tertio, & pleroſque alios Docto-
69 res. † Dixi ſupra eodem numero quadra-
geſimoquarto, in decimoſexto caſu, quod
filius agens contra patrem debet petere,
& impetrare veniam antequam agat, ſi
ipſe eſt actor, alia proceſſus eſſet nullus,
Vant. vbi ſupra in titul. de nullit. ex inha-
bilit. & defect. mand. comparen. numero
70 quinquageſimoſexto. † Et proceſſus eſſet
ipſo iure nullus etiam ſi filius eſſet eman-
cipatus. Franc. Curt. in l. qui in poteſtate,
numero ſecundo, C. de in ius vocand.
71 † Maximè autem eſſet nullus proceſſus,
quando in iudicio pater nō compareret,
vt per Capic. deciſio. quinquageſimaſex-
ta, numero ſexto, & à maioritate ratio-
nis multo magis eſſet nullus, ſi compare-
ret, & exciperet pater in iudicio de venia
72 nō petita. † Si verò pater comparet in iudi
cio, & non excipit de non petita venia,
certè proceſſus teneret, Vant. dicto nu-
mero quinquageſimoſexto, Capic. dicto
numero ſexto, Marcabrunus de Anguil-
lis conſil. 106. numero primo, & ſequen.
73 libro primo. † Vbi acriter reprehendit Ca
pic. in dicta deciſiō. quinquageſimaſexta,
innuentem, quod ſi filius impetrat reſcri-
ptum à Principe agendi contra patrem,
videtur Princeps remiſiſſe filio veniæ pe-
74 titionem. † Dictaque veniæ petitio requi-
ritur etiam in filio ſpirituali, Tiraquell. de
Pœnis, cauſa vigeſima prima, numero
tertio, Diaz regula ducenteſima nona-
75 geſima quinta. † Nec in tali veniæ peti-
tione requiritur citatio partis aduerſæ,
Maranta in Speculo, parte ſexta, in titul.
de citatione, in primo membro iudicij,
numero octauo, Tiraquell. in tracta. res
inter alios acta, limitatione trigeſimaſe-
ptima, folio mihi vigeſimotertio, & vige-
76 ſimo quarto. † Et ſi deuiare licet aliquan-
tulum à noſtro inſtituto ſciendum eſt,
quod non ſolum filius, ſed etiam multæ
aliæ perſonę tenentur veniam petere an-
tequam agant, vt de vaſſallo, qui tene-
tur petere veniam à domino, tradunt Iaſ.
& Alexand. in l. generaliter. ff. de in ius vo
can. Speculat. de feud. §. quoniam, verſic.
decimoſexto quæritur, quos refert Mi-
ſinger. centur. quarta, obſeruatione nona-
77 geſimaſecunda, in princip. † Quamuis ip-
ſe Miſinger. in fin. dictæ obſeruationis,
contrarium firmet, & aſſerat ſuam ſen-
tentiam eſſe Germanis comprobatam
78 moribus. † Item de genero, qui tenetur
petere veniam à ſocero tradit Guilelm.
de Ludo ſingul. quingenteſimoſeptimo,
79 incipien. Gloſ. eſt. † Item de Monacho,
qui tenetur petere veniam ab Abbate,
tradit Roman. ſingul. 556. incipien. quid
80 in Monacho. † Item de Ciue, qui tenetur
petere veniam à ſua Republica, voluit
Viuius libro primo, opinion. 317. nume-
81 ro ſexto. † Item de priuato habente cau-
ſam à fiſco, contra quem agit, affirmat
Roman. ſingul. nono, incipien. an ſi pri-
82 uatus. † Item de eo, qui vult conuenire
habentem cauſam à fiſco, is enim tenetur
etiam veniam petere, Miſinger. centur.
ſecunda, obſeruatione nonageſima pri-
83 ma, in fin. † In qua centur. nonageſima-
prima, dicit, plures perſonas, in quibus
impetratio venię requiritur recenſeri per
Socin. in reg. quæ perſonæ, & Bald. in
capitul. fin. de feud. alien. Alia de filio ha-
84 bebis infra cum de patre loquar. † Nona
decla-

declaratio principalis regulæ eſt, vt pro-
cedat etiam in patre, qui etiam tenetur
iurare de calumnia in ijs bonis, in quibus
eſt legitimus adminiſtrator, Specul. in
tit. de iur. calumn. §. tertio, numero quin-
to, Lucas Petus in Practica Capitolina,
libro ſecundo, capitulo tertio, numero
decimo, Gloſ. in dicta l. ſecunda, dicto
verbo, quæ perſonæ, C. de iureiurando
propter calumniam, Bal. in dicto §. quod
obſeruari, vbi enumerat patrem inter le-
gitimos adminiſtratores, Socin. in dicto
capitul. in pertractandis, numero duode-
cimo, Panormitan. in capitulo, cum cau-
ſam, numero decimo, de iuramento ca-
85 lumniæ. † Sed Cyn. in dicta l. ſecunda, re-
prehendit dictam Gloſ. in verbo, perſo-
86 næ, vbi eum vide. † Quam declarationem
principalem amplia, vt locum habeat,
ſiue pater agat, ſiue excipiat, Socin. in di-
cto capitulo, in pertractandis, numero de-
87 cimonono. † Amplia ſecundo, eandem
declarationem, & proximè poſitam eius
ampliationem, ſiue pater agat, ſiue con-
ueniatur, vt legitimus adminiſtrator filij,
ſiue nomine filij, ſiue nomine ſuo, & fi-
lij ſimul, Socin. dicto numero decimono-
88 no. † Amplia tertio principalem declara-
tionem, & ampliationes prædictas ad
Auum, & alios aſcendentes, Socin. dicto
numero decimonono, vbi dicit dictos a-
ſcendentes poſſe facere præmiſſa etiam
ſine ſpeciali mandato. Et licet ibidem
Socin. loquatur de patre idem dicendum
erit de alijs aſcendentibus habentibus de-
ſcendentes in poteſtate, quia in eis mili-
tat eadem ratio, & ideo debet militare ea-
89 dem iuris diſpoſitio, vt infra dicam. † Nec
mirum, ſi dicitur patrem poſſe ſine ſpe-
ciali mandato iurare, quia eſt legitimus
adminiſtrator, vt ſupra ex Bald. in dicto
§. quod obſeruari, tradidi, & iurat in ani-
mam propriam, vt infra dicam, ad quod
iuramentum in animam propriam non
90 requiritur ſpecialitas mandati. † Prædicta
intellige de aſcendentibus habentibus fi-
lios, aliosque deſcendentes in poteſtate,
non autem de aſcendentibus non haben-
tibus deſcendẽtes in poteſtate: Ac etiam
in bonis, in quibus præfati aſcendentes
habent vſumfructum, vt per Socin. dicto
91 numero decimonono. † Præterea Bald. in
dicto §. quod obſeruari, numer. ſeptimo,
tradit; quod in omnibus iudicijs, quæ
fundantur in patre, pater iurat de calum-
nia; in iudicijs vero, quæ fundantur in fi-
lio, filius iurat de calumnia; dum tamen
filius ſit legitimæ ætatis, vt dixi ſupra,
quando de filio verba feci. Vnde elici-
tur, quod ſi iudicium in vtraque funda-
tur pro ſuo intereſſe, vterque pro ſuo in-
92 tereſſe iurabit. † ſubdit etiam Bald. ibid.
ſub numero octauo, quod quando pater,
aut alius adminiſtrator minorum, ſeu ma
iorum habet vſumfructum in bonis, ſu-
per quibus agitur, iurat ipſe de calumnia
nulla habita diſtinctione, An ipſe cau-
ſam agat, vel aſſiſtat in iudicio, & hoc
ideo, quia eſt legitimus adminiſtrator,
qui ſine ſpeciali mandato iurare poteſt,
dummodo ſit generalis adminiſtrator, vt
dicam infra hoc eod. capitulo quod di-
ctum Bald. ſequutus eſt etiam Panormit.
in capitul. cum cauſam numero decimo,
93 in fin. de iuramento calumniæ, † & quod
dico de filio extende ad omnes deſcen-
dentes in poteſtate exiſtentes; quia in eis
militat eadem ratio, quę in filio, & ideo in
eis debet militare eadem iuris diſpoſitio,
Bartholom. Romuleus in comment. rub.
de acquirenda poſſeſſione, nume. vigeſi-
moquinto, circa medium, Rota in vna
Romana, die vigeſimo octauo Iunij,
1577. coram Aldobrandino nunc ſum-
94 mo Pontifice in manuſcriptis. † Dictum-
que iuramentum pater præſtabit in ani-
mam propriam, Lucas Petus in dicta Pra
ctic. dicto capitul. tertio, numero vnde-
cimo, argumen. text. in dicto capitul. in
pertractandis, tum quia ad iurandum de
calumnia in animam propriam non re-
quiritur mandatum, vt dicam capitul. de-
cimoſexto, tum etiam quia adminiſtra-
tores iurant in animam propriam, vt di-
cam infra, tum & tertio, quia ad iuran-
dum in alterius animam requiritur ſpe-
ciale mandatum, vt dixi, & dicam ſæpe
in hoc capitul. & ſæpiſſime inſeram capi-
95 tul. decimoſexto, † & prædicta pater aget
conſenſu filij accedente vt pro notabili
tradit Socin. dicto numero decimonono;
Nec ſine ratione Socin. requirit in prædi-
ctis conſenſum filij, quibus alludit bo-
na annotatio ad Panormit. in dicto cap.
cum cauſam, dicto numero decimo, lite-
ra C, in verbo, vſumfructum. Nam in

dictis bonis filio quæſitis poteſt filio pa-
rari præiudicium circa proprietatem, & circa vſumfructum patri quæſitum, & quoad dimidium vſumfructum in filio
96 emancipato vt dixi ſupra. † Qui vſusfructus morte vſusfructuarij finitur, & ad hæredes non tranſit de ſui natura, Gloſ. in l. hæreditatem, in verbo, Vlpianus. ff. ad legem Falcidiam, Boer. deciſio. 172.
97 numero vigeſimonono, † & ad vlteriorem prædictorum omnium cognitionem ſcire debemus quod filius multiplicia acquirit bona. Aliqua acquirit, quorum vſusfructus, nec proprietas patri quæritur, ſed omnia filio quæruntur, quorum aliqua ſupra recenſui à numero quinquageſimoſexto, ad numerum ſexageſimumſextum, incluſiuè. Aliqua acquirit, quorum proprietas filio, vſusfructus verò patri quæritur, & aliquando integer aliquando dimidiatus vſusfructus, vt dixi ſupra numero quinquageſimotertio, quinquageſimoquarto, quinquageſimoquinto, & ſexageſimo. Et multa habere poteris apud eos, qui ediderunt Tractatus de duobus fratribus. Alia acquirit quorum, & proprietatem, & vſumfructum patri quærit, vt quando ex re patris aliquid quærit, ſine tamen ſua induſtria, nam ſi filius cum re patris aliquid induſtriæ, & operæ poneret in acquirendo cum re patris, tunc fieret acquiſitorum diuiſio, iuxta tradita per Petr. de Vbald. in Tracta. de duobus fratribus, in
98 vndecima parte principali. † De vltimo caſu præmiſſo, quando ſcilicet nec proprietas, nec vſusfructus filio quæritur, non eſt loquutus Socin. quia ibi non conuenitur, vt pater, ſed vt dominus ad quem commodum, & incommodum omne rei controuerſæ ſpectat, & ſic neque ego de eo loquor, ſed nos loquimur de duobus primis, in quibus aliquid filio quæritur
99 actu, vel ſpe. † In bonis per filium acquiſitis quorum proprietas ſibi ſoli quæritur, & ſimiliter vſusfructus; & patri nec proprietas, nec vſusfructus quæritur, ſolus filius iurat abſque aſſiſtentia patris, quia aſſiſtentia patris requiritur pro intereſſe patris, non autem pro intereſſe filij, vt tradit Vant. dicto numero quadrageſimotertio. Cum hic igitur non agatur de aliquo intereſſe patris, non requiritur
100 eius conſenſus, & aſſiſtentia. † In bonis autem per filium acquiſitis, quorum proprietas ſibi, patri verò vſusfructus quæritur iurat vterque, ſcilicet pater, & filius; & pater pro intereſſe ſuo vſusfructus aſſiſtit, vt dicit Vant. dicto numero quadrageſimotertio, & inſuper iurat de calumnia cum conſenſu tamen filij, & ſic procedit id quod ex Socin. & annotat. ad Panormitan. dixi ſupra numero nonageſimoquinto, quia poſt mortem patris vſusfructus, pro quo pater iurat, eſt reuerſurus ad filium. Filius etiam iurat pro ſuo intereſſe actu quoad proprietatem, & in ſpe poſt mortem patris quoad vſumfructum; & ſi filius eſſet emancipatus quoad intereſſe non ſolum proprietatis, verum etiam dimidij vſusfructus actu, & de præſenti, & in ſpe poſt mortem patris alterius dimidij vſusfructus, quem ſupra numero ſexageſimo dixi, quod pater habet cum filio emancipato pro virili, & ſic filius iurabit pro dicto multiplici ſuo intereſſe cum conſenſu tamen patris pro alio ſuo intereſſe, & iſta modo procedunt ea, quæ dixi ſupra numero trigeſimooctauo, quod filius iurat de conſenſu patris, quod etiam tetigi ſupra nume-
101 ro quadrageſimo nono. † Prædicta autem procedunt in maiore vigintiquinque annis, & ad validandum iudicium reſpectu intereſſe patris. In minore vero vigintiquinque annis vltra conſenſum, & aſſiſtentiam patris requiritur curator ad validandum iudicium reſpectu ætatis.
102 † Minor enim non poteſt conueniri in iudicio ſine tutore, vel curatore, l. prima, & ſecunda, C. qui legit. perſon. Gloſ. in l. de ætate, in verbo, dicit, ff. de minor. Vant. in titul. de nullit. ex defect. mand. numero vigeſimooctauo, & trigeſimoſexto. Et iſto caſu procedit Vant. in citato numero quadrageſimotertio, quod vltra conſenſum patris, & eius aſſiſtentiam
103 requiratur curator. † Et hæc habent locum quando cum minore concurrit conſenſus, & aſſiſtentia patris pro ſuo intereſſe; ſed quando cum minore non concurrit conſenſus, nec aſſiſtentia patris pro ſuo intereſſe, tunc vti minori datur tutor, ſeu curator, qui iurabit, vt dicam infra, vel ipſe minor cum eius præſentia, ad quę vide, quæ de tutore, & curatore dicam;

Sed

Sed quia aſcendentes præferuntur in tu-
telis, & curis, vt per cumulatè tradita,
ab Alphano ad Authent. matri, & auiæ,
C. quando mulier tutoris officio fungi
poſſit, in Collectaneis ſuis, numero qua-
dringenteſimo decimoquinto. Deberet
præferri pater in dicta tutela, & cura cir-
ca bona dicti minoris filio ſoli quæſita.
104 † Et ea quæ dico de minore, & pupillo,
dico etiam de furioſo, & de prodigo,
cui bonis eſt interdicendum eo modo,
qui traditur à Vantio in dicto titulo de
nullitate ſententiarum ex inhabilitate, ſeu
defectu mand. compar. numero decimo-
105 nono. † Sed non ita de Lunatico dicen-
dum credo, Nam dicendo aliquem eſſe
Lunaticum, ex natura illius verbi impor-
tat infirmitatem mentis intercalatam, &
non continuam, & quis ſit, & dicatur Lu-
naticus, tradit Gigas reſponſo ſeptimo.
106 † Præmiſſis addo, quod in bonis, in qui-
bus aliquid filio quæritur actu, aut ſpe fi-
lij conſenſus non ſolum requiritur, vt di-
xi ſupra numero quadrageſimotertio ex
Socino; ſed etiam requiritur expreſſe,
quod filius agat, vel conueniatur ipſe, &
vti principalis iuret pro ſuo intereſſe actu,
107 vel ſpe. † Decima declaratio principalis
regulæ eſt, quod habet locum etiam in
Vniuerſitate, quæ ſimiliter de calumnia
iurare tenetur, capit. Imperatorum, de iu-
ramento calumniæ, Speculat. in titul. de
iuramento calumniæ, §. tertio, numero
nono, Socinus in dicto cap. in pertractan-
dis, numero decimoſexto, Petrus Vande
ranus in Practica iudiciali, cap. ſecundo,
axiomate primo; Bald. in dicto §. hoc e-
tiam, numero primo, Panormitan. in di-
cto capit. Imperatorum, numero primo,
108 † Dictique iuramenti præſtatio fit iuran-
do omnes de Vniuerſitate, vel illorum
maior pars, tex. in dicto §. hoc etiam, Spe
culat. in dicto §. tertio, numero primo, in
princip. & ibid. Ioannes Andr. in verbo,
municipio ſeruatur, vbi modum iurandi
ponit, idem Speculat. dicto §. tertio, nu-
109 mero nono. † Vel idonea parte illorum de
Vniuerſitate iurante, licet non ſit maior
pars, Gloſ. in dicto §. hoc etiam, in ver-
110 bo, idonea. † Vel per adminiſtratores
Ciuitatis, ſecundum Bald. in dicto §. hoc
etiam, numero primo, Barthol. ibidem nu
mero ſecũdo, vbi ponit etiam, quod iſto-
111 rum maior pars poterit iurare. † Tutius ta-
men eſt, vt per alium iuret, ſcilicet per
Oeconomum, Petrus Vanderanus dicto
112 Axiomate primo. † Vel per Sindicum,
Bald. dicto §. hoc etiam, numero primo,
Socinus in dicto capit. cum in cauſa, nu-
mero primo, Gloſ. in dicto §. hoc etiam,
in verbo, vel à plurima, verſiculo, eſſet e-
nim ridiculum, Speculat. in dicto §. ter-
tio, in principio, & ibi Ioannes Andreas
in Additio. in verbo, Sindicus, actor, Pa-
normitanus in dicto capit. Imperatorum,
numero ſecundo, in fin. Lucas Petus di-
cto libro ſecundo, capitul. tertio. Confun-
dũtur enim iſti duo termini Oeconomus,
& Sindicus à pleriſque Doctoribus. Et
per Sindicum poterit Vniuerſitas iurare,
dummodo talis Sindicus ſit generalis,
hoc eſt ad omnes cauſas, Speculat. dicto
113 §. tertio, numero decimoquinto. † Vel iu-
rabit Vniuerſitas per eum, qui litem pro
ipſa conteſtatus eſt ad ea, quæ tradit Spe-
culat. dicto §. tertio, numero primo, in fin.
114 & numero nono. † Quia eſſet ridiculum
iurare omnes de Vniuerſitate, Gloſ. in di-
cto verbo, vel à plurima in dicto verſicu-
lo, eſſet enim ridiculum, Socinus in dicto
capitulo, in pertractandis, numero deci-
115 moſexto. † Alij verò diſtinguunt dicen-
tes, quod aut Vniuerſitas eſt ſecularium;
& tunc ſufficit, quod principaliores, per
quos Vniuerſitas regitur, iurent, Ma-
rianus Socinus in dicto capitulo in per-
tractandis, numero decimoſexto, & quin-
quageſimo primo, Panormitan. in dicto
capitulo Imperatorum, numero quinto,
116 † Aut Vniuerſitas eſt Eccleſiaſtica, & tunc
ſubdiſtinguunt, quod aut Abbas, & Præ-
latus conſtituerunt procuratorem, & Sin-
dicum ſine conuentu, & capitulo, &
tunc ipſe Abbas, & Prælatus iurant;
Aut illum conſtituerunt cum conuentu,
& capitulo, & tunc principaliores de con-
uentu, & capitulo iurant, vt Panormi-
tanus dicto numero quinto, & Soci-
117 nus dicto numero decimoſexto. † Quæ
vera ſunt niſi dictæ Vniuerſitates per a-
lium velint iurare, Socinus dicto nu-
mero decimo ſexto. Et tutius eſt, vt
per alium, videlicet, Per Oeconomum,
Sindicum, vel eum, qui litem conteſta-
118 tus eſt iurent, vt dixi ſupra. † Aduer-
te tamen, quia dicti Adminiſtratores,

Sindici, & Oeconomi debent iurare, de calumnia in animam propriam, textus in dicto capitulo, in pertractandis, & ibi Gloſ. in verbo, in animam iurantis, vbi idem dicit de tutore, & curatore, Marianus Socinus in rubrica, numero nono, de iuramento calumniæ, vbi loquitur de Sindico, & actore, & in dicto capitulo, cum in cauſa, numero
119 duodecimo. † Contrarium autem, & quod non in animam propriam, ſed ſuorum Principalium, & Vniuerſitatis iurent, habetur de Sindico, & actore apud Speculator. in titulo de iuramento calumniæ, §. primo, numero tertio.
120 † Quas duas contrarias opiniones concordando dic. Quod prædicti nullatenus iurant in animam Vniuerſitatis, quæ animam non habet, nec in animam propriam tantùm, ſed in animam illorum, de Vniuerſitate, qui Vniuerſitatem repræſentantes adminiſtratorem, & Sindicum conſtituerunt Addition. Henric. Ferran. poſt Ioannem Andream ad Speculator. in titulo, de iuramento calumniæ, §. tertio, numero primo, in verbo, municipio ſeruatur, Speculator ibidem §. quarto, numero ſeptimo, Bald. in dicto §. hoc etiam, numero primo. Et ſimul iurant in animam propriam, vt per Socinus in dicto capitulo, cum in cauſa, numero duodecimo. Prout in ſimili videmus de procuratore, qui tenetur iurare in animam domini, ac etiam in animam propriam, vt dicam infra capitulo decimoſexto, & prædicta intellige vt infra, in fin. huius capituli nume-
121 rō 430. † Et Socinus in dicto numero duodecimo, in fine, reddit rationem, Quod in animam Vniuerſitatis non iuratur, quia Vniuerſitas animam non habet, idem tradit Baldus in dicto §. hoc etiam, numero, Andrea Gaillaula, de pace publica, capitulo decimo, numero vndecimo, pagina quadrageſima quar-
122 ta. † Et diſpoſitio, quando ad Vniuerſitatem refertur, & materia eſt talis, quæ non congruit Vniuerſitati collectiuè, ſed tantùm ſingulis de Vniuerſitate, diſpoſitio non debet ſumi pro Vniuerſitate, collectiuè, ſed pro ſingulis de Vniuerſitate, vt Socin. dicto numero duodecimo. Et ſic de Vniuerſitate diſtributiuè tantùm. Vniuerſitas enim eſt nomen iuris, non perſonæ; vt Baldus dicto nu-
123 mero primo. † Quid autem ſit Vniuerſitas habes apud Gloſ. in l. ſi mancipium, in verbo, non debetur, in fin. ff. quod
124 cuiuſque Vniuerſitatis nomine. † Et quod per vnum conſtitui nequit, ſed per tres, vnus tamen retinet nomen Vniuerſitatis, habes in Gloſ. in eadem l. ſi municipium, in verbo, nomen Vniuerſitatis.
125 † Et quod poſſit cogi Vniuerſitas ad conſtituendum Sindicum, pro negocijs incumbentibus; & poſſit cogi vt congreget conſilium, & ante, quàm poſſit congregare, & deliberare, non currat ei terminus conſtitutionis, ſeu iuris, eſt doctrina Bald. in dicto §. hoc etiam, nume-
126 ro ſecundo. † Vndecima declaratio principalis regulæ eſt, quod habet locum etiam in Hærede, qui & ipſe de calumnia iurare tenetur. Gloſ. in Authentic. principales perſonæ, in verbo, migrauerit, C. de iureiurando propter calumniam; & in capit. in appellationis, in §. procuratores, in verbo, iuramentum, eodem titulo, in ſexto, Bald. in dicta Authent. principales perſonæ, numero primo, Alberic. in Authent. hoc ſacramentum, numero ſecundo, C. eodem titulo.
127 † Contrarium autem, & quod hæres non tenetur iurare de calumnia, habes infra, capitulo decimooctauo, numero vigeſimoſeptimo, & ſequẽtibus, & ſolue vt ibi.
128 † Sed dum hæres petit reſtitutionem aduerſus confectionem inuentarij, quod iurare debeat de calumnia, determinat Socinus in capitul. literas, numero duodeci-
129 mo, de iuramento calumnię. † Nec mirum eſt, quod teneatur iurare de calumnia, quando petit reſtitui aduerſus confectionem inuentarij, quia tunc non petit reſtitui aduerſus factum, vel negligentiam ſui authoris, ſed aduerſus negligentiam, & factum, vel quaſi contractum propriũ. Nam per aditionem hæreditatis, quam fecit; fecit quaſi contractum cum creditoribus hæreditarijs, Cephal. conſil. 327. numero ſecundo, libro tertio, Rota in vna Romana cenſus, die decimoquinto Martij. 1577. verſiculo, quantum ad primum, in fin. coram R. P. D. Seraphino nunc Rotæ Decano, vbi tradit etiã contraxiſſe cum fideicommiſſarijs hæreditarijs.

130 reditarijs. † Et non conficiendo inuen-
tarium ex dicto quaſi contractu poſſet
conueniri vltra vires hæreditarias, &
Falcidiam non detraheret, l. cum à ma-
tre, C. de rei vendication. Decius con-
ſil. trigeſimooctauo, numero quinto, Al-
phan. in Collectan. numero ducenteſimo-
primo, l. quæ dotis, in fin. & ibi Gloſ. in
verbo, cæteris, & in verbo, teneatur, ff. ſo-
lut. matrimon. §. ſi verò, in Authentic. de
hæredibus, & Falcid. Stracca in Annota-
tion. ad Crauett. conſil. trigeſimotertio,
numero ſecundo, vbi dicit iſtud proce-
dere de iure Cæſareo, ac Pontificio, ſed
non in foro fidei, animę, & conſcientię.
131 † Et non ſolum teneri poſſet ex dicto qua-
ſi contractu vltra vires hęreditarias, ſi nõ
confeciſſet inuentarium, verum etiam ſi
feciſſet inuentarium, ſed infideliter ali-
qua omittens in fraudem creditorum,
Roland. conſi. ſeptuageſimotertio, nume-
ro vigeſimooctauo, & ſequen. & numero
quinquaginta, libro ſecundo, Ruin. conſil.
vigeſimonono, numero, verſiculo, ex alio
etiam, libro quinto, Grat. conſi. vigeſimo-
quinto, numero octauo, nono, & ſequen.
libro ſecundo, Natta conſil. 574. numero
octauo, & ſequen. libro tertio, Caputaqu.
deciſ. 119 numero ſecundo, libro ſecun-
do, in impreſſis, vbi concluditur dari con-
tra talem doloſum iuramentum in litem.
De hærede quando, & quomodo tenea-
tur iurare de calumnia, vide latius infra,
capitulo decimooctauo, & decimonono.
132 † Duodecima declaratio principalis regu-
lę eſt, vt procedat etiam in ſucceſſore al-
terius, nam & ipſe de calumnia iurare te-
netur dicta Gloſ. in dicto §. procurato-
res, in verbo, iuramentum, vbi Domin.
Franc. & cęteri. Nec iſto caſu diſtingui-
tur vtrũ ſit ſucceſſor vniuerſalis; vel par-
ticularis, vtroque enim caſu procedit hæc
133 declaratio. † Decimatertia declaratio prin
cipalis regulæ eſt, quod procedit etiam
in Monacho agente cauſam propriam, vt
puta cum tractatur de electione de ſe fa-
cta de licentia ſui ſuperioris, vel quando
accuſat ſuum Pręlatum, & ſimilibus, Ma-
rian. Socin. in dicto capitul. in pertractan-
ctis, numero decimotertio. Et quando ac-
cuſat ſuum Prælatum tenetur petere ve-
134 niam, vt dixi ſupra numero 79. † De-
cimaquarta declaratio principalis regu-
læ eſt, quod extenditur etiam ad tertium
vocatum, vel admiſſum ad cauſam, quia
quoties in iudicio interuenit noua perſo-
na, per quam iudicium agitatur, debet
dicta perſona de calumnia iurare, faciunt
135 ea, quæ tradidi ſupra capitulo nono. † So-
let autem de ſtilo iſte tertius admitti in ſta
tu, & terminis, in quibus reperitur cau-
ſa. Et ſi ipſe tertius non iurat de calum-
nia, cadit in pœnas contentas ſupra ca-
pitulo decimoquarto, contra recuſantes
iurare, cum diſtinctione tamen; quod ſi
per partem aduerſam petitum eſſet iura-
ri de calumnia, ſed id petitum eſſet an-
te quam iſte tertius fuiſſet admiſſus, vel
vocatus ad cauſam, tunc non arctaret
hunc tertium, qui nondum admiſſus,
ſeu vocatus erat ad cauſam, nec cade-
ret in pœnas contentas in dicto capitu-
lo decimo quarto. Si verò poſt quàm
vocatus fuit, vel admiſſus iſte tertius ad
cauſam petitum eſſet hoc iuramentum
calumniæ, deberet dictus tertius iura-
re de calumnia, aliàs reſpectu ipſius
proceſſus, & ſententia eſſent nulla, quan-
do tamen reſpectu ipſius tertij etiam
lis eſſet conteſtata, vel pro conteſtata
136 habita. † Quia dictus tertius admiſſus,
vel vocatus ad cauſam ſemper vices a-
ctoris, aut rei ſubſtinet, qui ambo iu-
rare tenentur, vt dixi ſupra capitulo de-
cimo quarto. Et tale iuramentum præ-
ſtatur tantum poſt conteſtatam litem,
137 vt dixi ſupra, capitulo decimo. † Quæ
conteſtatio fit per narrationem princi-
palis negocij, iuncta petitione, in iudi-
cio pro parte actoris, & reſponſione
affirmatiua, vel negatiua in initio litis,
pro parte rei animo litem conteſtandi
facta, vt in negocio principali cum af-
fectu procedi poſſit, Petrus Vandera-
nus in Practic. libro tertio, capitulo pri-
mo, de litis conteſtatione, Gloſ. in ca-
pitulo vnico, §. procuratoribus, in ver-
bo, reſponſiones, de litis conteſtatione,
& in l. prima, in verbo, cum iudex, C.
de litis conteſtatione, Ioan. Mar. Rimi-
nald. conſil. 346. numero vndecimo, libro
ſecundo, Curtius Iunior conſil. centeſi-
mo ſeptuageſimo quarto, numero ter-
tio, Ferret. conſil. 114. num. tertio, & ſe-
ptimo, tex. in l. rem non nouam, §. patroni,
138 C. de iudic. † Quæ reſponſiones rei impe-

diant litis conteſtationem, non eſt præ-
ſentis inſtituti, dicere. Et de ea latius
dicere paro in tractatu, quem edere ſta-
tuo, de litis conteſtatione, fauente Deo.
Et interim conſulo Doctores per me
proxime citatos, & Marianus Socinus
in ſuo Tractatu de litis conteſtatione,
quem edidit ſuper titulo Extra.vt lit.non
conteſtat. & Repetentes ſuper dicto titu-
139 lo. † Quomodo autem, & quando ad-
mittatur iſte tertius veniens ad cauſam,
omitto breuitatis gratia. Si autem id vi-
dere cupis recurre ad Iodoc. in Practica
ciuili, capitulo nonageſimooctauo, Vant.
in Tracta. de nullit. in titul. quis poſſit di-
cere de nullitate, numero decimooctа-
uo, & ſequenti. Afflictus deciſione du-
centeſima trigeſima quinta, & ibi Cæ-
ſar. Vrſillus in Additionibus, Gaillaula
Practicarum obſeruationum, libro pri-
140 mo, obſeruatione ſeptuageſima. † Et de
hac materia breuiter tantùm dico, quoad
hoc vt tertius admittatur debet ſumma-
riè, & ſaltim ſemiplene probare de ſuo
intereſſe, aliàs admitti non debet, Fænut.
de moment.tempor. capitu. decimoquar-
to, numero nono, Gaillaula dicta obſer-
uatione ſeptuageſima, numero vigeſimo
141 tertio, pagina 128.† Et hoc docto venien-
do ad cauſam impediret exequutionem,
Miſinger. centur. tertia, obſeruatione ſe-
ptuageſimatertia, Neguſant. de pignori-
bus, membro primo, parte quinta, nume-
ro vigeſimonono, Boer. deciſione ſeptua-
geſimanona, numero primo, in qua deci-
142 ſione vide plures limitationes ad hoc.† Et
quando poſſit impedire exequutionem
obligationis Cameralis vide Rotam de-
ciſione 641. numero decimoſexto, parte
143 prima diuerſorum in impreſſis.† Decima-
quinta declaratio principalis regulæ eſt,
quod habet locum etiam in excommuni-
cato, qui & ipſe de calumnia iurare te-
netur dum conuenitur, Speculatór. in
titulo de iuramento calumniæ, §. tertio,
numero decimo ſexto, Marianus Soci-
nus in dicto capitulo, in pertractandis, nu-
mero octauo, & numero quadrageſimo-
ſexto, verſiculo, trigeſimo quinto, vbi de
communi teſtatur, Gloſ. in capitulo, cum
cauſam, in verbo, per procuratorem, ver-
ſicul. ſed ſi excommunicatus, & verſiculo
ſequen. vbi etiam Panormitanus nume-
ro nono, de iuramento calumniæ. Et ra-
tio eſt, quia id non reſpicit commodum,
ſed incommodum excommunicati, & ei
eſt oneris, vt Panormitanus dicto nume-
ro nono, & Socinus dicto numero qua-
144 drageſimoſexto. † Sed iuramentum ca-
lumniæ talis excommunicati non admit-
titur antequàm abſoluatur: Vnde non
videtur ſatisfeciſſe, ſi iurat de calumnia
non adhuc abſolutus, Gloſ. in dicto ca-
pitulo, cum cauſam, in dicto verbo, per
145 procuratorem. † Ex quibus conſtat ex-
communicatum poſſe quidem cogi ad iu-
randum de calumnia, ne commodum
reportet de ſuo delicto; & ſi non iurat
habetur pro confeſſo, aliàs excommu-
nicatio prodeſſet excommunicato, & no-
ceret aduerſario, quod eſſe non debet,
ad Panormitanum in capitulo, intellexi-
mus, numero duodecimo, vbi Annotan-
tes in verbo, ſui præiudicium, de iudi-
ciis, & idem erit, ſi iurat nondum ab-
ſolutus ab excommunicatione, quia eius
iuramentum in excommunicatione ſor-
deſcentis ei non proficit ad excuſandum
à pœnis contentis, ſupra capitulo deci-
mo quarto, & à nullitate proceſſus, &
ſententiæ, de qua ſupra capitulo ſepti-
mo. Atque reputabitur pro confeſſo,
ac ſi nunquam iuraſſet, & proceſſus, &
ſententia in excommunicati fauorem la-
ta, ac omnia inde ſequuta eſſent ipſo
146 iure nulla. † Dixi, quod etiam ipſe ex-
communicatus iurat, dum in iudicio con-
uenitur, quia in caſu tantùm, quo con-
ueniatur, dumtaxat poteſt locum habe-
re iſta declaratio, ſi quidem ab agen-
do repellitur excommunicatus, Parpa-
lea in l. placet, numero centeſimo vige-
ſimoſecundo, vbi latè diſcutit hunc ar-
ticulum, C. de Sacroſanctis Eccleſijs,
Galleſius ad quartam particulam obliga-
tionum Cameralium, quæſtio prima, nu-
147 mero tertio, quarto, & ſexto. † Conuen-
tus verò excommunicatus poteſt eſſe
in iudicio, quia omnis legitima defen-
ſio eſt ei permiſſa, text. in capitulo, cum
inter, & in capitulo, ſignificauit, de ex-
ceptionibus, & ei non eſt deneganda
defenſio, vt per Panormitanum in re-
petition. capit. ſi quis contra Clericum,
148 numero 48. de foro competenti.† Ex præ-
dictis conſtat liquidò excommunicato
non

non proficere, præſtare iuramentum calumniæ dum excommunicatione innodatus exiſtit, & ab aduerſario peti poſſe, vt per ipſum excommunicatum præſtetur. Quid dicendum erit, ſi ipſe excommunicatus peteret de calumnia iurari, An aduerſarius teneatur præſtare iuramentum calumniæ, petitum ſub pœnis recuſantibus iurare impoſitis, vel licitum ſit impunè talem petitionem iuramenti ſpernere? Et in hoc dubio dicendum cenſeo, quod non poſſit petere excommunicatus, vt ſibi iſtud iuramentum præſtetur ex pluribus. Primo, quia petens iurari, ipſe prior iurare tenetur, vt dixi ſupra capitulo ſeptimo, numero trigeſimo tertio. Cum autem ipſe non poſſit præſtare proficuum iuramentum, ſic neque petere. Prout etiam de procuratore dicam, infra capitulo decimoſexto, qui non habet mandatum legitimum ad iurandum de calumnia, & ideo nec petere poteſt iurari ab aduerſario. Secundo, quia etiam ſi eſſemus in dubio, an poſſet excommunicatus valide petere iuramentum calumniæ à non excommunicato debemus inclinare pro non excommunicato contra excommunicatum, & non è conuerſo, aliàs melioris conditionis eſſet malus, quàm bonus, quod eſſe non debet, ad Gloſ. final. in l. non ſolum, ff. de noxalibus. Tertio, quia excommunicato eſt tantùm permiſſa iuſta defenſio, vt dixi ſupra numero centeſimo quadrageſimoſeptimo. At iuramentum calumniæ non reſpicit hodie defenſionem, quia non eſt probationis, ſed ſolemnitatis iudicij, antiquitus autem erát probationis, & ſic potuiſſet reſpicere defenſionem, & potuiſſet excommunicatus petere tale iuramentum, vt dixi ſupra capitulo

149 tertio, numero quarto. † Si excommunicatus non poteſt præſtare iuramentum de calumnia validum ex prædictis, ad quid ab eo petitur iurari fruſtra de calumnia? Reſponde, quod licet excommunicatus habeatur pro bannito, & pro mortuo, id intelligitur ad commoda ipſius excommunicati, ſed quoad incommoda habetur pro non bannito, & pro non mortuo. Et iuramentum calumniæ ab eo non petitur fruſtra, quia peteretur fruſtra, ſi ipſe excommunicatus careret potentia validè iurandi, ſed ipſe non eſt priuatus potentia valide iurandi; nam poteſt reſipiſcere, & redire debitis medijs ad Communionem Sanctorum in Eccleſia Dei, & iurare validè, & ſi valide non iurat eſt eius culpa, qui obicem poſuit, ne poſſit validè iurare, illumque non remouet, & non reducit potentiam ad actum. Nec obijciatur, quod excommunicatus, vt excommunicatus, & ſecundum præſentem ſtatum caret iurandi potentia, & ſic caret etiam potentia; Nam quamuis ſecundum præſentem ſtatum potentia careat, non caret potentia ſecundum ſtatum futurum, & euentualem, quod ſcilicet poſſit eſſe non excommunicatus, & reconciliatus Eccleſiæ in futurum, & tunc iurare ad prædictam materiam excommunicati audiendi, vel non audiendi in iudicio: vide apud Panormitan. in capitulo, intelleximus, numero ſecundo, & ſequen. & Annotan. ibi dicto numero ſecundo, in verbo, tanquam reum, de

150 iudicijs. † Decimaſexta declaratio principalis regulæ eſt, quod extenditur etiam ad periurum, qui & ipſe de calumnia iurare debet, Socin. in dicto capitulo, in pertractandis, numero quinquageſimo. Neque obſtat quod iurans de calumnia debet eſſe bonæ famæ, quia id procedit in perſonis iurantibus de calumnia

151 alieno nomine, vt Socin. ibidem. † Sed quomodo confidendum erit, ne deieret in hoc iuramento calumniæ, ſicut in primo iuramento? Cum ſemel malus ſemper præſumatur malus in eodem genere mali ex vulgata regula, de qua in capitulo, ſemel malus, Marſil. ſingular. ſeptuageſimo quarto, Corſett. ſingular. in verbo, præſumptio. prima, Cotta in Memorial. in verbo, malus, Alciatus præſumptio. ſeptima, numero primo,

152 regula ſecunda. † Sicut in ſimili non defertur iuramentum in ſupplementum ei, qui alias incidit in periurium ex Alciatus præſumptio. decima, numero ſecun-

153 do, regula ſecunda. † Et iuramentum calumniæ non ſit deferendum ei, de cuius periurio dubitatur, vt dixi ſupra capitulo decimo, ex Socin. in dicto cap. cum

154 in cauſa, numero ſexto. † In qua quæſtione nullibi

nullibi à Doctoribus tractata, quod vi-
derim, fortè dici poterit; quod valet
periurus cogi ad iurandum de calumnia,
ſed eius iuramentum non admittitur, do-
nec abſolutus fuerit. Vel quod poterit
quidem cogi, non tamen debet de neceſ-
ſitate admitti ad iurandum; Cum iſti ter-
mini cogi, & admitti ad iurandum ſint di-
uerſi, vt latius dicam infra capitul. deci-
moſexto. Et timeo ne iſto caſu ille, qui
inſtat, quod talis periurus de calumnia
iuret, ſi eſt ſibi notum ipſum eſſe periu-
rum, exponat ſe maximo animæ pericu-
lo propter illam præſumptionem, quæ
militat contra dictum periurum, qnod fal
ſum iuraturus ſit, ad quod facit Panor-
mitan. in dicto capitul. inhærentes, nume-
ro decimo, vbi vult, quòd nunquam exi-
gendum eſt iuramentum, quando vero-
ſimiliter dubitatur de tranſgreſſione, & in
capitul. cæterum, numero quarto, in fin.
de iuramento calumniæ, idem firmauit.
Nec obſtat quod Socin. dicto num. quin-
quageſimo, in capitul. in pertractandis, di-
cit, quod illud axioma, vt iurans de ca-
lumnia ſit bonæ conditionis, & famæ,
procedat in agentibus alieno nomine,
non autem in agentibus nomine proprio:
Eius enim deciſio nullo fulcitur iure; Et
inſuper non euacuat iura in contrarium
facientia, nec regulam, ſemel malus, ac
præſumptionem ex illa ortam contra il-
lum, qui periurium commiſit. Si tamen
abſolutus eſſet, videretur abſterſa illa
præſumptio committendi periuria. Cum
155 † periurus videatur ſuſpectus, nec habilis
ad iurandum de calumnia ob dictam præ
ſumptionem contra ſe militantem, vide-
tur etiam dicendum, quod petere non
poſſit ab alio præſtari hoc iuramentum,
quia ius, quod pro ſe ſeruari vult in alte-
rius perſona, ſeruare debet pro alio in
ſua perſona, Gloſ. in l. cum in eo, in ver-
bo, eadem parte, ff. de pactis. Et ſi ipſe eſt
inhabilis ad iurandum ex ſupra relatis,
non poterit petere, vt ab alio iuretur, vt
156 dixi ſupra de excommunicato. † Niſi vo-
limus dicere pro reſolutione huius quæ-
ſtionis, quod diuerſa eſt ratio in excom-
municato, quia ipſe eſt ſeparatus à con-
ſortio, & participatione piorum, quod
157 non eſt in periuro. † Et ſi periuro non
defertur iuramentum in ſupplementum,
vt ex Alciat. dictum fuit, ſimiliter diuer-
ſa eſt ratio, & ex illo propterea non infer-
tur ad iuramentum calumniæ. Iuramen-
tum enim calumniæ non eſt probationis,
ſed ſolemnitatis, vt dixi, & inſuper po-
ſui in capitulo tertio, in principio. Iura-
mentum verò in ſupplementum, ſeu ſup-
pletorium datur in ſupplementum pro-
158 bationis. † Ex quibus videtur conclu-
dendum periurum poſſe cogi, ac etiam
debere admitti ad iurandum de calum-
nia non obſtante, quod excommunica-
tus ad id valide explendum non admit-
tatur, nec ad iuramentum ſuppletorium
periurus, & ad hoc iuramentum præſtan-
dum admittitur periurus, quia iſtud iura-
mentum eſt oneris, non honoris periu-
ro. Vt Panormitan. in capitul. intelleximus,
mus, numero decimoquarto, de iuramen-
to calumniæ. Conſule tamen ſuper coa-
ctione Sacros Theologos, propter peri-
159 culum animæ, vt dixi. † Decimaſeptima
Declaratio regulæ principalis eſt, quod
extenditur etiam ad hæreticos, qui & ip-
ſi de calumnia iurare debent: quia om-
nis actor omniſque reus litigans, tenetur
iurare de calumnia, vt ſupra hoc eodem
capitul. in principio, & in capitul. decimo-
160 quarto dixi. † Nec obſtat quod quilibet
hæreticus ſit excommunicatus, & ana-
thematizatus, & ideo, vt pecus morbi-
da, vitandus ſit, nec cum eo communi-
candum, vt habetur in capitulo, excom-
municamus, extra, de hæreticis, & ha-
betur in acclamationibus Patrum, in fin.
Concilij Tridentini ibi, Card. Anathema
cunctis hæreticis. Reſp. Anathema Ana-
thema. Quid autem ſit Anathema vide
Panormitan. in capitulo, cum non ab ho-
mine, numero vigeſimotertio, & ibi An-
notationes Sapiæ, in verbo, Anathema,
& Zachariæ in verbo, Anathema, & in
verbo, Excommunicatio, & Annotat. ibi-
dem, in verbo, Declaratoria, de iudicijs.
161 † Nec ſub hæretico liceat, nec pro eo ad-
uocare, poſtulare, vel aliquid aliud age-
re, vt habetur in capitulo, ſi aduerſus nos
162 terra, extra eodem titulo. † Quia cum
aliquæ Prouinciæ, & Ciuitates ſint hoc
peſtifero infectæ veneno, in quibus mul-
ti Catholici commorantur, & adinuicem
litigare cogantur ſæpiſſime, & aliquan-
do ſub hæretico iudice cauſam agunt,

duxi non eſſe omittendum iſtum caſum.
Iurant autem hæretici tactis ſcripturis ad
Sancta Dei Euangelia, quia aliqua in
Euangelijs credunt, ſed non omnia in-
tegre, prout Sancta Catholica Romana
Eccleſia, Mater, & Magiſtra cunctarum
Eccleſiarum, credit, & docet, & peruer-
tunt aliquas Euangeliorum partes, & con
torquēt literam ad ſenſum adulterinum,
& ſic efficiuntur peiores Iudæis, qui non
ſciderunt inconſutilem veſtem Chriſti
Domini repræſentantem Eccleſiam, ſed
ſuper ea ſortes miſerūnt; Ipſi verò hæ-
retici illam ſcindunt ſcindendo vnitatem
Eccleſiæ Catholicæ, vt poſt Beatos Ba-
ſilium, & Hieronymum tradit Antonius
de Gueuara in ſuo Monte Caluario, par-
te prima, capitulo trigeſimoquarto, in fin.
163 † Et quamuis Alberic. in dicta l. ſecunda,
numero vigeſimooctauo, in fin. tractan-
do de iuramento calumniæ ſubnectat,
quod etiam ſuſpectus de hæreſi nolens
iurare, puniatur vt hæreticus, & videa-
tur loqui de iuramento calumniæ, addu-
cit ibi capitulo, excommunicamus, §. pe-
nultimo, & ibi Gloſam, quæ iura nihil di-
cunt de iuramento calumniæ, & dicta
doctrina Alberici non videatur accom-
modari caſui noſtro, & in terminis non
164 loqui. † Nihilominus credo, quod ſi quis
de hæreſi imputaretur, & requiſitus, vt
deſuper de calumnia iuraret, id recuſaret,
habendus ſit ſuper tali crimine pro con-
feſſo, & contra eum, vt in confeſſum
poſſit ferri ſententia declaratoria, & de-
inde, vt talis puniri, ſicut tradidi de reo
recuſante iurare ſupra capitulo decimo-
165 quarto. † Decimaoctaua Declaratio prin-
cipalis regulæ eſt, quod extenditur etiam
ad Turcas, qui tenentur de calumnia iu-
rare, cum quilibet actor, & reus iurare
teneatur, vt dixi ſupra capitul. decimo-
166 quarto. † Nec obſtat ſi dicatur ſuperua-
caneam eſſe hanc declarationem, ex quo
Turcæ non ſeruant ius Cęſareum, neque
Canonicum; Nam eorum Tyrannus ſu-
begit Græciam, & quaſdam Vrbes, ac
Prouincias Germaniæ, non ſine maxima
nota ignauiæ Gentis illius alioqui fero-
cis, & belligeræ; quæ ſi vnitis viribus, &
vnanimi conſilio concurreret ad bellum;
dubium non eſt; quod poſſet non ſolum
reſiſtere huic vni Turcarum Tyranno,
ſed debellare decem ſimiles Tyrannos
inſimul conuenientes; Et Sepulchrum
Domini Noſtri Ieſu Chriſti nō eſſet nūc
in manibus Canum, & Circumciſorum,
cum magna Chriſtianorum Principum
ignominia, & poſſemus illuc nos tute pe-
regrinari, & inuiſere Sacra loca, in qui-
bus Ieſus noſter carnem ſumpſit, natus
eſt in carne viſibili ex Maria Virgine eius
Matre ſecundum carnem; primum ſan-
guinem pro nobis in Circuncisione ſpar-
ſit: repertus eſt diſputare in ætate anno-
rum duodecim, cum Doctoribus legis
Moſaicæ à Matre flente; Miracula innu-
mera fecit; Vltimam cœnam cum Di-
ſcipulis habuit; orauit in horto ſudorem
ſanguinis ſpargens præcognoſcens om-
nia mortis tormenta; Cruci pro humani
generis redemptione affixus eſt; ſepultu-
ræ eſt traditus; Apparuit Matri, ac alijs
dilectis ſuis reſurgens; in Cœlum ſuſpi-
cientibus Matre, ac Diſcipulis aſcendit;
Atque alia mirabilia operatus eſt in ter-
ra. Sunt enim illi Populi Orientales, &
Meridionales, viles, & imbelles, quorum
centum milites à decem militibus Euro-
pæ facillimè debellantur, & trucidantur.
Attendamus, quid Xerſi, quid Dario,
quid Antiocho, quid Mitrhidati, quid a-
lijs Principibus Orientalibus, & Meri-
dionalibus acciderit, dum cum ducentis,
quatringentis, & ſeptingentis militum
millibus congreſſi ſunt cum Græcis, cum
Alexandro Macedone, cum Romanis
habentibus multo minores copias. In
hanc digreſſionem incidi zelo Chriſtia-
no ductus, ac honore Religionis, atque
Germanicæ nationis, quæ militans con-
tra Comprouinciales Europæ populos,
facit opera ſtupore digna; & contra Bar-
baros, imbelles, ac infideles proſtratis
armis manus dat. Et concludo cum ma-
gno illo Etruſco Poeta Franciſco Petrar-
ca (ſi licet ea immiſcere legalibus diſpu-
tationibus) in ſuo Poemate edito Etru-
ſco idiomate in ſuo Cantu ad Italiam, qui
incipit: *Italia mia, ben che'l parlar ſia in
darno*; vbi hæc verba ſubdit:

„ *Che'l popol di là sù, gente ritroſa*
„ *Vincerne d'intelletto,*
„ *Peccato è noſtro, & non natural coſa.*

Deus inſpiret corda Germanorum Prin-
cipum, & Statuum ad abſtergendas igna-
uiæ

uiæ notas à paucis annis citra contractas,
& ad debellandum talem Tyrannum in
Chriſtianum Imperium inſurgentem, &
præſertim contra Potentiſſimam Ger-
maniam, quæ tale Imperium ſibi multis
ab hic annis vendicatum protegendum
aſſumpſit. Redeundo ad noſtrum inſti-
tutum dico, quod Ciuitates, & Prouin-
ciæ aliquæ ſubiectæ à Turcis adhuc ſer-
uant ius Cæſareum. Sunt etiam multæ
aliæ Prouiuciæ, & Ciuitates Chriſtiano-
rum confines ditioni Turcicæ, quæ ob
victus, & mercium neceſſitatem cogun-
tur commercia inſimul cum Turcis habe-
re; Et multi contractus fiunt cum dictis
Turcis, qui in litem deducuntur coram
Chriſtinianis Iudicibus; & ideo neceſſa-
rium duxi hanc declarationem ponere.
167 † Iurare autem debet non tactis ſcriptu-
ris ad Sancta Dei Euangelia, quia eis
non credunt; ſed tacto calamo ad Alco-
ranum, & eorum Maomethum, quem
Prophetam credunt, licet illi Turcæ, qui
Politioribus literis, & Philoſophiæ ope-
ram dant, eum perditiſſimum, & ſumma
ignorantia præditum fuiſſe, colligant ex
dicto Alcorano, quod nihil aliud in eo-
rum lingua ſignificat, niſi compendium,
& ſummam Præceptorum, quæ præce-
pta ſunt Maomethi recollecta à ſocero
168 dicti Maomethi. † Cui ſacramento ſtan-
dum eſt per Gloſ. in l. non erit, §. Diuus
Pius, in verbo, propria, in fin. iuxta ſe-
cundam lecturam dicti §. auferendo di-
ctionem, *Non*, ff. de iureiurando, & licet
ſecundum primam lecturam dicti §. Di-
uus Pius, non auferendo, ſed ponendo
dictionem, *Non*, videatur ſtandum non
eſſe tali iuramento; Et idem videatur tra-
ditum ibidem inferius in verſicul. Sed, ſi
quis illicitum, & ſic videatur contra Gloſ.
prædictam. Tamen dicta iura intelli-
guntur, quando Chriſtianus iurat per im-
probatas religiones, & tunc eius iura-
mento non creditur, & ponitur in di-
ctis iuribus dictio, *Non*, Quando autem
iuratur à Turcis, vel alijs infidelibus per
eorum falſas religiones, ſtatur eorum iu-
ramento, & tunc aufertur in præcitatis
iuribus dictio, *Non*, iuxta ſecundam le-
169 cturam dictæ Gloſ. † ſi verò, quando ali-
quis Chriſtianus deferret iuramentum ca
lumniæ alicui Turcæ, vel alij infideli per
eorum falſas religiones, orirętur aliquod
ſcandalum, per talem iuramenti dela-
tionem, & ſuſpicarentur Turcæ, & in-
fideles nos Chriſtianos credere, præ-
dictis Alcorano, Maometho alijsque
eorum falſis religionibus aliquam ſancti-
tatem, vel diuinitatem adeſſe, tunc non
puto deferendum noſtrum iuramentum,
& potius debemus remanere in iactura
non ſolùm cauſæ, quæ agitur, ſed ipſius
vitæ prius, quàm tale ſcandalum demus.
170 † Decimanona Declaratio principalis re-
gulæ eſt, quod extenditur etiam ad He-
bræos, qui & ipſi de calumnia iurare te-
nentur, ſi iudici expedire videbitur, Spe-
cul. in tit. de iuramento calumniæ, §. ter-
tio, numero decimoſeptimo, Gloſella
Marginalis in capitul. cum cauſam, ad
Gloſ. in verbo, Per procuratorem, vbi
remiſſiue, extra de iuramento calumniæ,
Maſcard. de Probationib. concluſ. 945.
171 numero decimo quinto. † Præſtatur au-
tem tale iuramentum ab eis non ſuper E-
uangelijs, quia eis non credunt, ſed ſu-
per lege Moſaica, vt placuit Speculatori
172 dicto numero decimoſeptimo. † Mo-
dus autem iurandi ab eis ponitur per Spe
173 culat. & Maſcard. vbi ſupra. † Huius gen-
tis tãta eſt malitia, vt circũſpectiſſimi de-
beãt eſſe iudices, & notarij, & pars cũ liti-
gans ex aduerſo in deferendo hoc iura-
mento calumniæ. Nam vt plurimum no-
tarij deferunt Iudæis iuramentum ca-
lumniæ tacto calamo, ac alia iuramenta,
& Iudæi omnia iuramenta eis à Chri-
ſtianis delata ſpernunt tanquam delata à
non habentibus deferendi iuriſdictio-
nem, & poteſtatem, & credunt valida
eſſe tantum, quando deferuntur ab eo-
rum Rabinis, & quod maioris eſt diffi-
dentiæ, quando inter ſe ipſos litigant Iu-
dæi, & altera pars vult præſtare iura-
mentum de calumnia petitum, illa pars,
quæ iurari petijt vult intereſſe iuramento
præſtando, quia timet, ne ille Rabi, cui
commiſſa eſt iuramenti delatio, nequa-
quam deferat iuramentum illi, qui de-
bet iurare, & fidem deinde faciat ille Ra-
bi, quod detulit iuramentum, & quod
ille iurauit, cum reuera non iurauerit, &
ſic procedatur in cauſa ſine iuramenti ca-
lumniæ præſtatione, ſed producta falſa
174 fide, quod ſit præſtitum. † Vt plurimum

autem

autem Rabini ſolent deferre iuramen-
tum ſuper Thiphilimis in burſa poſitis,
ſed aſtuti Iudæi litigantes neque in hoc
confidunt etiam ſi iuramento interue-
niant, quia dicunt eorum rabinos ali-
quando in dicta burſa ponere alias res
aſſerentes nihilominus intus exiſtere Thi
philimos, & verè intus non ſint, & ideo
ipſi volunt videre burſam apertam cum
175 dictis Thiphilimis intus.† Thiphilimi ſunt
quædam partes numero quatuor cartæ
pergamenæ fabricatæ ex pelle animalis
creati, ſed non nati. Dictæ quatuor par-
tes præfatæ cartę ſcribuntur ex atramen-
to non ordinario, ſed confecto quibuſ-
dam eorum ceremonijs, & quælibet pars
conſcribitur diuerſis literis verbis he-
braicis, quæ in latinum verſa ſignifi-
cant infra dicenda. Prædictæ quatuor
cartulæ ſcriptæ ponuntur in quodam co-
riamine conſuto, & facto admodum ca-
pſæ, ſeu ſepulturæ eminentis quadrato
ad inſtar iocalis, ſeu vt vulgo dicitur gio-
ielli, quod pendere ſolet à collo ante pe-
ctus mulierum. Et dictum coriamen,
eſt magis latum, quàm eleuatum, & in
extremitate tangente carnes habet aliud
coriamen latius ſimiliter quadratum cir-
cumcirca. Dictum coriamen conſutum
admodum ſepulturæ, vt præmittitur eſt
coloris nigri, & à parte ſuperiori habet
partem paruam ſimilis coriaminis ad lati-
tudinem vnius digiti parui humani in cir-
ca, quæ ab vtraque parte conſuitur, &
& arcuata relinquitur ita, vt per eius fo-
ramen arcuatum tranſmitti poſſint quæ-
dam faſciæ coriaminis; quibus faſcijs
appendunt hebræi dictum coriamen
conſutum ad modum ſepulturæ, & eiſ-
dem cingunt brachium ſiniſtrum, & ca-
put pęne quolibet orantes, & à dictis fa-
ſcijs ad inſtar iocalis, ſeu gioielli dictũ co-
riamen quadratum pendet. Cuius coria-
minis quadrati ad modum ſepulturæ fa-
cti duo ſunt genera; alterum, quod in-
tus eſt prorſus vacuum, & intus ponun-
tur dictæ quatuor partes cartæ creatæ,
& non natæ ſcriptæ atramento prædicto
ita, vt vna pars dictæ cartæ aliam tangat
aliquo tamen ordine inter ſe. Et vt fa-
cilius intelligi poſſit incipiemus à parte ſi-
niſtra dicti coriaminis ad modum ſepul-
turę, & progrediendo inde gradatim vſ-
que ad partem dextram; Et voco ſini-
ſtram, & dextram dicti coriaminis, pro-
ut iacet pars ſiniſtra, & dextra hominis
Hebræi dictum coriamen appenſum te-
nentis, non autem prout eſt ſiniſtra, &
dextra hominis dictum coriamen aſpi-
cientis. In prima carta incipiente à par-
te ſiniſtra ſcripta ſunt verbis Hebræis in-
„ fraſcripta, videlicet, *cadeſc li Colbocor*,
„ quod vertitur Latinè. *Sanctifica mihi*
„ *omne primogenitum*. In ſecunda ſequen-
ti carta ſcripta ſunt eiſdem Hebraicis, ſed
aliquantum differentibus literis infraſcri-
„ pta, videlicet, *Ve aia ieuiaca*, Quod La-
„ tinè vertitur, *Erit quando faciet venire*
„ *te*. In tertia ſequenti carta eiſdem lite-
ris Hebraicis aliquantum diſſimilibus ſcri
„ pta ſunt infraſcripta, videlicet, *Sceman*
„ *Iſrael*, quod Latinè vertitur *Intellige Iſ-*
„ *rael*. In quarta ſequenti carta eiſdem
Hebraicis literis aliquantum diſſimilibus
à ſupradictis ſcripta ſunt infraſcripta, vi-
„ delicet, *Ve aia inſciamoang*. quod Lati-
„ nè vertitur, *erit ſi intelligendo intellige-*
„ *tis mandata mea*. Iſtud genus coriaminis
cum dictis cartis ſcriptis intus ponitur pri
mo in brachio ſiniſtro, in parte, quę di-
citur Piſcis brachij ligatum cum dictis fa-
ſcijs coriaminis. Secundum genus coria-
minis facti ad modum ſepulturę pręmiſ-
ſum continet intus ordine prędicto dictas
cartas, ſed vnam ab alia diſcretam qua-
dam ſubtili diuiſione ita, vt vna carta a-
liam non tangat, & appenditur fronti ſu-
per cerebro dictis faſcijs coriaminis dum
orant dicti Hebręi. Ea quæ ſcripta ſunt
in prima, & ſecunda carta prędicta He-
bræi colligunt ex Paraſcia Boelpargo in
Deuteronomio, capitulo decimo tertio.
Ea verò, quę ſcripta ſunt in tertia carta
dictis Hebraicis literis colligunt Hebręi
ex Paraſcia de eſcanam, capitulo ſexto;
Poſtremo ea, quę ſcripta ſunt in quarta
pręmiſſa carta literis Hebraicis colligunt
Iudæi ex Paraſcia de Ve aia necheu, ca-
pitulo vndecimo. Et quando incipiunt
apponere brachio, & capiti dictos Thi-
philimos vtuntur Hebręi quadam bene-
dictione, quę noſtro vulgari idiomate ſic
„ incipit. Benedetto ſia Iddio, che ci ha
„ ſantificati nelli ſuoi commandamenti, in
„ far poſar li Tifilimi. Et id quod Hebrai-
cè dicitur Thiphilimi, vulgari idiomate

noſtro dicitur filatorio. Dictæ gentes
volunt hęc ſcripturæ verba, dum orant,
appenſa tenere in fronte, & in brachio,
cordis, vt in eis verificetur, quod in ſa-
„ cris literis habetur. Populus hic labijs
„ me honorat, cor autem eorum longe eſt
„ à me. Hos Thiphilimos contrectare he-
bręis non licet, ſed ego volui eos videre
vt certitudinem habere poſſem pręmiſ-
176 ſorum. † Et ad euitandum omne dubium,
ille, qui inſtat iurari de calumnia eligit
Rabinum ſibi confidentem, in cuius ma-
177 nibus tale iuramentum pręſtetur. † Pra-
ctica petendi, & pręſtandi tale iuramen-
tum eſt, vt petens iurari de calumnia in-
ſtet aduerſarium non audiri niſi iurato
per eum de calumnia in manibus talis Ra
bini, & ſibi petenti iurari intimato, &
tunc nominat Rabinum, in cuius mani-
bus iurari vult. Ille, qui iurare debet,
accedit ad Rabinum nominatum ab ad-
uerſario, & in eius manibus iurat, & re-
cipit à dicto Rabino fidem, in qua dici-
tur, quod ille interpellatus iurare iurauit,
& in actis dictam fidem producit, illa-
que producta proceditur in cauſa ad vl-
178 teriora. † In talis fidei productione aliqui
conſueuerunt non citare partem aduer-
ſam; ſed neceſſario dicta pars eſt citan-
da, quia ipſi iuranti incumbit onus pro-
bandi, quod iurauerit. Et ſi id produ-
cendo talem fidem vult probare, & in
qualibet ſcripturarum productione neceſ
ſario eſt pars citanda, aliàs dictæ ſcri-
pturæ nihil operantur. Arnonus ſolilo-
quio ſexageſimoſeptimo, Andr. Gaill.
Pract. obſeruation. libro primo, obſer-
uatione 107. numero decimoquarto, pa-
gina 191. columna prima, ſequitur ne-
ceſſario, quod in tali productione ſit pars
179 aduerſa citanda. † Genera iuramento-
rum, quæ hodierno tempore inter He-
bræos ſunt conſueta, ſunt iſta videlicet
ſuper Thiphilimis, vt dixi; Item ſub ex-
communicatione Rabini Colbò; Item
ſuper capitul. vigeſimo ſeptimo Deuto-
ronomij, & ſub pœnis ibi per Moiſem
comminatis non obſeruantibus præce-
pta legis ſummi Dei. Pro quo vltimo vi-
de Speculat. in dicto §. tertio numero de-
cimoſeptimo, Alia genera deferendi iu-
ramentum Iudæis traduntur, ſed non ita
grauia, vt præmiſſa tria, & quolibet iu-
ramentum grauius videbitur, & magis
terrens iuraturum, ſi ille Rabinus, in
cuius manibus iuratur, ante iuramen-
tum delatum verbis aliquantum extollat
grauitatem talium iuramentorũ ad incu-
180 tiendum metum iuraturo. † Et ſi iuramẽto
Turcarum ſtandum eſt, multo fortius
Iudæorum per dictam Gloſ. in l. non erit,
181 in verbo, Propria. † Hebræi contor-
quent aliquando iuramenta eis delata,
illa intelligentes non ſecundum deferen-
tis mentem, ſed ſecundum eorum pro-
priam intentionem credentes ſe ad id
non eſſe obligatos. Ac omnes Iudæi te-
nent iuramenta eis delata à Chriſtianis,
tanquam delata à non habentibus pote-
ſtatem, nihil valere: & ideo conſulo no-
tarios, & partes contrahentes, vt in ma-
nibus Rabini faciant illos iurare in inſtru-
mentis, atque in omnibus iuramentis,
alias ita valebunt iuramenta tacto cala-
mo, quæ in inſtrumentis cum Hebræis
celebratis à notarijs, ſicut ſi non iurare-
182 tur. † Vigeſima Declaratio principalis
regulæ eſt, quod procedit in eo, qui con-
uenitur, vt poſſeſſor, cum non poſſideat,
quia ipſe etiam de calumnia iurare tene-
tur, Specul. in dicto titul. de iuramen. ca-
lumn. §. ſecundo, numero decimoquinto,
in fin. Marian. Socin. in capitul. literas, nu-
mero decimoquinto, vel ſi col. quinto fal-
lit, eodem titulo, extra. Intelligi tamen de-
bet hæc declaratio, vt procedat, quan-
do reus negat ſe poſſidere, & dolo de-
ſijſſe poſſidere, quia ſuper hac negatio-
ne præſtatur iuramentum calumniæ, non
autem ad iudicium rei vendicationis, quia
ſuper hoc non poteſt inſtitui iudicium, ex
quo iudicium contra poſſidentem inten-
tari debet, vt dictus Socin. dicto numero
decimoquinto. Sed ego exiſtimo, vt di-
cam infra capitulo decimooctauo, in de-
claratione vigeſima, numero quinquage-
ſimo, & in capitulo vigeſimo, numero de-
cimotertio, iſtud iuramentum eſſe potius
malitiæ, quàm calumniæ; quia iuratur
antè litem conteſtatam, & ſuper articulo
183 particulari. † Vigeſimaprima Declaratio
principalis regulæ eſt, quod extenditur
etiam ad nominantem dominum in iudi-
cio, quia & ipſe nominans dominum,
tenetur de calumnia iurare, Marian. So-
cin. in dicto capitulo in pertractandis, nu-

mero

mero quadrageſimoquarto, in princip. re-
ferens ſe ad dicta per ipſum in cap. Quo-
niam frequenter, §. quod ſi ſuper, vbi
ſub numero 120. id expreſſe dicit, extra.
184 vt lit. non conteſt. † Et tunc facta nomi-
natione non agetur contra eum, ſed con-
tra Dominum nominatum, Socin. di-
cto capitul. Quoniam frequenter, dicto
185 numero 120. † Nominatus autem non
iurabit de calumuia in tali iudicio moto
contra nominantem, ſed in alio iudicio
mouendo contra nominatum per nouum
libellum, & poſt litis conteſtationem in
hoc nouo iudicio. Socin. in dicto capit.
Quoniam frequenter, numero 129. ver-
186 ſicul. nono quæro. † Vigeſimaſecunda,
Declaratio principalis regulæ eſt, quod
procedit in emptore, qui dicit ſibi mo-
ueri litem ſuper re empta, & ideo ſe age-
re de euictione, quia iſte etiam emptor
iurare tenetur de calumnia, quod non
ſummiſit perſonam, quæ contra ſe age-
ret, nec eam contra ſe excitauit, vt age-
re poſſet de euictione contra vẽditorem,
Contard. in l. diffamari, numero decimo-
ſexto, Parpal. in repet. l. ſi quis maior, nu-
mero trigeſimoquinto, in fine, C. de
tranſaction. ſed quia iſtud iuramentum
præſtatur ſuper articulo particulari, vi-
detur potius malitiæ, ſeu veritatis, quàm
calumniæ. Niſi forte dicere velimus,
quod dicti doctores loquuti ſunt de iure
veteri, & ff. non autem de iure nouiſſimo,
& C. atque Authent. vel quod emptor
in iuramento calumniæ per ipſum præ-
ſtando debeat vltra ea, quæ ſupra cap. 2.
dixi comprehendi, ſub iuramento calum-
niæ comprehendere etiam ea, quæ in
187 hac declaratione poſita ſunt. † Vigeſi-
matertia Declaratio principalis regulæ
eſt, quod habet locum etiam in illo, qui
defert iuramentum de veritate, quia &
ipſe de calumnia iurare tenetur text. in l.
Iuſiurandum, & ad pecunias, §. Qui iuſ-
iurandum, ff. de iureiuran. Quod intel-
lige, ſi petatur iurari de calumnia, vt in
dicto §. Qui iuſiurandum, & dixi ſupra
188 capitul. ſeptimo. † Vigeſimaquarta de-
claratio principalis regulæ eſt, quod pro-
cedit in eo, qui comparet ratione huma-
nitatis, Cyn. in dicta l. ſecunda, numero
decimo octauo, Socin. in dicto capit. li-
teras, numero decimo, verſicul. Quin-
189 todecimo. † Vigeſimaquinta declaratio
principalis regulæ eſt, quod procedit in
eo, qui petit quæſtionem ſeruorum ad
propalanda bona hæreditaria, quia ipſe
etiam tenetur iurare de calumnia ante,
quàm talem quæſtionem impetret: &
quod non odio ſeruorum, vel ad offen-
ſas cohæredum id petit, ſed quia aliter
rerum hæreditariarum veritatem oſten-
dere, vel exquirere nequit, vt habetur in
l. prima, §. Ne autem, & ibi Gloſ. in ver-
bo, veritatem, C. De iureiurando pro-
190 pter calumniam. † Declara hanc decla-
rationem, vt ipſa procedat inter cohæ-
redes, vt elicitur ex verbis textus ibi, *Of-
fenſas cohæredum*. Et licet prima fronte
iſtud iuramentum videatur non eſſe de
calumnia, ſed de veritate, vel malitia,
cum videatur eſſe ſuper articulo particu-
lari potius, quàm ad totam cauſam,
quamuis ſit ſub tit. de iur. calumn. Atta-
men, quia nulla alia cauſa prius nota di-
citur, & ante dictam petitionem quæ-
ſtionis ſeruorum, nec poſt, ideo dici po-
teſt non præſtitum ſuper articulo particu-
lari quæſtionis ſeruorum, ſed ad cauſam
vniuerſam, & ſic erit iuramentum calum-
191 niæ. † Nec illa verba textus. *Quod non*
„ *odio ſeruorum, vel ad offenſas cohæredum*.
Obſtant ita, vt per illa videatur iurari ſu-
per articulo, & emergenti particulari. Nã
„ poteſt intelligi, quod ille text. *Non odio*
„ *ſeruorum, &c.* In iſto iudicio quæſtionis
ſeruorum vltra ea, quæ ſupra capitul. ſe-
cundo dixi comprehendi ſub iuramento
calumniæ, vult quod iuretur expreſſe, &
addatur iſtud, Quod non ad offenſas co-
hæredum, vel odio ſeruorum quærit ta-
lem quæſtionem, vt dixi ſupra in vigeſi-
ma ſecunda declaratione. Vel quod id
procedat de iure veteri, ff. non autem de
iure nouiſſimo, vt ſimiliter dixi dicta vi-
192 geſimaſecunda declaratione. † Vigeſima-
ſexta declaratio principalis regulæ eſt,
quod habet locum in eo, qui petit ratio-
nes, & iura edi, qui & ipſe de calumnia
iurare tenetur l. ſi quis ex argentarijs, §.
exigitur autem, vbi Gloſ. in verbo, ca-
lumniæ, ff. de edendo, Pedemont. deci-
ſio. quinquageſima ſeptima, numero quin
193 to. † Vigeſima ſeptima declaratio princi-
palis regulæ eſt, quod procedat etiam in
eo, qui ſequeſtrum petijt, nam ipſe quo-
que

que de calumnia iurare teneiur, Parpal.
in dicta l. ſi quis maior, numero trigeſi-
motertio. Sed aduerte, quod id proce-
dit, quando ſequeſtrum obtinetur ex cau-
ſa in iudicium deducta, & poſt litem con-
teſtatam, aliàs non dicetur iuramentum
194 calumniæ. † Ea, quæ nos vocamus ſeque-
ſtra, in Germania vocantur Arreſta, ſeu
impedimenta, aliter autem accipiuntur
arreſta in Gallia, vt videre eſt apud Andr.
Gaill. in tract. De Arreſtis Imperij, cap.
primo, vbi alios recenſet, qui de hac ma-
195 teria tractarunt. † Hæc ſequeſtra in du-
plici ſunt differentia, Alia reſpiciunt ſe-
queſtrationem perſonę; alia reſpiciunt ſe-
196 queſtrationem bonorum debitoris. † Se-
queſtra reſpicientia ſequeſtrationem per-
ſonæ ſunt denuo in duplici differentia;
alia enim ſunt reſpicientia ſequeſtrationē
perſonæ carceratæ quidem, ſed ſuſpectæ
de excarceratione; alia ſunt de ſiſtendo
perſonam vagam, & tranſeuntem, vel
commorantem in aliquo loco, de fuga ta-
men ſuſpectam, ſequeſtra reſpicientia
perſonam in carcere detentam, & relaxa-
ta ad impediendam perſonam apud nos
vocamus Arreſta, & ſic vocabulo in Ger-
197 mania conſueto. † Iſta ſequeſtra, ſeu Ar-
reſta contra carceratam perſonam, nul-
latenus ſunt concedenda niſi poſt relaxa-
tionem mandati contra carceratam per-
ſonam legitime citatam, ſi non eſt de fu-
ga ſuſpecta, quia tunc arreſtatur vti de
198 fuga ſuſpecta. † Dum autem dico quod
captus, & carceratus poteſt ſequeſtrari,
arreſtari, vel vt alij volunt recomendari,
dupliciter intelligi poteſt, aut de carce-
rato pro cauſa criminali, aut pro cauſa ci-
uili. Pro cauſa ciuili carceratus quod poſ-
ſit arreſtari, clarum eſt. De carcerato ve-
ro pro caaſa criminali dubium videtur;
199 † Nam quod ſequeſtrari, arreſtari, ſeu
recomendari poſſit pro ciuili carceratus
pro criminali tradunt Boſſ. in tit. De Ca-
ptura, numero nonageſimoprimo, Lau-
rent. Tennin. in Practic. cautela 167. nu-
200 mero quinto. † De communi obſer-
uantia autem ille qui eſt carceratus pro
201 criminali non arreſtatur pro ciuili. † In
hoc articulo dicendum puto, quod vbi
talis obſeruantia viget, obſeruantia præ-
ponatur tanquam carcerato fauorabilior,
vbi autem non adeſt talis obſeruantia, ſer-
uatur ſententia Boſſ. & Tennini, cum mo-
deratione ſcilicet, quod ſequeſtrum, ar-
reſtum, impedimentum, ſeu recomen-
datio carcerati pro criminali non relaxe-
tur, & fiat ad inſtantiam eiuſdem, qui
eum criminaliter fecit carcerari, vt an-
202 notat. Boſſ. vbi ſupra. † Cum relaxantur
ſequeſtra pro ſiſtenda perſona vaga tran-
ſeunte, vel commorante in aliquo loco,
ſed de fuga ſuſpecta iſta ſequeſtra vocan-
tur mandata ſuſpicionis fugæ, quæ paſ-
ſim relaxantur ſine aliqua partis citatio-
203 ne. † Bene verum eſt, quod quibuſdam
egregijs hominibus, & ſæpe Principi-
bus, qui facultatibus ceciderunt, ſolent
fieri præcepta, & iniungi a Principe lo-
ci, vbi ſequeſtra, ſeu arreſta relaxantur,
vt non diſcedant non concordantis credi-
toribus, idque fieri curant, & eis iniungi
per aliquem actuarium Curiæ notarium,
& non per exequutores, prout contra
alios fit, ob dignitatis reuerentiam; ſi
autem non concordatis creditoribus di-
ſcedere vellent, tunc ſequeſtrantur om-
204 nia eorum bona, & etiam equi. † Simi-
lia ſequeſtra, arreſta, & impedimenta
reſpicientia perſonam de ſtilo conceduntur
tur docto de credito, & iurato de ſuſpi-
cione fugæ, teſte Paulo videndo in l. Iu-
ſto, in fin. De vſucapion. quem extollit
205 Marſil. ſing. 282. vbi videatur. † Quando
dicta ſequeſtra, arreſta, ſeu impedimen-
ta perſonalia concedi, vel non concedi
poſſint. Vide Iaſ. Inſtitut. tit. De actio-
nibus, numero octuageſimoſecundo, &
multis ſequentib. Bartholom. Socin. in l.
ſi arbitro, numero decimoquinto, ff. Qui
ſatiſd. cogant. Curtius Iunior in l. ſecun-
da, ff. de iuriſdict. omnium iudicum, nu-
mero trigeſimoſeptimo, trigeſimoocta-
uo, & trigeſimonono, Lanfranc. in Pract.
capitul. tertio, a numero nono ad nume-
rum vndecimū, & ibi numero vndecimo
Celſ. Vgon. in addit. Papien. in forma ſe-
queſtri, ſeu ſaximenti, gloſ. prima, nume-
ro ſecundo, Matant. in ſpeculo par. quar-
ta, in tit. Induciarum, nona diſtincton. nu-
mero 125. & multis ſequent. & part. ſex-
ta in tit. De appellatione, & eius diffini-
tio. &c. numero 177. Andr. Gaill. Pract.
obſeruat. lib. ſecundo, obſeruat. quadra-
geſimaquarta, Grauat. ad Veſt. lib. quarto
cap. ſecundo. numero decimoſeptimo,

&

& decimooctauo, Cotta in Memorial. in
verbo, creditor inhærens pignori, & in
verbo, debitor, Pariſ. de ſindicat. in litera
C, in verbo, captura, capitulo primo, Ioã.
Donatus à Fina in ſuo Enchiridion, con-
cluſio. vtriuſque iuris, libro tertio, de iudi-
cijs, litera C, verſiculo, creditor non po-
teſt tacere, Baptiſt. Villalob. in ſuis com-
mun. concluſio. in litera F, verſiculo, fu-
gæ ſuſpicio, Socin. regula ſeptuageſima-
octaua, Ioann. Anton. à Trigona, ſingul.
centeſimo decimoquinto, Marſil. ſingul.
ducenteſimo octuageſimo quarto, Cac-
cialupus in tracta. de ſuſpicione fugæ, Se-
raphin. de iuramento, in priuileg. ſepti-
mo, numero quarto, Miſinger. centur. ſe-
cunda, obſeruatione ſexageſima ſexta,
Andr. Alſerium conſil. 57. per totum, &
ibi Addit. & ibidem ſub numero decimo
206 declarat; † Quod ſtatutum permittens ca-
pturas pro ſuſpicione fugæ intelligitur, ſi
ſuperueniat poſt contractum debitum no
207 ua ſuſpicionis cauſa. † Et ad hanc mate-
riam tria tantum notabilia tangam vtilia,
& non ita paſſim obſeruata à Tironibus.
Primum quod ad obtinenda ſimilia ſe-
queſtra, ſeu impedimenta perſonalia, ſeu
mandata ſuſpicionis fugæ neceſſaria eſt
probatio deteriorationis conditionis poſt
contractum debitum, Decius conſilio ſe-
ptuageſimo quinto, columna prima, ver-
ſiculo, tertio quia, Pariſius conſilio cen-
teſimo primo, numero quinto, libro ter-
tio, & conſil. nonageſimonono, numero
vigeſimo quinto, ibidem, Riminaldus
conſilio ſexageſimoprimo, numero deci-
moſexto, libro primo, Natta conſil. 430.
numero duodecimo, libro ſecundo, Ro-
208 man. conſil. 320. numero tertio. † Secun-
dum notandum eſt, quod iurari poteſt
quis de fuga ſuſpectus, etiam lite pen-
dente, Maranta in ſua diſputatione quæ-
ſtionum legalium ſexta, numero ſepti-
mo, Cotta in dicto verbo, creditor. Ac
etiam appellatione pendente, vt per Ma-
rantam dicto numero centeſimo ſeptua-
geſimo ſeptimo, quod intelligendum pu-
to, ſi lite pendente ſuperueniat noua ſu-
209 ſpicionis cauſa, & non aliter. † Tertium
notandum eſt, quod iuratus ſuſpectus de
fuga pro maiori quantitate, quàm ſit de-
bitor, Conſtito de hoc debet relaxari,
Marſilius in l. finali, numero quadrageſi-
moterrio, ff. de iuriſdictione omnium iu-
210 dicum. † Vltimo non omitto, quod om-
nes expenſæ, quæ fiunt in ſimilibus ſe-
queſtris perſonalibus, & illorum exe-
quutionibus, imputantur creditori, qui
dicta ſequeſtra, arreſta, impedimenta,
recomendationes, ſeu ſaximenta impe-
trant, & exequi faciunt: Et Ratio eſt,
quia præmiſſa fiunt pro maiori ſui cre-
diti aſſecuratione, ſi fiunt partibus non
citatis, & ideo aliqui mali notarij fa-
uentes creditori ponunt in ſimilibus ſe-
queſtris perſonalibus, iſta verba *Quo-
niam ipſo debitore citato, & relato do-
minus ita mandauit*. Cum reuera cita-
tus non ſit, ſi fierent partibus citatis ex-
211 ſoluet debitor. † Omiſſis ſequeſtris per-
ſonalibus, deuenio ad ſequeſtra realia,
& quæ reſpiciunt debitoris bona; quæ
realia ſequeſtra ſunt in duplici differen-
tia; Alia enim conceduntur contra bo-
na vaga, & tranſeuntia, vel tranſuecta
per aliquem locum, vel de amotione
à dicto loco ſuſpecta; Et tunc conce-
duntur ad effectum capiendi illa bona
per exequutores Curiæ, & deponendi
penes aliquam idoneam perſonam, ad
effectum aſſecurationis iudicijs; Alia ve-
ro conceduntur contra bona exiſtentia
in aliquo loco, & in manibus alicuius
debitoris; Et tunc illi, qui bona habet
in manibus, iniungitur, ne ſub certa pœ-
na, & malæ, ac iterandæ de ſuo pro-
prio ſolutionis, debitori ſequeſtrantis
ſoluat, ſeu conſignet bona ſequeſtrata;
& iudices Eccleſiaſtici comminantur e-
tiam excommunicationem, vltra præ-
miſſa. Et iſta propriè apud nos ſeque-
ſtra vocantur, & ſi debitor debitoris ſol-
ueret debitori bona ſequeſtrata contra
tenorem ſequeſtri, ſoluat de ſuo credi-
tum ſequeſtrantis pro concurrente quan
titate à ſe debita, non obſtante, quod
212 ſemel ſoluerit. † Quod dixi ſupra nu-
mero centeſimo nonageſimo tertio, in
principio vigeſimæ ſeptimæ Declara-
tionis, vt ſcilicet, iuretur de calum-
nia per eum, qui petit, & obtinet ſe-
queſtrum, intelligitur, de quocunque
213 ex prædictis ſequeſtris. † Vigeſima o-
ctaua Declaratio principalis Regulæ eſt,
vt procedat etiam in debitore, penes
quem pecuniæ fuerũt ſequeſtratæ, & alia

bona, ad detegendum, An tale ſeque-
ſtrum, impedimentum, ſeu arreſtum pro-
curatum fuerit à dicto debitore, Parpal. di
cto nu. 33. Sed aduerte, quod id procedit,
quando ſequeſtrum petitur ex cauſa in iu-
dicium deducta, & poſt litem cõteſtatam,
vt dixi in princip. præcedentis declaratio-
nis. Et hæc vltima ſpecies ſequeſtrorum,
arreſtorum, impedimentorum, ſaximen-
torum, præmiſſorũ, apud nos proprie vo-
214 cantur ſequeſtra, vt ſupra dixi. † Tempori-
bus noſtris non ſolùm vtile, ſed neceſſa-
riſſimum videtur iſtud iuramentum pr̨æ-
ſtandum à debitore, penes quem pecuniæ
ſequeſtratæ, vel aliæ res ſunt. Quia debi-
tores ad defatigandos creditores, & vt
diutius poſſint pecunijs, & rebus alienis
vti contra creditoris, qui eſt verus domi-
nus, voluntatem, & ideo non ſine labe fur
ti; mendicant, mille ſequeſtra in manibus
eorum fieri, ad protrahendam conſigna-
tionem bonorum debitorũ, ſeu pecunia-
215 rum. † Inhærent enim illi vulgari dicto,
quod medicina ſequeſtri eſt fideiuſſio de
ſtando iuri, & iudicatum ſoluẽdo, de quo
Martin. Lauden. conſil. 43. nume. 2. in fin.
Andr. Gaill. de arreſtis, cap. 1. numero 12.
216 † Et certo ſciuat, quod fideiuſſores difficil
lime his temporibus reperiuntur, cũ mun-
dus ſit totus diſſolutus fideiuſſionibus. Et
qui fideiubet ponat in primis ſibi ante ocu
los, & proponat pati mille perſecutiones
à creditoribus, à birruarijs, immò à debi-
tore ipſo, pro quo fideiuſſit, & qui eum ca
pi facere tentat ad morem gerendum cre
ditori. Proponat ſibi ante oculos diſper-
ſionem omnium ſuorum bonorum, illo-
rum diſtractionem ſub haſta in foro pu-
blico ad pr̨æconis horridam vocem; a-
miſſionem dulcis ſomni, & quietis; deſer-
tionem nobilium ſuorum ſtudiorum, cul-
tiuationis ſuarum villarum; conſumptio-
nem propriæ carnis, & ſenectutem ante
tempus; acceſſionem ſexcentarum cura-
rum alienarum, & ſomniorum grauium,
& dormientem terrentium; Amiſſio-
nem pacis in domo cum vxore, cum ſo-
cru, cum nuru, cum ſocero, cum gene-
ro, cum liberis, cum nepotibus, ac etiam
cum famulis, & ancillis; & immiſſionem
in eandem domum omnium pœnarum,
& clamorum inferni perpetui; Amiſ-
ſionem omnium amicorum, & eorum,
qui iure indiſſolubili ſanguinis ſibi obſtri-
cti ſunt, & tempore tribulationis rece-
„ dunt ita, vt fideiuſſor dicere poſſit. Tor-
„ cular calcaui ſolus, & non fuit de genti-
„ bus vir mecum. Si ſacra profanis licet im-
miſcere. Proponat ſibi ante oculos car-
cerationes perpetuas, & mortem ſæpe
in carceribus, & ſi has effugit, cogetur
mendicus, & vileſcens in patria, vbi in-
ter primates ſedebat, obſequium præſta-
re alijs, qui ſibi digni famuli non fuiſſent,
& quos ſine aliqua virtute ſola fortuna
217 extulit, & opibus fulciuit. † quos igno-
rantes, & diuites Aſinos ferratos voca-
re poſſumus, vt ad aliud propoſitum for-
te temporibus iſtis non inutile, tradunt
Amonus ſoliloquio. 3. in fin. ex doctrina
Ioannis Monachi, & Cotta in Memoria-
218 libus, in verbo, Abbas. † Vel profugus,
vt Caim à Deo maledictus poſt occiſum
Abel ſuum fratrem, peregrinari per or-
bem relictis patrijs laribus, dulce vxore,
caris filijs abſque aliqua ſpe reditus. Hæc
digreſſio licet extra materiam videatur,
ſed non prorſus, non erit inutilis illis, à
quibus poſtulantur fideiuſſiones; & qui
fideiubere ſolent, in futurum abſtineant,
aliàs maiora ijs patientur, & vt vulgato
Prouerbio vtar: Experto credant Ro-
berto, & obediant Salomoni, de hac ma-
teria loquenti in Prouerb. cap. 6. quem re-
fert Gaill. Pract. obſeruation. libro ſecun-
do, obſeruatione vigeſimanona, numero
quinto, & memoriæ teneant, quod ab
antiquis Scriptoribus tradit, Boccac. in
tracta. de ſociet. offic. numero 80. Quod
ſcilicet, Oraculo Apollinis prohibitum
219 fuiſſet fideiubere. † Sciunt inquam iſti de-
bitores mendicantes ſequeſtra, quod pro-
pter prædicta incommoda rari inueniun-
tur fideiuſſores, & ſic ſperant diu frui a-
lienis bonis, ſed in Tribunali Illuſtriſſimi
Dñi Auditoris Camer̨æ prouide vſu rece
ptũ eſt ad occurrẽdũ ſimilibus fraudibus,
vt ad inſtantiã creditoris contra debitorẽ
in cuius manibus pecuniæ, ſeu aliæ res ſe-
queſtratæ ſunt, relaxetur mandatum, niſi
infra certũ tẽpus deponat pecunias debi-
tas in Monte Pietatis, vel res alias penes
depoſitariũ idoneũ eligendũ ab ipſo iudi
220 ce, vel cõcorditer à partibus. † Huiuſmodi
ſequeſtra ſunt ad inſtar realium citatio-
num, quia perſona ſiſtitur, aut eius bo-
na

na impediuntur ad illum effectum, vt ar-
reſtatus, ſeu ſequeſtratus tædio ſequeſtri
affectus coram iudice loci compareat, pa-
cta conuenta ſeruet, debitum diſſoluat,
aut in dubio cautionem iudicio ſiſti, &
iudicatum ſolui arreſtatori præſtet. Hæc
ſunt verba ipſa Andr. Gaill. in Tracta. de
arreſtis, capitulo primo, numero 15. pagi-
221 na 227. columna prima. † Et ad prædicta
ſcire debemus, quod regulariter de iure
omnis ſequeſtratio eſt prohibita, vt per
Alphan. in Collectan. & ſparſim Gaill. in
222 dicto tractatu de arreſtis. † Quando ve-
rò talia ſequeſtra conceduntur præſtita
cautione de iudicio ſiſti, & iudicatum ſol-
ui, ipſo iure ſequeſtra tolluntur, & ſoluun-
tur, vt Gaill. aula vbi ſupra, capitulo ſe-
cundo, numero ſeptimo, in princip. pagi-
na 230. columna ſecunda. Vnde apparet
non eſſe opus decreto iudicis pro relaxa-
tione, ſeu reuocatione ſequeſtrorum,
cum ipſo iure ſequeſtra ſoluantur, vt di-
223 xi. † Soluuntur aliquando etiam, & re-
uocantur præſtita tantùm iuratoria cau-
tione, vt voluit Miſinger. centur. ſecun-
da, obſeruatione vndecima, vbi cumulate
tradit Seraphin. de iuramento, priuileg.
125. numero ſecundo, Gaill. Pract. obſer-
uat. lib. primo, obſer. 148. numero ſexto.
Dummodo tamen volens præſtare cau-
tionem fideiuſſoriam, non ſit de fuga ſu-
ſpectus; vt Gaill. Pract. obſeruat. libro ſe-
224 cundo, obſeruatione 47. numero 13. † Et
quod ſequeſtrum triennio expirat, voluit
225 Seraphin. dicto priuileg. 125. in fin. † Vige
ſimanona Declaratio principalis Regulæ
eſt, quod locum etiam habeat in eo, qui re
cuſat iudicem vti ſuſpectum, Panorm. in
cap. ſi quis contra, nu. 12. & in repetitione
eiuſd. c. nu. 12. de foro competenti, Andr.
Gaill. vbi ſupra lib. 1. obſer. 33. nu. 14. poſt
princ. pag. 65. col. 2. Sed quãuis ibi Gaill.
dicat, quod tenetur iurare de calumnia,
cum in hoc caſu iuramẽtum ſit loco pro-
bationis, vt ipſemet Gaill. ſubdit, non pò-
terit dici iuramentum calumniæ generale
inuentum ad ſolemnizãdum iudicium, ad
quæ vide tradita ſupra capit. 3. & dicetur
potius iuramentum malitiæ, vel veritatis.
226 † Trigeſima declaratio principalis regulę
eſt, quod locum habet in eo, cui cõceſſum
eſt priuilegium, quod iurare nõ teneatur:
& pars aduerſa opponat, quod tale priui-
legium eſt falſum, vel ſubreptitium, quia
iſto caſu ille, cui conceſſum eſt priuilegiũ,
illudque impetrauit, tenetur de calumnia
iurare, Socin. in dicto cap. literas, nu. 13. in
princ. Sed iſtud videtur potius iuramentũ
malitiæ, vel veritatis, quàm calumniæ, cũ
nõ ſit generale ad totam cauſam, verum
ſuper articulo, & emergenti particulari;
maxime ſi falſitas, & ſubreptio propone-
rentur per viam exceptionis contra priui-
legium. Si tamen principalis actio, & cau-
ſa intentaretur ſuper falſitate, & ſubrep-
tione priuilegij, tunc tale iuramentũ præ-
ſtaretur ſuper tota cauſa, & diceretur ve-
227 rè iuramentum calumnię † Trigeſimapri-
ma declaratio principalis regulæ eſt, vt
procedat in quolibet collitigãte ita, quod
ſi plures ſunt collitigantes, quilibet ipſo-
rum teneatur de calumnia iurare, ſi nego-
cium non eſt commune, Socin. in dicto
228 c. in pertractandis, numero 49. † Si verò
negocium eſt cõmune diſtinguetur. quod
aut negocium eſt cõmune indiuiduũ, aut
diuiduum: ſi indiuiduum, tunc omnes iu-
rãt, vel vnus pro omnibus, vt Socin. d. nu-
229 me. 49. † Si autem negocium eſt cõmune
diuiduum quidem, ſed indiuiſum hãc diſ-
ficultatem, Socin. non tetigit. Vt quando
agitur cõtra plures dominos, vel poſſeſſo-
res alicuius vineæ, olijueti, vel ſimiliũ, quæ
diuidua ſunt, ſed tunc quando iudiciũ mo
uetur, & actio intentatur, ſunt indiuiſa, &
quilibet eorum, contra quos agitur, habet
ſuam partem in qualibet etiam minima
parte. Neque Socin. tetigit difficultatem,
quando negocium eſt commune pro di-
uiſo, vel pro indiuiſo, vt dicitur de parie-
tibus diuiſorijs, qui aliquando ſunt com-
munes pro diuiſo, aliquãdo ſunt commu-
230 nes pro indiuiſo. † Paries communis pro
diuiſo dicitur, quando in eum nulla par-
tium aliquid immiſit, vel ſi aliquid immi-
ſit, non exceſſit medietatem muri diuiſo-
rij, & non immiſit vltra medietatem mu-
ri, quæ verſus bona ſua eſt, Crot. conſil.
153. num. 5. volum. 2. Boer. conſil. 5. nu. 3.
231 Hier. Gabriel. cõſ. 149. nu. 6. lib. 1. † Paries
cõmunis ꝑ indiuiſo dicitur, cũ ab vtroq;
latere vtraque pars immiſit tigna, aut alia
fecit non ſolum in dimidia parte verſus
ſe, verùm etiam in totum murum ab vno
latere ad aliud latus, vt p̃citati Doctores.
232 † Dicetur paries cõmunis pro diuiſo, vel

pro indiuiſo tacite, & expreſſe, vt Boer. di
233 cto conſil. quinto. † In dubio tamen præſu
metur communis pro diuiſo, Gabriel. di-
234 cto conſil. 149. numero tertio. † Et de hac
materia muri communis plura ex te vide-
235 re poteris apud Rebuff. conſil. 156. † Ne-
que Socin. tetigit, quando negocium eſt
commune indiuiduum, & indiuiſibile, vt
quando petitur iter, actus, & ſimilia, vel in
tentantur actiones negatoriæ ſimilium.
236 † Sed quicquid Socin. dixerit, ſiue nego-
cium non ſit commune, ſiue ſit commune
indiuiduum, ſiue commune, ſed indiui-
ſum, ſiue commune pro indiuiſo, aut pro
diuiſo, ſiue agatur actione perſonali, ſiue
reali, videtur ab omnibus perſonis liti-
gantibus, & collitigantibus iurandum de
calumnia propter illa generalia iura, per
me citata, in princip. huius capituli, & ca-
pitulo decimoquarto. Et tales conſortes
negocij, ſeu litis communis non habent
mandatum ſpeciale ab alio conſorte, pro
quo iurare intendunt; Et fortaſſis ille a-
lius habet aliam conſcientiam, & propte-
rea non iurabit, ſed patefaciet iuſtitiam
237 aduerſarij iurari petentis. † Bene fateor,
quod in exequutione declaratoriæ ſen-
tentiæ latæ contra conſortem contuma-
cem in iurando de calumnia ſuper re com
muni indiuidua, vel diuidua, ſed indiui-
ſa, vel ſuper re communi pro diuiſo, vel
pro indiuiſo, maxima oritur difficultas,
quomodo fieri poſſit. Et vt facilius res
eluceſcat, exemplum ponam. Caius, &
Sempronius poſſident vineam, ſeu oliue-
tum diuidua quidem, ſed indiuiſa; Ti-
tius mouet litem contra ambos, & petit
de calumnia iurari: Caius iurat: ſed Sem-
pronius non iurat, & ſic reijciendus eſt à
limine iudicij, & habetur pro confeſſo.
Titius, qui petijt iurari, inſtat pro por-
tione Sempronij exequutionem dictę de
claratoriæ latæ contra Sempronium ſu-
per re communi diuidua, ſed indiuiſa pen
dente adhuc iudicio cum Caio: ſiue pen-
deat in prima, in ſecunda, in tertia, ſeu
alia vlteriori inſtantia: & ſiue Caius poſt
primam inſtantiam ſit appellans, ſiue ap-
pellatus. Idemque erit, quando Titius mo
uiſſet litem contra Caium, & Sempro-
nium ſuper re communi pro diuiſo, vel
pro indiuiſo, vt dixi de pariete, & Ca-
ius de calumnia iuraſſet, & Sempronius
non. Eadem etiam difficultas oritur in
exequutione declaratoriæ ſententiæ latæ
contra Sempronium contumacem in iu-
rãdo de calumnia in rebus communibus
indiuiſis, & iudiuiſibilibus, & in actioni-
bus negatorijs inientatis, vt dixi ſupra.
Pro quarum quęſtionum reſolutione ſen
tiendum breuiter duco: Quod ſi decla-
ratoriæ latæ contra Sempronium ob iu-
ramentum calumniæ non præſtitum exe-
quutio fieri poſſit ſine præiudicio Caij,
qui iurauit de calumnia, debet exequu-
tioni demandari; ſi autem nequeat ſine
aliquo Caij præiudicio circa damnum
emergens, vel lucrum ceſſans, aliudve
intereſſe exequutio fieri non poterit, e-
tiam ſi præiudicium eſſet minimum.
Quia non debet Caius ex culpa, vel ne-
gligentia Sempronij damnum ſentire, &
pati, Gloſ. in l. meminerint, in verbo,
non atterat, C. vnde vi. Et prædicta
procedunt tam in actore, quàm in reo.
238 † Trigeſimaſecunda declaratio principa-
lis regulæ eſt, quod procedat etiam in
quolibet ex aduerſo litigante ita, quod
ſi plures ſint ex aduerſo litigantes, qui
petant de calumnia iurari, omnibus pe-
tentibus eſt præſtandum, & eorum cui-
libet, Speculat. in titul. de iuramento ca-
lumniæ, §. ſecundo, numero ſexto, in prin
cip. Marian. Socin. in dicto cap. in pertra-
239 ctandis, numero 49. † Trigeſimatertia de-
claratio principalis regulæ eſt, vt proce-
dat in principali abſente, quia ipſe etiam
de calumnia tenetur iurare, vt dicam in-
fra capitulo decimoſeptimo, vbi habetur
an, & quando ei mittatur iuramentum ca-
240 lumniæ, & cuius ſumptibus. † Trigeſima-
quarta declaratio principalis regulæ eſt,
quod procedit etiam in aduocato, qui, &
ipſe de calumnia, per tex. in dicta l. ſecun-
da, §. primo, in princip. & ibi Gloſ. in ver-
bo, patronos, & in dicto §. primo, in fin. &
ibi Cyn. numero ſecundo, & in l. 1. num. 5.
C. de iureiur. propter calum. Panormit. in
d. c. inhærentes, in princip. Marian. Socin.
in d. c. in pertractandis, num. 8. in fin. & nu
mero 25. & 44. verſic. trigeſimo ſecundo.
Vide quid idem Socin. de hoc ſentiat in
dicto cap. literas, numero 14. & dixi ſupra
241 cap. duodecimo, numero 32. † Et tenetur
iurare aduocatus, etiam ſi ſuus principalis
iuraſſet, Socin. in capitulo, cum in cauſa,

numero

numero vigeſimoſeptimo, ante medium.
242 † De conſuetudine autem non ſeruatur,
vt aduocatus iuret de calumnia, teſte Bal-
do in dicta l. ſecunda, numero quinto, in
princip. Barthol. numero ſecundo, & de-
cimo, ibidem. Et non ſolum conſuetudo
non eſt, vt aduocatus iuret, ſed etiam ex-
tat conſuetudo in contrarium de facto,
quod ſcilicet aduocatus non iuret, licet
aliter de iure ſit; vt ſupra dixi, prout ex
Barthol. tradit Socin. dicto numero qua-
drageſimoquarto, quamuis in fin. dicti nu
meri, vitio Impreſſoris in meo Codice,
deſit dictio, *Non*, ante verbum, iuret. Et
ſic videatur Socin. dicere, quod eſt con-
ſuetudo, quod iuret; ſed apparet ex ver-
borum ſerie, quod ſenſus non poteſt ſta-
243 re ſine dicta dictione, *Non*. † Dicit ta-
men Socin. ibidem, quod eſſet bonum
Aduocatos iurare, & idem habetur ex
Surdo in Rota Mantuana, deciſio. deci-
maoctaua, & Panormitan. in dicto cap. in-
hærentes, numero quinto, in princip. vbi
dicit, quod forte talis conſuetudo non va-
let, & recenſet aliquos aduocatos preci-
bus amicorum defendiſſe iniuſtas cauſas,
& eos in foro animæ dicit teneri ad inte-
reſſe. Et idem voluit in cap. cæterum, nu-
mero tertio, eodem tit. Nec obſtat, quod
in quæſtione quid iuris non iuretur de ca-
lumnia, vt dicam infra capitul. vigeſimo,
numero quinto, vbi vide ſub numero ſe-
244 ptimo; cum quibus ego ſentio. † Et in
dicta deciſione decima octaua etiam ha-
betur, quod ſi aduocatus calumniam com
mitteret, teneretur in expenſis de ſuo pro
245 prio. † Nec omiſſio talis iuramenti calum-
niæ Aduocati vitiat proceſſum, ex Socin.
dicto numero quadrageſimo quarto, in
fin. & ſtante tali conſuetudine omiſſio nõ
vitiaret proceſſum etiam, ſi peteretur iu-
rari per aduocatum, prout vitiat, ſi pete-
retur iurari per principalem, vt dixi ſupra
cap. ſeptimo, numero octauo. Ego tamen
teneo cum Panormit. quod talis allegata
conſuetudo non teneat, & ſit potius corru
ptela, quod Aduocatus nõ iuret, & id tra-
diderunt Doctores ad eximẽdos ſe à præ
ſtatione talis iuramenti. Et credo proceſ-
ſum, & ſententiã iſto caſu eſſe nulla, quan
do in actis producerentur informationes
246 aduocati nolentis iurare. † Iurare autẽ de-
bet, ſi quando iurat, aduocatus in animam
propriam, tum quia lex ſibi mandat, vt iu-
ret pro ſe, & non pro alio, tum etiam quia
ad iurandum in animam alterius requiri-
tur ſpeciale mandatum, vt dicam infra c.
16. quod mandatum non habet Aduoca-
247 tus. † Forma talis iuramenti Aduocati tra
ditur per tex. in d. l. 2. iuxta tradita per So-
cin. in d. c. cum in cauſa, nu. 20. in fin. Sed
Imperator in d. l. 2. non ponit formam, re-
mittit tamen ſe ad dicta ab ſe in ſuis alijs
conſtitutionibus; & talis iuramenti Aduo
cati forma habetur in l. rem nõ nouam, §.
248 patroni aũt cauſarum, C. de iudicijs. † Tri
geſimaquinta declaratio principalis regu
læ eſt, quod habet locũ ẽt in procuratore,
qui & ipſe de calumnia iurare tenetur, vt
dicã infra c. 16. vbi latiſſimè, & an ſit nul-
lus proceſſus, & nulla ſit ſentẽtia, ſi procu-
rator recuſet de calũnia iurare dic, vt ſu-
249 pra dixi de aduocato. † Trigeſimaſexta de-
claratio principalis regulæ eſt, vt habeat lo-
cum ẽt in nuncio, qui nõ eſt ad actus cita-
tionis, vel ſimiles cõſtitutus ab aliquo pri-
uato, & particulari, vt cauſam ſuam expe-
diat, nã & ipſe de calumnia iurat, Soc. in
d. c. in pertractandis, nu. 24. verſ. vigeſimo
ſecundo quæro, vbi Marian. Socin. reddit
rationem, cur iurare poſſit talis nuncius,
quod in alijs non accidit, & eſt; quia talis
nuncius concipit verba in perſonam do-
mini: Idemque dicit in dicto capit. cum in
cauſa, num. 14. in princip. ex mente Cyn.
in dicta l. ſecunda, & non ſolum iurare po-
teſt, ſed etiam, ſi petatur, tenetur iurare
de calumnia, vt dixi in ſæpe repetito cap.
250 ſeptimo. † Trigeſimaſeptima declaratio
principalis regulæ eſt, quod habet locum
in defenſore, qui ſatiſdedit de iudicato
ſoluendo, quia & ipſe de calumnia iurat,
ſi ipſe conuenitur in cauſa principali, So-
cin. in dicto cap. in pertractandis, num. 40.
451 verſic. vigeſimo ſeptimo. † Et progredien
do vlterius Socin. dicto nume. 40. diſtin-
guit, quod aut dictus defenſor interceſſit
animo nouandi, quod intellige facta litis
conteſtatione, quia ante nõ fit nouatio, vt
Soc. ibi. & tũc ipſe defenſor iurat, vt procu-
rator in rẽ ſuã, de quo procuratore dicã inf.
c. 16. Aut defenſor non interceſſit animo
nouãdi, ſed repetẽdi: & tũc ſubdiſtinguit,
quod aut iſte defenſor cõuenitur ex pro-
pria obligatione, & tũc ipſe iurat de calũ-
nia, aut ex promiſſione domini conuenitur,

& tunc ipſe dominus iurat; vel interceſ-
ſit animo non repetendi, & tunc ipſe iu-
rat, vt dictum eſt. Si verò conuenitur fi-
deiuſſor eius, tunc ipſe fideiuſſor deſen-
ſoris iurat, vt Socin. dicto verſic. vigeſi-
moſeptimo, & hæc procedunt in defen-
ſore alterius, qui defenſor ſatiſdedit de
iudicatum ſoluendo, ſed quid dicendum
erit de debitore principali, qui præſtitit
fideiuſſorem, & forte in ſolidum obliga-
tum, & in forma Cameræ, & cum iura-
mento, & dicitur defenſor neceſſarius fi-
252 deiuſſoris? † Et dubium non eſt, quod
defenſor neceſſarius debet admitti ad de-
fenſionem ſui fideiuſſoris, ad tradita per
Alberic. in l. quoties, numero vigeſimo-
quinto, in princip. C. de precibus Impe-
rat. offeren. Marc. Anton. Cuccum in tra-
cta. de moratorijs, numero centeſimotri-
geſimoſexto, & iſtud axioma inficiari nō
poteſt, quando ſimpliciter fideiuſſorem
dedit etiam obligatum in forma Came-
ræ, dummodo tamen non in ſolidum, &
vti principalem. Et multi notarij tirones
tales neceſſarios defenſores admittere no
lunt, & male faciunt: ſed dubium ma-
ximum ſuper hac quæſtione eſt circa ne-
ceſſarium defenſorem, qui dedit fideiuſ-
ſorem in ſolidum in forma Cameræ, &
cum iuramento obligatum, quia iſto ca-
253 ſu non dicitur fideiuſſor. † Sed reſpectu
creditoris tam ipſe principalis debitor,
quam eius fideiuſſor obligatus, vt præmit
titur, ſunt duo rei debendi, licet inter ſe
dicantur debitor, & fideiuſſor, vt bene
diſcutit Caſtracan. de ſociet. offic. capitul.
254 ſexageſimoquarto. † Huiuſmodi dubita-
tio aliquando orta eſt in tribunali Illuſtriſ
ſimi Domini Auditoris Cameræ, & ex
iudicantium benignitate eſt admiſſus de-
bitor principalis, vt neceſſarius defenſor
per allegata ſupra ex Alberic. & Cucco,
quamuis de rigore iuris contrarium ſen-
255 tirem. † Niſi contractus eſſet talis, qui de
ſui natura importet fideiuſſionem neceſ-
ſario, licet notarij ex quodam non vſu,
ſed abuſu apponant clauſulam in ſolidū,
obligationem Cameralem, & iuramen-
tum. Vt exempli gratia, quando quis fi-
deiubet, de iudicio ſiſti, vel eſt fideiuſ-
ſor indemnitatis, de quo conſule Affli-
ctus deciſio. 318. & ibi Vrſill. & ſimilibus
alijs fideiuſſoribus; quia in talibus admit-
tetur principalis debitor, vt neceſſarius
256 defenſor. † Quod autem dico de fideiuſ-
ſore indemnitatis intelligo, dummodo ta-
lis fideiuſſor indemnitatis vltra promiſ-
ſionem indemnitatis non promitteret ali-
quod aliud factum, quia eo caſu in illo fa-
cto quod promitteret vltra promiſſionem
indemnitatis, non eſſet fideiuſſor, ſed
principalis debitor, vt declarauit Rota in
vna Aquilana releuationis die trigeſimo-
primo Ianuarij. 1578. verſic. primo, circa
medium, coram Illuſtriſſimo, & Reue-
rendiſſimo Domino Blanchetto tūc Ro-
tæ Auditore, nunc Cardinali Ampliſſi-
mo in manuſcriptis. Et ſic in iſto facto,
quod promittit vltra promiſſionē indem-
nitatis, contractus non importaret ex ſui
257 natura fideiuſſionem. † In alijs caſibus, in
quibus contractus ex ſui natura non im-
portat fideiuſſionem, & ſunt in ſolidum
obligati teneo admittēdum non eſſe prin-
cipalem debitorem, vt neceſſarium de-
fenſorem, licet de obſeruātia Tribunalis
dicti Illuſtriſſimi Domini Auditoris Ca-
meræ fiat, vt ſupra dixi. Quam obſer-
uantiam ab aliquibus iudicantium intro-
ductam cenſeo non improbandam, &
quod deberet principalis debitor ad cau-
ſam admitti, & proteſtante, ipſo vt nihil
contra ſuos fideiuſſores fiat, niſi ipſo prin-
cipali debitore in quolibet actu legitime
citato, deberet ſicut tertius admittitur
pro ſuo intereſſe; vt dixi ſupra in deci-
maquarta declaratione, Multoties enim
accidit, quod debitor principalis ſcit ali-
quas exceptiones ſolutionis, compenſa-
tionis, aut ſimilium, quas eius fideiuſſo-
res neſciunt. Non admitterem tamen
principalem debitorem ad totalem de-
fenſionem ſuorum fideiuſſorum ita, vt
præmittitur, obligatorum ad finem, vt
citatio principali debitori, & defenſori
facta afficeret etiam fideiuſſores: nam iſte
actus eſſet nimis præiudicialis fideiuſſori-
bus, ſed talem defenſorem admitterem
dumtaxat ad effectum, vt contra fideiuſ-
ſores non poſſit deueniri ad aliquem a-
ctum præiudicialem ipſo debitore prin-
258 cipali inſcio, ac non citato. † Et cuiuſ-
cunque generis defenſor iurabit de ca-
lumnia, & id in animam propriam, &
non in animam alterius, quia ad id non
habet aliquis defenſor legitimum man-
datum

datum prout requiritur ad iurandum in
alterius animam, vt dicam infra capitul.
259 decimoſexto. † Trigeſimaoctaua decla-
ratio principalis regulæ eſt, quod proce-
dit etiam in fideiuſſore, qui & ipſe iurat
de calumnia in cauſa, in qua pro ſuo prin-
cipali ſatiſdedit, Gloſ. in dicta l. ſecunda,
§. ſin autem abſuerint, in verbo, ſubeat,
verſicul. Aut ipſemet, & tunc ſic, ad in-
ſtar fideiuſſoris. Vnde colligitur fideiuſ-
260 ſorem etiam iſto caſu iurare. † Iurabit
iſte fideiuſſor in animam propriam, quia
non habet mandatum ad iurandum in
animam alterius, prout requiritur, vt
261 dixi, & dicam capit. decimoſexto. † Et
prædicta præſertim procederent, ſi fide-
iuſſor eſſet de iudicato ſoluendo, & reus
principalis latitaret lite conteſtata, quia
tunc talis fideiuſſor poterit etiam non
conuentus defendere reum latitantem,
per text. in l. licet in pupillari, §. reo lati-
tante; qui textus iuncta ibi Gloſ. in ver-
bo, defendant, ff. de Procurat. dicit fide-
iuſſorem non ſolum id per ſe facere poſ-
262 ſe, ſed etiam per procuratorem. † Et ibi-
dem Gloſella Marginalis dicit ex mente
Baldi, quod fideiuſſor eſt procurator rei.
263 † Ad quam materiam fideiuſſoris vtile du
co ponere vnum notabile, quod ſi quis
fideiuſſerit de iudicio ſiſti, & id ſine ſcri-
ptis fecerit, & inde non eſt confecta ſcri-
ptura, non tenetur, niſi infra duos men-
ſes lis initietur per legem, ſi fideiuſſor, §.
ſancimus, & ibi Gloſ. in verbo, liberari,
C. de fid. & mand. Quod fallit ſi fideiuſſit
in publica cauſa, vt ibidem text. & Gloſ.
264 † Trigeſimanona declaratio principalis re
gulæ eſt, quod habet locum in comparen
te in iudicio pro amico, qui poſt litem con
teſtatam ſe abſentauit; Nam & ipſe te-
netur iurare de calumnia, Gloſ. in l. liber-
to, §. litem in iudicium, in verbo, aget,
poſt medium, ff. de negoc. geſt. quod in-
tellige ſi eſt admiſſus ad cauſam defen-
265 dendam per iudicis decretum. † Iurabit
iſte comparens in iudicio pro amico in
animam propriam, & non in animam
amici à quo non habet ſpeciale mãdatum
266 ad iurandum in animam ſuam. † Et ad iu-
randum in animam alterius requiritur ſpe
ciale mandatum, vt voluit Rota deciſio.
prima, numero tertio, de iuramento ca-
lumniæ, in nou. & dixi ſupra, & dicam
267 infra capitul. decimoſexto. † Quadrage-
ſima Declaratio principalis Regulæ eſt,
quod habet locum in comparente pro cõ
iuncta perſona, Speculat. in titul. de iura-
mento calumniæ, §. ſecundo, numero
268 quinto, in fin. † vbi vult quod coniuncta
perſona admittatur etiam ad appellandũ
269 pro coniuncto. † Et licet Addent. ad Ro-
man. ſingul. 227. incipien. & illam, l. Patri,
in prima addit, dicant, quod coniuncta
perſona admittitur pro coniuncto ad iu-
randum de calumnia, etiam ſine ſpeciali
mandato non credo id verum eſſe. Nam
non eſt bona ratio, nec argumentum con-
cludit ab eis adductum dicendo. Con-
iuncta perſona non indiget ſpeciali man-
dato ad iurandum de calumnia, alias ſe-
queretur, quod iura dicentia coniunctam
perſonam admitti pro coniuncto nun-
quam haberent locum. Quia argumen-
tum negatiuum de parte ad totum in ca-
ſu noſtro non procedit, ſunt enim quæ-
dam partes ſubſtantiales iudicij in qui-
bus requiritur ſpeciale mandatum, vt eſt
iuramentum iſtud noſtrum, conteſtatio
litis, & ſimilia. Coniuncta perſona ad-
mittitur quidem pro coniuncto, ſed fal-
lit in ijs, quæ mandatum ſpeciale requi-
runt, vt ſunt præmiſſa: Nec ex hoc dici
poterit, quod dicta iura aſſerentia con-
iunctum admitti pro coniuncto nunquam
haberent locum, quia in alijs compare-
re poterit, vt ad petendam copiam, pe-
tendam dilationem, & ſimilia. Præte-
rea duo ſunt mandatorum genera alte-
rum tacitum, alterum expreſſum aliqui
actus expreſſum requirunt, in alijs ſuf-
ficit tacitum mandatum. Coniuncta per-
ſona habet tacitum mandatum, & ideo
comparere poteſt, & admittitur in om-
nibus actibus, non requirentibus man-
datum expreſſum, & in quibus tacitum
ſufficit. Iuramentum verò calumniæ re-
quirit mandatum expreſſum; & ideo non
procedit argumentum, nunquam admit-
teretur coniuncta perſona, ſi non admit-
titur ad iurandum de calumnia ſine ſpe-
ciali mandato; nam tranſit argumentum
de actibus requirentibus mandatum ex-
preſſum ad actus, in quibus ſufficit man-
datum tacitum. Alia reſponderi poſſent,
quæ ſubtilis lector perpendet; ſed ijs o-
miſſis concludo quod coniuncta perſona

compa-

comparens pro coniuncto non admittitur
ad iurandum de calumnia ſine ſpeciali
270 mandato.† Nec poterit iurare in animam
coniuncti quem defendit in aliquo caſu,
niſi in illis caſibus, in quibus ſimplex pro-
curator admittitur, de quo procuratore
dicam infra capitul. decimoſexto, So-
cin. in dicto capitul. in pertractandis nu-
271 mero quadrageſimoprimo in fin. † Pote-
rit tamen petere dilationem ad denun-
ciandum ſuo coniuncto, quem defendit,
vt veniat ad iurandum, Socin. dicto nu-
mero quadrageſimoprimo, in princip.
272 † Vel ſi mauis diſtingue cum Socin. dicto
numero quadrageſimoprimo, vbi hunc
articulum dubium facit, quod aut dicta
coniuncta perſona venit, vt defenſor, &
tunc dicendum erit, vt dixi ſupra hoc eo-
dem capitul. decimoquinto. Declaratio-
ne trigeſimaſeptima, numero 250. & ſe-
273 quent.† Aut coniuncta perſona venit pro
coniuncto, vt actor, & tunc ſubdiſtin-
guit. Quod aut eſt pater aut alius aſcen-
dens habens filios, & deſcendentes in
poteſtate, & iſti quia habent admini-
ſtrationem iurare poſſunt, vt Socin. di-
274 cto numero quadrageſimoprimo.† Vel
dicta coniuncta perſona non eſt de dictis
aſcendentibus, & tunc maius dubium
eſt. Quamuis enim coniuncta perſona
admittatur pro coniuncto cum cautione
de rato, vt Socin. dicto numero quadra-
geſimoprimo, Vanr. in tract. Nullit. in
tit. de nullit. ſent. ex inhabilit. & defect.
mand. compar. numero 130. & in tit. quib.
mod. ſentent. null. defen. poſſ. & ſine tali
promiſſione de rato non admittitur, vt
275 Vanr. vbi ſupra.† Sanguinis coniunctio
prædicta non ſupplet in exigentibus ſpe-
ciale mandatum, vt Socin. ibid. & iura-
mentum calumniæ exigit ſpeciale man-
datum vt ſæpe dixi, & ponam in capitul.
276 decimoſexto. † Et in omni caſu ſiue ſit
de aſcendentibus, ſiue non aſcendenti-
bus iurare cogetur coniuncta perſona in
animam ſuam propriam, cum non ha-
beat à coniuncto ſuo mandatum legiti-
277 mum ad iurandum † & præmiſſæ autho-
ritates Socin. non videntur concludere,
quod coniunctus cogi poſſit ad iurandum
de calumnia, dum pro coniuncto com-
paret, ſed an poſſit iurare, Nos autem
concludimus, quod teneatur iurare, cum
ſit de perſonis litigantibus, vt in princip.
huius capitul. Præſertim in caſibus, in
quibus coniunctus admittitur contra, vel
præter voluntatem coniuncti, quia vi-
detur proprium intereſſe proſequi, vt
per Bart. in dicta l. ſecunda numero duo-
decimo, C. de iureiurando propter ca-
278 lumniam.† Quadrageſimaprima declara-
tio principalis regulæ eſt, vt habeat locum
in comparente nomine abſentis, & alle-
gante cauſas abſentiæ, quia & ipſe de
calumnia iurare tenetur, Ioan. Andr. in
addit. ad Specul. in tit. de iuramento ca-
lumniæ, §. ſecundo, in verbo, §. *pen.* li-
tera Y, in fin. Socin. in dicto capitul. literas
numero decimotertio, verſic. vigeſimo.
Sed ego valde dubito, quod iſtud iuramẽ-
tum non poſſit dici iuramentum calum-
niæ, ſed dicatur potius iuramentum ma-
litiæ, vel veritatis, aut aliud ſimile, cum
ſit ſuper articulo, & emergenti particula-
ri abſentiæ dumtaxat. Niſi quis inſtitue-
ret iudicium totum ſuper abſentia alicu-
ius; quia ſi iudicium intentatum eſſet prin
cipaliter ſuper alicuius abſentia, tunc pro-
cul dubio diceretur iuramentum calum-
279 niæ. † Iurabit iſte comparens ad allegan-
dum cauſas abſentiæ in animam propriã,
quia ad iurandum in animam abſentis,
pro quo allegat abſentiæ cauſas non ha-
bet ſpeciale mandatum, vt requiri ad iu-
randum in alterius animam dixi ſupra, &
280 dicam infra capitul. decimoſexto. † Qua-
drageſimaſecunda declaratio principalis
regulæ eſt, quod habet locum in compa-
rente pro inuito, qui comparens iurabit
de calumnia: Pone exemplum in paren-
tibus, filijs, & alijs de Agnatione, qui
poſſunt agere pro inuito, qui forte volens
trahitur in ſeruitutem, vel eſt in quaſi poſ
ſeſſione ſeruitutis, & non vult trahi in li-
bertatem, & ſimilibus, Gloſ. in dicta l. ſe-
cunda, §. primo, in verbo, meminiſſe, Ma-
rian. Socin. in dicto capitul. in pertractan-
dis, numero quadrageſimoſecundo, quia
ſuam quodammodo iniuriam, & cauſam
agere videntur, vt Socin. dicto numero
quadrageſimoſecundo, Barthol. ſupra re-
latus in dicta l. ſecunda, numero duodeci-
281 mo.† Et iurabit iſte comparens pro inuito
in animam propriam, quia ad iurandum
in animam alterius non habet ſpeciale
mandatum, vt de alijs præmiſſis dixi.

282 † Qua-

282 †Quadrageſimatertia declaratio principalis regulæ eſt, quod habet locum in tutore, qui & ipſe iurabit de calumnia, Specul. in tit. de iuramento calumniæ, §. tertio, in princip. Petr. Vanderan. in Practica iudiciali, libro tertio, capitul. ſecundo verſic. de calumnia, in princip. tex. in dicta l. ſecunda, §. Tutores, & curatores, & §. quod obſeruari, & ibi Cyn. Bald. numero tertio, & quarto, & Alberic. numero quinto, Idem Cyn. in l. prima, numero quarto, C. de iureiurando propter calumniam, Marian. Socin. in dicto capitul. in pertractandis, numero octauo, & vigeſimo, & in dicto capitul. cum in cauſa numero decimoſecundo, in princip. Panormit. in dicto capitul. cum

283 cauſam, numero decimo. † Rationes huius dicti duæ à Socin. redduntur in dicto numero octauo. Prima ratio eſt, quia ipſe tutor præſumitur melius informatus, quàm minor ſuus principalis de iuſtitia cauſæ quam etiam reddit Panormitan. in dicto capitul. cum cauſam, numero decimo verſic. primo caſu. Altera redditur dicto numero vigeſimo, & eſt, quia ipſe tutor eſt legitimus adminiſtrator, de quo adminiſtratore, quod iurare teneatur di-

284 cam infra eod. hoc capitul. † ſi autem minor eius principalis eſſet melius informatus, tunc iuraret minor de calumnia, vt melius informatus cum præſentia tamen tutoris, Cyn. in dicto §. quod obſeruari, numero ſexto, Gloſ. ibid. in verbo, ſcire,

285 in princip. † Dum autem diſcutitur, An minor teneatur iurare, vel non iurare, debet interuenire tutor ad hunc actum; ſed non debet authorare ad hoc, vel illo modo reſpondendum confitendo, vel negando Socin. in dicto capitul. cum in cauſa, dicto numero vigeſimo, vbi dicit id procedere ſiue tutor ſit actor, ſiue reus.

286 † Iurat tutor in animam propriam, vt per Gloſ. in dicto capitul. in pertractandis, in verbo, In animam iurantis, Socin. in dicto capitul. cum in cauſa, numero vndecimo, in princip. Et dicam infra de curato-

287 re, & alibi. † Si verò tutor non iuraret requiſitus de calumnia, eius contumacia non iurantis non præiudicat pupillo, Panormit. in capitul. cum in cauſa, numero vigeſimoprimo, de iuramento calumniæ, Socin. in dicto capitul. in pertractandis, & in capitul. cum in cauſa, & remittit ſe ad dicta per ipſum in tit. de dol. & contumac. Idemque aſſeuerat Socin. loco præcitato de contumacia curatoris non iurantis die in hoc articulo quod talis contumacia nocet, quando vera tutoris confeſſio nocet, & quod contumacia non nocet, vbi vera confeſſio non nocet, vt dicam infra de Prælato numero 405. &

288 numero 425. † Sed ſi plures eſſent Tutores omnes iurabunt, vel vnus pro omnibus ſecundum Socinum dicto numero vigeſimo, per tex. in l. prima, C. ſi ex pluribus tutor. & curat. & Specul. ab eo relatum, Gloſ. in dicta l. ſecunda §. hoc etiam,

289 in verbo, vel à plurima. † Quod vnus iuret pro omnibus, vt præmittitur, locum ſibi vendicabit, ſi alij contutores nolint, vel non poſſint iurare, vt eſt tex. in d. l. 1. C. ſi ex plurib. tut. vel curat. & ibi Gloſ. in verbo, Noluerint. in princip. Vnde donec non conſtiterit, quod cæteri contutores nolint, aut non poſſint iurare de calumnia, non ſufficit vnum ex contutori-

290 bus iuraſſe. † Nec loquor nunc, quando eſſent Tutores plures in ſolidum dati, vel per aliam dictionem æquipollentem, per quam dictionem in ſolidum, vel aliam æquipollentem quilibet tutor poſſet ſufficienter adminiſtrare, quia tunc ſufficeret vnum iurare per adminiſtrationem in

291 ſolidum ei attributam. † Iuxta prædicta notandum duco, quod tex. in dicta l. prima, C. ſi ex plurib. tut. vel curat. loquitur de tutoribus datis ſimpliciter, & non cum plures tutores eſſent dati cum præcepto, quod coniunctim procedant, vt ſæpe fieri vidi, vel per aliquam ſimilem clauſulam auferentem actum in ſolidum. Quoniam iſto caſu non ſufficeret vnum tutorem iurare pro omnibus, ſed omnes

292 coniunctim iurare debent. † Cauſa enim limitata, limitatum producit effectum, Pariſ. conſil. 112. num. duodecimo, libro

293 quarto. † Quadrageſimaquarta declaratio principalis regulæ eſt, quod habet locum in curatore bonis dato, qui & ipſe de calumnia iurat, Socin. in dicto capit. in pertractandis, numero vigeſimoſecundo, in princip. ſiue ſit actor, ſiue reus, vt ibidem Socin. vbi dat etiam rationem, quæ eſt, quod iurare poteſt, quia habet legitimam adminiſtrationem, ſed iſta ra-

tio

tio Socin. eſt ad probandum, quod poſſit iurare, ſed ratio quod cogi poſſit eſt, quia eſt perſona litigans, & interueniens in iudicio vt dixi ſupra hoc eodem capitul. in princip. & in capitul. decimoquarto.
294 † Datur autem iſte curator bonis, & non cogetur principalis perſona iurare de calumnia, nec mittetur ei notarius, vt abſentibus fieri debere dicam infra capitul. decimoſexto, quando principalis eſt abſens vltra mare, vel valde remotus, vel ignoratur vbi ſit, Specul. in dicto tit. de iuramento calumniæ, §. tertio numero vndecimo, in fin. Bald. in Auth. Principales perſonæ §. ſin autem numero primo, C. de iureiurando propter calumniam, Socin. in dicto capitul. cum cauſam numero primo.
295 † Datur etiam talis curator bonis, quando principalis eſt in hoſtium poteſtate per text. in l. Ab hoſtibus, §. ego autem ff. qui. cauſ. maio. vigintiquinque ann. in integ. Datur præterea iſte curator bonis eius qui ceſſit bonis, quando creditores, in quorum fauorem ceſſit bonis, volunt bona ceſſa diſtrahere pro conſequutione crediti ipſorum, & ita practicari vidi.
296 † Iurant etiam iſti curatores in animam propriam, quia habent legitimam adminiſtrationem, Socin. in dicto capitul. cum in cauſa numero duodecimo, in princ. Gloſ. in dicto capitul. in pertractandis in dicto verbo. In animam iurantis.
297 † Modum dandi talem curatorem bonis abſentis videre poteris apud Purpurat. conſil. 118. libro primo, & ponam infra capitul. decimoſeptimo.
298 † Quæ dixi de curatore dato bonis abſentis & bonis ceſſis dico etiam de curatore dato Hæreditati iacenti, & quando datur curator hæreditati dum hæres, qui eſt creditor intentat iudicium pro ſuo credito conſequendo contra hæreditatem, iuxta doctrinam Angeli inſtit. tit. de actionib. & prout etiam practicari vidi nulla enim ratio diuerſitatis videtur inter hos curatores, & cur prædicta non habeant locum etiam in dicto curatore hæreditati
299 iacenti dato. † Cuius curatoris hæreditati iacenti dandi modum vide apud Andr. Gaill. Pract. obſer. libro ſecundo, obſer.
300 decimatertia. † Quibus adde vnum notabile ex Decian. reſpon. 119. numero decimo, libro ſecundo, quod Iudex domicilij, quod defunctus habebat, poteſt ex officio dare curatorem hæreditati iacenti, & creditores ibi debent actiones perſonales exercere, & hæreditatem excutere, & ſi creditores mouerent actiones contra hæreditatem iacentem in loco vbi bona exiſtunt, non autem in loco, vbi defunctus domicilium habebat, dicto curatore hæreditati iacenti iam dato mi-
301 nime citato ſententia eſſet nulla. † Quid autem in ſimili articulo dicendum eſſet, ſi defunctus habuiſſet bona, & domicilia etiam vbique cum familia in diuerſis locis, & quando commoratur in vno, quando in alio domicilio, & in vno tantum moritur, & quando moritur in vno domicilio, in quo minus habitare ſolebat quid dicendum ſit perpende ex te, ſufficiat me mouiſſe dubium, non enim expedit in omni materia mouere omnem lapidem vagando à noſtro iuramento,
302 ad quod redeundo dico † Quadrageſimaquinta declaratio principalis regulæ eſt, quod procedit in quolibet curatore, qui & ipſe de calumnia iurat pro minore ſuo principali dicta l. ſecunda §. Tutores, & curatores, §. quod obſeruari, & ibi Gloſ. in verbo, vel curatores ſequitur Gloſſella Marginalis, & Cyn. in ead. l. ſecunda numero primo in princip. Specul. in tit. de iuramento calumniæ, §. in princip. Marian. Socin. in dicto capitul. in pertractandis num. octauo, Albcric. in dicta l. ſecunda numero quinto, vbi diluit contraria. Petrus Vanderan. in Pract. dicto verſic. de calumnia, Panormit. in dicto capitul. cum cauſam numero decimo. Et hæc procedunt, ſiue dictus curator ſit actor, ſiue ſit reus, Socin. in dicto capitul. in pertractandis, numero vigeſimopri-
303 mo. † Rationes huius dicti duæ à Socin. redduntur, quarum Prima eſt, quod curator præſumitur melius informatus de iuſtitia cauſæ, quàm minor, vt Socin. dicto numero octauo, quàm etiam reddit Panormitan. dicto numero decimo.
304 † Secunda ratio eſt, quia curator eſt legitimus adminiſtrator, vt Socin. dicto nu-
305 mero vigeſimo primo. † Si autem minor eſſet melius informatus, quàm curator, iuraret minor, vt dixi ſupra de tutore in declaratione quadrageſimatertia, nume-
306 ro 284. † Quod iuret curator in animam

propriam

priam, & an contumacia curatoris noceat minori, & quando ſunt plures curatores in ſolidum, vel non in ſolidum dati, dic vt dixi ſupra declaratione quadrageſimatertia, de tutoribus. † Quicquid e-
307 nim mandatur in tutoribus, debet in curatoribus obſeruari l.ſi plures, de admin.
308 & peric. tutor. † Quadrageſimaſexta declaratio principalis regulæ eſt, quod habet locum etiam in clericis ſecularibus, qui & ipſi de calumnia iurare debent, ſiue agant, ſiue conueniantur ex facto proprio, Gloſ.in dicta l.ſecunda §.ſed quia veremur, in verbo, remitti poſt medium, verſic.Alij diſtinxerunt, & in capitul.primo in verbo, Criminali, verſic.ſed hæc hodie non ſeruantur, text. iuncta Gloſ. prima, verſicul.in cauſis ciuilibus, in capitul. Cæterum, vbi Panormitanus in princip. de iuramento calumniæ, §.ter-
309 tio, numero decimoſexto. † Siue agant vel conueniantur pro facto, & re non tamen ſpirituali eccleſiæ, ſed pro vinea, olíueto & ſimil. Gl.in d.verb.remitti,& in d.
310 c.primo,in verbo,Criminali. † Siue agant, vel cōueniantur pro re ſpirituali, vt ſuper decimis, & ſimilibus, de quibus infra capitul. decimonono, & vigeſimo, ver-
311 ba faciam. † Ex quibus conſtat clericos in omnibus caſibus teneri iurare, & ſic firmatur concluſio ſimpliciter, quod Clerici teneantur iurare de calumnia, prout ſimpliciter nulla facta diſtinctione tradit Alberic.in dicta l.ſecunda, numero vigeſimoſeptimo, Bart.ibid.in §.ſed quia ve-
312 remur, numero quarto. † Et tenentur Clerici iurare per ſe ipſos, quando per ſe ipſos cauſam agunt, & per eorum proprias perſonas Gloſ.in dicto capitul. primo, in dicto verbo, Criminali, per text. in ca-
313 pitul.fin.de iuramento calumniæ. † Hodie tamen poſſunt per procuratorem iurare, licet iſte articulus olim eſſet controuerſus valde, vt Socin.dicto capitul. in pertra-
314 ctandis numero ſeptimo. † Sed quando pars aduerſa inſtaret iurari per ipſoſmet clericos, etiam ſi eorum aduocatus, & procurator iuraſſet, tenentur ipſi clerici principales in cauſa præſtare iſtud iuramentum, vt dixi ſupra hoc eodem capi-
315 tul.numero quinto, & ſexto. † Attamen videtur inhibitum clericis iurare de calumnia ſine ſui ſuperioris licentia ad tex. in dicto capitul.primo §.penult.& in Glo.
316 fin.ibid. † & dicta licentia debet obtineri ſpecialis ad iurandum de calumnia, vt Socin.in dicto capitul. cum in cauſa numero decimoſeptimo, & debet eſſe verbis expreſſa, & non ſufficit tacita, vt volunt Annotantes ad Panormit. in capitul. inhærentes numero vigeſimo, in verbo, licentia litigandi, de iuramento calumniæ, & licentia intelligitur, quæ datur verbis expreſſis, & quæ datur tacite dicitur voluntas, vt Annotan. ad Panormit. in capitul.ſignificaſti in princip. in verbo,
317 epiſcopi licentia de for. compet. † & non ſolum debet eſſe ſpecialis ad iurandum de calumnia, ſed puto debere eſſe dictam licentiam ſpecialem ad talem certam cauſam, vt vere poſſit ſpecialis dici, vt ponam infra cum de mandato ſpeciali a-
318 gam capitul. decimoſexto. † Prædicta que licentia debet peti etiam in conſtituendo procuratore ad iurandum de calumnia, Panormit.in dicto capitul.inhęrentes numero vigeſimo, in fin. Socin.in dicto capitul.cum in cauſa, numero decimooctauo.
319 † Dum dixi quod clerici debent impetrare veniam à ſuo ſuperiore dicitur procedere, dum litigant coram non ſuo iudice, vt habetur in dicta Gloſ. fin. dicto capitul.primo, facit Socin. in dicto capitul.cum in cauſa numero decimoquinto, verſic. Alij vero dicunt, vbi id de men-
320 te aliorum tradit. † Ratio eſt, quia iuramentum calumniæ defertur authore Prætore, vt dixi ſupra capitul. ſexto, numero primo, & ſic Clericus conſentiret in iudicem non ſuum, quod facere non poteſt, vt in dicta Gloſ. fin. & Socin. in dicto capitul. cum in cauſa dicto numero
321 decimoquinto, circa fin. † & quod dixi ſupra ex dicta Gloſ. & Socin. vbi ſupra proxime, quod licentiam ſui ſuperioris impetrare teneantur Clerici, dum litigant coram Iudice non ſuo, dictus iudex non ſuus dupliciter intelligi poteſt, vel coram iudice Eccleſiaſtico non ſuo, vt quando quis Clericus Reatinus litigaret coram Epiſcopo Tiburtino, qui non eſt ſuus iudex, & ordinarius. Quilibet enim Epiſcopus habet diœceſim ſeparatam, & ſeparatos ſubditos, & eorum iuriſdictio nō extenditur ad alienos ſubditos, Et hinc eſt quod vnus Epiſcopus non valeę ſine dimiſſo-

dimiſſorijs ordinare alienum ſubditum
alterius Epiſcopi, nec ſimilē alienum ſub-
ditum excommunicare, vt in Summiſtis
paſſim habetur, & vbi agitur de clauibus
322 eccleſiæ, & in tractatu de Epiſcopo. † Ex-
cepto Epiſcopo Romano, qui eſt ordi-
narius cunctorum, vt tenuit Rota in vna
Bondnien. Sancti Petronij verſic. neque
etiam obſtat, quod in caſu, die vigeſi-
mooctauo Aprilis, 1593. coram Illuſtriſ-
ſimo, & Reuerendiſſimo Domino Man-
tica, tunc Rotæ auditore, nunc Cardi-
323 nali Ampliſſimo, in manuſcriptis. † Et vt
pater patrum concurrit cum omni pote-
ſtate, & iuriſdictione, vt per Cott. in
324 Memorial. in verbo, beneficia, † Hinc
obſeruatum habemus in Sacris Canoni-
bus ſparſim, in annalibus Illuſtriſſimi, &
Reuerendiſſimi Domini Cardinalis Ba-
ronij, aliiſque ſcriptoribus, quod Epi-
ſcopi Romani pro tempore excommuni-
carunt ſubditos alienæ diœceſi non ſo-
lum priuatas, & ordinarias perſonas, ſed
etiam regali, ac imperiali dignitate præ-
ditas, & his temporibus Sanctiſſimus
Dominus Noſter Clemens Octauus, in-
tra paucos ab hinc dies dicitur excom-
municatum ire magnum Principem licet
is ſit ſubditus Epiſcopi Ferrarien. ob vſur-
patā Ferrariæ Ciuitatem, omniq; eius du-
catu, cum fortellitijs, caſtris, tormentis
bellicis dicti ſtatus, qui eſt fæudum Ec-
cleſiæ Romanæ apertum, & deuolutum
ad eandem per obitum Ducis Alphonſi
Secundi Eſtenſis ſine filijs, & ſucceſſo-
325 ribus in dicto feudo. † Et quia Romanus
Pontifex à Deo duplicem poteſtatem
habet, ſpiritualem ſcilicet, & tempora-
lem ſignificatam per illos duos gladios,
quos Beatus Petrus, ſe habere dixit in
Euangelio, vt habetur apud. Lucam ca-
pitul. vigeſimoſecundo, ibi. Ecce duo
gladij hic, & habetur in capitul. omnes
ſiue Patriarchalis, §. illam vero, & ibi
Gloſ. in verbo, Cæleſtis in vigeſimaſe-
cunda diſtinctione, Grauat. ad Veſtr. li-
bro ſecundo, capitul. quinto, in verbo,
alius Cameræ, non ſolum inſurgit contra
eum gladio ſpirituali, ſed etiam armis
temporalibus ad vlciſcendam tantam in-
iuriam ſibi, toti collegio Illuſtriſſimorum,
& Reuerendiſſimorum Dominorū Car-
dinalium, ac Romanæ Eccleſiæ illatā cū
valido exercitu vltra conſuetum Roma-
norum Pontificum ſumma celeritate
comparato. Deus author pacis tangat
cor dicti Principis ad dimittenda, & red-
denda quæ ſunt Dei Deo, & quæ Cæ-
ſaris ſunt, ſibi Cæſari reſeruanda & du-
bitare de præmiſſa Romani Pontificis po
teſtate nefas eſt, eius tamen Vicarius ha-
bet authoritatē limitatā, & reſtrictam in
diœceſi Romana, vt per Veſtr. in Pract.
libro primo, dum agit de Vicario Papæ.
326 † Sed omiſſo armorum ſtrepitu redeun-
do ad noſtrum inſtitutum dico, quod ſi
clericus litigaret coram non ſuo iudice
Eccleſiaſtico, tunc non ſit neceſſaria di-
cta licentia ſui iudicis, & ſuperioris; cum
ille iudex Eccleſiaſticus non ſuus, effici-
tur ſuus iudex per clerici conſenſum in
iuriſdictionem ſuam, nihil enim prohi-
bet poſſe clericum conſentire in iudicem
non ſuum, dummodo ſit Eccleſiaſticus,
& in illis, in quibus conſentit, non tur-
bet iuriſdictionem ſui ſuperioris, & Epi-
ſcopi, quia iſto caſu credo impetrandam
dictam licentiam à ſuo Epiſcopo de cuius
intereſſe agitur, ad Lapum allegat. quin-
quageſimaoctaua, numero decimoquar-
to, per capitul. ſignificaſti, de foro com-
327 petenti. † Vel iudex non ſuus intelligi po-
teſt de iudice laico, & in iſto caſu ſemper
eſt neceſſaria licentia ſui ſuperioris. Nam
coram iudice laico nunquam poſſunt cle-
rici conueniri in ciuilibus, neque in crimi-
nalibus, Panormitan. in capit. Clerici, nu-
mero ſexto, de iudic. Plot. conſil. nona-
geſimoquarto, numero vigeſimoſexto,
328 vbi de communi. † Neque coram Princi-
pe, vt per Panormit. in capitul. cum non
ab homine in princip. extra eod. tit. Plot.
329 dicto numero vigeſimoſexto. † Vbi id am
pliat, etiam ſi clerici non incederent in
habitu, & tonſura, quod vtique de iure
330 procederet. † Sed Sacroſanctum Conci-
lium apud Tridentum vltimo celebratum
ſtatuit, tales clericos non incedentes in
habitu, & tonſura, & non inſeruientes
alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi non
gaudere priuilegio fori Eccleſiaſtici, vt
habetur in dicto Concilio ſeſſ. vigeſimate-
rtia. De reformatione capitul. ſecundo,
vbi videtur id mandare dictum Conci-
lium circa clericos prima tonſura initiatos
& in minoribus ordinibus conſtitutos
ante

ante decimumquartum annũ; Ideo per-
pende dictam authoritatem Cõcilij; qa
non videtur ibi aliquid diſponere circa
maiores annis 14. clericos non inceden-
331 tes in habitu, & tonſura. † Immo Panor-
mit. in d.cap. clerici, in d.nu.6. voluit quod
clericus coram laico cõueniri nequit etiã
ſi Papa ſciret, & toleraret. Et quod non
poſſet induci aliqua conſuetudine, vt con-
ueniri poſſet; & inſuper Mar. Anguiſol.
conſilio 28. numero 11. dicit, quod neque
expreſsè Papa mandare poteſt, vt clerici
ſubiaceant iudicio laico. Cum iure diui-
no, cui Papa non derogat, vt dixi ſupra ca
pitul. tertio, mandatum ſit, ne nos laici tan
332 gamus Chriſtos Dei. † At quando clerici
ſunt authores nominati, an poſſint decli-
nare forum iudicis laici, vide Gramat. de-
ciſio. vigeſimaprima, numero 7.8. & 9. &
Miſinger. centur. 1. obſeruatione vigeſi-
maſecunda, & centur. 5. obſeruatione de-
cimaquarta, vbi quod nõ. Licet Gramat.
ſibi contrarius in deciſio. 61. numero 6. ali-
333 ter tradat. † Habẽs etiam iudicem laicum
clerici, quãdo agitur de bonis feudalibus,
Panormit. in capit. cæterum quia, nume-
ro ſexto, vbi etiam Annotantes, de iudi-
cijs, & numero vigeſimoſecundo, in prin.
Andr. Gaill. Pract. obſeruation. lib. 1. ob-
334 ſeruatione 37. numero 3. † Item quando
cauſa eſt realis inter clericum, & laicum:
Nam in actione reali perſona non dicitur
obligata, & ſic non trahitur in iudicium
perſona Eccleſiaſtica, ſed res ipſa, Gaill.
335 dicta obſeruatione 37. numero 4. † Item,
quando agitur ſuper poſſeſſorio, vel qua-
ſi, etiam in cauſis ſpiritualibus, quia poſ-
ſeſſorium non eſt quid ſpirituale, ſed tem-
porale; nec eſt inconueniens quod reſpe-
ctu eiuſdem rei petitorium ſit ſpirituale,
& poſſeſſorium temporale, cum inter ſe
nihil commune habeant, Gaill. dicta ob-
ſeruatione trigeſimaſeptima, num. quin-
to, & obſeruatione 38. numero 4. & 5. vbi
habes quando decimarum cauſa ad iudi-
cem laicum ſpectet. Et intellige prædicta
cum clericus ſuper dicto poſſeſſorio con-
uenire vult laicum, & non è conuerſo, vt
Gaill. vbi ſupra proxime. Facit bona An-
notat. Zachar. ad Panormit. in dicto cap.
literas, numero 6. in verbo, quod non, vbi
loquitur in poſſeſſorio iuriſpatronatus, &
Panormit. d. num. 6. vbi vide in ſimilibus,

336 & pulchrius num. 8. † Item quando clerici
recõueniuntur ſecundum magis commu-
nem, de qua Gaill. dicta obſer. 37. num. 6.
337 † Item quando clericus eſſet neceſſarius
defenſor laici conuenti coram iudice lai-
co, vt puta ſi clericus eſſet venditor, & vel
let defendere laicum emptorem coram iu
dice laico moleſtatum ſuper re vendita,
338 Gaill. dicta obſeruat. 37. nu. 7. † Item quan
do clericus in inſtãtia ſuccedit laico, Gail-
laula dicta obſeruat. 37. numero 8. & licet
Panormit. in cap. quia V. num. 12. ſentiat
quod inſtantia inchoata cõtra laicum non
tranſeat in clericum, qui ideo non poteſt
conueniri coram iudice laico, in qua ma-
teria vide multa adducta per Annotant.
ad Panormitan. ibi. in verbo, inſtantia in-
choata, de iudicijs. Tamen tertia Addi-
tio ibi concludit concordando opin. quod
inſtantia in clericum tranſit, ſed clericus
339 non vtetur priuilegio, vide ibi. † Item per-
ſonæ Eccleſiaſticæ regalia habentes ab
Imperio, & Imperatore, habent in præ-
miſſis iudicem eũdem, vt Gaill. dicta ob-
ſeruatione trigeſimaſeptima, nume. 11.
340 † Iſtud tamen fallit in Romano Pontifice,
qui licet à Cõſtantino Imperatore habue
rit multa regalia in eius donatione facta,
Siluestro Magno Pontifici, non ex hoc in
341 iſtis debet habere iudicem laicum. † Quia
donatio facta Eccleſię cẽſetur facta Deo,
vt per Iul. Clar. in §. donario. q. 11. num. 5.
verſic. item quæro, per cap. verum, de cõ-
342 dict. appoſi. † Vnde dicentur potius reddi-
ta, quàm donata Deo, ea, quæ Pontifici-
bus Romanis eius Vicarijs in terra donã-
tur, & ſic videmus quod Gregorius Pon-
tifex in donatione multorum oliuetorum
facta Beato Petro, & ſculpta in marmore
in Baſilica Sancti Petri Romæ, dicit ſe po
tius reddere, quàm donare dicta olivueta
Beato Petro, & Beato Paulo. Alios plures
caſus habere poteris apud Gaill. vbi ſup.
remiſſiuè, aliosq; Doctores, extra, de for.
cõpet. in q̃bus clerici iudicẽ laicũ adire de
bẽt; & in iſtis caſibus nõ poſſunt iurare de
calũnia ſine licentia p̃dicta ſui p̃lati, neq;
ad id cõſtituere procuratorẽ, vt dixi ſupra.
343 † Licẽtia, ſine qua clerici nõ p̃nt iurare de
calũnia corã nõ ipſorũ iudice, nõ impetra
tur de conſuetudine, vt p Soc. in d.c. cũ in
cã, nu. 17. ſed dicta cõſuetudine, ſeu potius
obſeruãtia, q̃ extat non petẽdi p clericos

à ſuis ſuperioribus talem licentiam, vt So
cin. teſtatur dicto numero 17. ceſſante vti-
344 que tali licentia eſſet impetranda. † Si ta-
men omitteretur talis licentia, & clerici
iurarent coram non iudice ipſorum, non
ex hoc vitiarentur proceſſus, & ſententia
in præiudicium litigantium cum clericis,
neque ipſorum clericorum, vt Socin. in
dicto capitul. cum in cauſa, numero deci-
moquinto, & dicta Gloſ. fin. in dicto cap.
1. de iuramento calumniæ, in fin. quam
pro notabili ſequitur ibi Panormitan. nu-
345 me. 17. in princ. † Sed dicta licentia impe-
tranda per clericos à ſuis ſuperioribus re-
ſpicit quandam obedientiam, & reueren-
tiam erga eorum Prælatos, ſi petatur, ſi
non petatur arguit inobedientiam, & ir-
346 reuerentiam. † Quando, & quomodo ta-
lis licentia petatur à Prælatis, & ſuperio-
ribus ipſorum per Clericos conſule Pa-
normit. in d cap. inhærentes, nu. 17. & mul
tis ſequen. Socin. in d. cap. cum in cauſa,
347 nume. 15. 16. 17. vbi latè id tradit. † Vide-
tur præterea iuramentum calumniæ præ-
ſtari per clericos deberi tactis Euangelijs,
quia ſi Epiſcopus non iurat tactis Euan-
gelijs, ergo alij tactis Euangelijs iurant,
prout arguit Socin. in dicto capitul. cum
in cauſa, numero decimo, & Panormit.
348 numero tertio, in princip. † Et licet dictum
argumentum ſcilicet Epiſcopus non iu-
rat, ergo alij, & ſic clerici iurant tactis
Euangelijs, videatur non ſtringere, ex
quo non ſequitur neceſſario Epiſcopus
non iurat ergo alij iurant, nam poſſent
eſſe alij, qui non iurant. Sed argumen-
tum prædictum ſtringit præſuppoſito,
quod regula ſit, vt iuramentum calum-
niæ præſtetur tactis Euangelijs, vt dixi
ſupra capitul. ſexto. Cum à prædicta re-
gula ſit exceptuatus Epiſcopus, potuit va-
lide Panormitan. & Socin. arguere, quod
alij omnes iurare, & ſic clerici, deberent.
349 † Exceptio enim firmat regulam in caſi-
bus non exceptuatis, Afflict. deciſi. 239.
numero ſexto, Rebuff. conſil. 165. nume-
ro ſecundo, Roman. conſi. 100. numero 2.
Turzan. reg. 86. Purpurat. in l. prima, nu-
mero tertio, C. de eden. Cagnol. in l. pri-
ma, numero trigeſimoprimo, vbi nume-
ris ſequentibus hoc multifarias limitat. &
quomodo hoc intelligatur ponit Roman.
conſil. 379. numero 13. & ibi Mandoſ. in
Additio. in litera B, in verbo, includeban-
350 tur, Turzan. dicta reg. 86. † Subdiſit etiam
Socin. dicto num. 10. & Panormit. in d. c.
cum in cauſa, num. 6. quod de iure Clerici
in cauſis leuibus interrogantur per San-
ctam conſecrationem, & quod in grauio-
ribus debent iurare tãgendo ſacra, vt Pa-
351 normit. dicto num. 6. † His tamen omiſſis
communis obſeruantia viget, quod Ec-
cleſiaſticæ perſonæ non iurant tactis Euã
gelijs, nec tactis ſcripturis aliquibus, ſed
tacto pectore more clericali ſi eſt ſimplex
clericus, more ſacerdotali ſi eſt ſacerdos,
& more Prælatorum ſi eſt Prælatus, & ſi-
milibus modis in ſpectis ſcripturis. Quam
352 † obſeruantiam tractam eſſe dicit ab eo,
quod emiſſio manus iuriſiurandi ſignum
eſt, idque elicit ex l. quidam, ff. de proba-
tion Veſtr. in Pract. libro 6. cap. 2. num. 7.
vbi vide Grauat. in Addit. num. 41. litera
353 K, in verbo, vt non aliàs; † Et præmiſſa ob
ſeruantia ſequenda eſt in cauſis leuibus,
354 ſiue grauibus. † Quadrageſimaſeptima de
claratio principalis regulæ eſt, vt proce-
dat in ſindico Monaſterij, qui etiam de
calumnia iurat, Gloſ. in dicta l. ſecunda, §.
hoc etiam, in dicto verbo, vel à plurima,
Cyn. in eadem l. 2. §. quod obſeruari, nu-
mero vndecimo, Barthol. in eadem l. ſe-
cunda, §. hoc etiam, nume. tertio, & quar-
355 to. † Fallit tamen hæc declaratio, quando
Abbas eſſet melius informatus, quàm ſin-
dicus, quia tunc iuraret Abbas tanquam
melius informatus, vt dicam infra de Ab-
356 bate. † Iurat autem iſte ſindicus in animã
propriam, Socin. in d. c. in pertractandis,
nu. 39. Vbi reddit rationẽ, quæ eſt, quod
talis ſindicus eſt legitimus adminiſtrator,
dummodo tamẽ ſindicus ſit generalis, vt
357 Socin. ibi, & in eod. c. Panormit. nu. 4. † Et
prædicta, quæ de ſindico traduntur, locum
habent in quocunque ſindico Eccleſiæ,
Collegij, Vniuerſitatis, vt Socin. d. nume.
358 39. & in c. cum in cauſa, num. 12. † Contu-
macia dicti ſindici an noceat Monaſte-
rio, dic vt ponam infra de Prælato hoc eo
359 dem cap. in declaratione 53. † Quadrage-
ſimaoctaua declaratio principalis regulæ
eſt, quod locũ hẽt in Orphanotrofis, Ho-
ſpitalarijs, & leproſarijs, qui oẽs iurant de
calumnia, Speculat. in tit. de iur. calum. in
prin. Gl. in d. l. 2. §. quod obſeruari, in ver-
bo, perſonæ, Bald. in d. §. quod obſerua-
ri,

ri, numero ſeptimo, Marian. Socin. in di-
cto cap. in pertractandis, numero vigeſi-
moquarto, in princip. vbi dicit id proce-
dere, quia iſti habent generalem admini-
360 ſtrationem. † Quadrageſimanona decla-
ratio principalis regulæ eſt, quod habet
locum in Abbate, qui ſi per ſe agit, iura-
bit de calumnia ipſe, Barth. in dicta l. ſe-
cunda, §. hoc etiam, numero 4. Socin. in
dicto cap. in pertractandis, numero 18. in
361 princ. † Immo quod ipſe ſolus Abbas pro
Monaſterio poſſit iurare, firmat Gloſ. in
dicta l. ſecunda, in dicto verbo, vel à plu-
rima ex aliorum ſententia, & in c. Impera
torum, in verbo, cogere non debemus.
362 † Quod procedere poſſet, quando Abbas
eſſet melius informatus, quam ſindicus,
vel aliquis alius de Monaſterio, vt per
363 Gloſ. in dicto verbo, vel à plurima. † Sed
ſi nollet Abbas per ſe ipſum iurare, certe
cogendus non eſſet, & poſſet ad id con-
ſtituere ſindicum, vel procuratorem, vt
364 Socin. dicto numero 18. † Quinquageſi-
ma declaratio principalis regulę eſt, quod
procedit etiam in Vicedomino, qui etiam
ipſe de calumnia iurat, ſiue ſit actor, ſiue
reus, ad Socin. in dicto cap. in pertractan-
dis, num. 23. vbi dicit idem ſeruandum in
Vicedomino, quod ſeruatur in Oecono-
mo, de quo dicam infra in declaratione
54. Ibique dat rationem dicens, quod iu-
rat Vicedominus, quia habet legitimam
adminiſtrationem rerum Epiſcopalium.
365 † Quinquageſimaprima Declaratio prin-
cipalis regulæ eſt, vt procedat etiam in
Epiſcopo, qui & ipſe etiam de calumnia
iurare tenetur, per tex. in d. cap. cum in cau
ſa, & ibi Gloſ. in verbo, per ſe ipſum, Spe-
culat. in tit. de iuramento calumnię, §. 3. in
366 princ. & num. 18. † & iurat per ſe, ſi per ſe
ipſum Epiſcopus cauſam agit, vt tex. in di
cto cap. cum in cauſa, & ibi Panormit. nu-
367 me. 1. & 2. † Sed ſi per alium elegerit litiga
re, iurabit per illum alium, per quem cau-
ſam agit, vt text. in d. cap. cum in cauſa, &
368 Panormitan. dicto num. 1. & 2. † Et id per
procuratorem facere poterit, vt ſupra di-
xi de clericis in declaratione 46. & etiam
in ſpecie de Epiſcopo tradit Socin. in d. c.
369 in pertractandis, num. 51. † An autem Epi
ſcopus teneatur conſtituere procuratorē,
dum litigat, Ioan. Ant. Rubeus Alexan-
drinus in tract. de poteſtate procuratoris,
ſub nu. 218. dicit, quod ſi Epiſcopus per ſe
ipſum litigando diſtrahi poſſet à Diuinis,
debet conſtituere procuratorem, & non li
370 tigare per ſe. † Si verò diſtrahi non poſſet
à diuinis, vel citaretur à Romano Pontifi-
371 ce, poſſet per ſe litigare. † Idque extendit
Rubeus ad alios Prælatos inferiores, vt
ibi per eū, vbi videre poteris alias diſtin-
ctiones. Et ad prædicta vide ēt Socin. in
372 d. c. cum in cauſa, nu. 3. † Et, quæ de iura-
mento Epiſcopi, dixi, procedunt, ſiue ſit
cauſa propria Epiſcopi, ſiue Eccleſiæ, ad
tradita per Specul. in tit. de iur. calumn. §.
373 4. nu. 6. † Et tale iuramentum præſtat Epi-
ſcopus non tactis Euangelijs, ſed propo-
ſitis, & illis inſpectis, per tex. in d. c. cum in
cauſa, & ibi Gloſ. in verbo, per ſe ipſum,
Auth. ſed iudex, & ibi Gl. in verb. propo-
ſitis, & ibid. Gloſella Marginalis, C. de
Epiſc. & cler. Specul. in d. §. 4. nu. 5. Socin.
in d. c. cum in cauſa, nu. 2. & nu. 10. verſ. nā
ſi ſpeciale, & verſic. Epiſcopus vero iurat,
Panormit. ibid. nu. 1. & 2. qui ibid. nu. 6. di-
cit, quod id procedit in cauſis leuibus, in
quibus ēt per ſanctam conſecrationē ſuf-
ficit ipſum iurare, in arduis verò, & vbi
Ep̄s eſt infamatus dēt ſacra tangere. Sed
374 † hodie conſuetudo extat, de qua teſtatur
Stracca in Annotat. ad Crauett. cōſ. 48. in
fin. & Veſtr. in Pract. lib. 6. cap. 2. nu. 7. in
princ. quod Ep̄s iuret tacto pectore, & in
hoc dic, vt dixi ſup. de clericis, declar. 46.
375 Formā † iuramēti ab ep̄o pręſtādi de calū
nia innuit Spec. in tit. de iur. calumn. §. 4.
376 nu. 6. † Iſtudque iuramētum præſtat Ep̄s
in animā propriā, Gl. in d. verb. per ſe ip-
377 ſum. † Indiget ēt Ep̄s licētia Romani Pō-
tificis ad iurandū de calūnia, per c. 1. §. pe.
378 de iur. calumn. † Sed de conſuetudine id
nō ſeruatur, teſte Gl. fi. in d. c. 1. quā ſequi-
tur Panormit. ibid. nu. 16. vbi eum vide, &
nu. 19. & Socin. in d. c. cū in cauſa, nu. 15.
379 & 17. poſt mediū. † Poſſet tū id ſeruari in
Epiſcopis vicinis Curiæ Romanæ, vt per
Gloſellam marginalē ad dictā Gl. fi. in d.
380 c. 1. † Nec vitiaretur proceſſus, neq; ſentē-
tia, tum ex parte Ep̄i, tum ex parte aduer-
ſarij, ſi talis licentia non peteretur, maxi-
me ſtante tali conſuetudine, ſeu potius cō
muni obſeruantia, vt Socin. d. nu. 15. & Pa
normitan. vbi ſupra proxime nume. 16. in
principio, talis enim licentia impetranda
à Papa per Epiſcopum non reſpicit for-

mam iuramenti calumniæ, ſed quandam reuerentiam, & obedientiam debitam à cunctis Epiſcopis Epiſcopo Romano.

381 † Prætermittendum non eſt, quod ſi oporteret citari Epiſcopum, deberet citari in ſcriptis, ſicut Illuſtris perſona citatur, Rubeus in dicto tracta. de poteſtat. procurat. numero 215. per cap. fin. quinta quæſt. 2.

382 † Epiſcopus enim ęquiparatur Illuſtri perſonæ, Gloſ. prima, in notab. in l. ad ſimilitudinem, C. de Epiſcopis, & Clericis, pulchra Annotatio Sebaſt. Sapiæ ad Panormitan. in cap. cum in cauſa, numero quarto, in litera C, in verbo, Illuſtris perſona.

383 † Idemq; dicit de Cardinalibus. Et dum

384 † dico Epiſcopos, & Cardinales æquiparari illuſtribus, intelligo de illis Illuſtribus, quos iura vocant illuſtres, quibus vix aſſimilari poſſunt magni Reges; non intelligo de illuſtribus noſtri temporis, in quo ambitio in tantùm excreuit, vt quilibet particularis Ciuis, ſi ei non ſcribatur vti illuſtri, & iſtud epithetum, ſeu iſtum titulum non habeat in literis miſſiuis tranſmiſſis ſibi ab alijs, & non ſtipuletur in inſtrumentis eodem modo; eius oculi nequeunt ſine ſupercilij attractione, legere literas, nec eius aures audire ſtipulationes notariorũ ſine magna animi amaritudine ſpernẽs titulum magnifici, quod honoris gratia dabatur Laurentio, Iuliano, & alijs ex Familia Medices, qui erant Primates tunc temporis Italiæ, & quaſi Arbitri Europæ (ſi Hiſtoricis fides adhibendam credimus.) Et quid plura? Petrus Creſcentius dicans ſuum Tractatum de Agricultura Regi Siciliæ vix eum vocat magnificum; qui titulus hodie vſurpatus eſt à quocunque plebeiſſimo. Ob iſtam vſurpationem titulorum, ab inferioribus factam, coacti ſunt Prælati ad retinendam dignitatem Eccleſię aſſumere titulos excelliores; & ſi eos velimus vocare Illuſtres, mundo eſſemus deriſui.

385 † Præterea tritiſſimum iuris axioma eſt, quod nemini licet eſſe iudicem in cauſa propria, per rubric. & text. in l. vnica, C.

386 ne quis in ſua cauſa. † Fallit tamen iſtud in Epiſcopo, & Prælato, qui eſt iudex competens in cauſa ſuæ Eccleſiæ, capitul. cum veniſſent, vbi Felin. numero ſeptimo, de iudic. Gloſ. in capitul. ſi quis erga, in fin. ſecunda quæſtio. ſeptima, Cyn. numero ſexto, & Bald. numero ſeptimo, in dicta l. vnica, C. ne quis in ſua cauſa. Si

387 † igitur Epiſcopus in cauſa ſuæ Eccleſiæ litigauerit in ſuo Tribunali, in dicto quoque iudicio iurabit de calumnia, cum lex indefinite loquatur mandans iurari de calumnia in omni cauſa, vt dicam infra capitul. decimonono.

388 † Et indefinita æquipollent vniuerſalibus, Franc. Curt. in l. legem, quam numero quarto, C. de pactis, Rebuff. conſilio centeſimo ſeptuageſimo

389 tertio, numero decimo. † Immo timeo, ne Epiſcopus teneatur, dum eſt iudex in cauſa ſuæ Eccleſiæ, triplex iuramentum calumniæ præſtare; Vnum vt iudex iudicaturus, aliud vt aduocatus, qui pro Eccleſia patrocinatur, & tertium vt principalis, in cuius vtilitatem vertitur victoria cauſæ ſaltim quoad vſumfructum, licet Prælatum non eſſe iudicem competentem, & poſſe recuſari, vt ſuſpectum habeatur apud Panormitan. in capitulo, cum veniſſent, numero nono, in fin. de iuramẽto calumniæ, & iſtud propter commodum, quod inde Prælatus ſentit, vt

390 Panormitan. ibidem. † Intellige tamen prædicta, quod Epiſcopus eſt iudex competens in cauſa ſuę Eccleſiæ, quando Eccleſia eſt rea; poterat enim dubitari, an eſſet iudex competens propter commodũ,

391 quod inde ſentit. † Sed ſi agit contra laicũ ſup poſſeſſorio ẽt pro decimis, & alijs ſpiritualibus, nõ aũt ſuper petitorio; nõ iudicarẽ Epm poſſe trahere ad ſuũ forũ laicũ reũ, ſed debere adiri iudicẽ laicũ: & in eo ſeruarem, quæ ſeruãda dixi in clericis ſupra in declaratione 46. vbi poſui ex Gaill. plures caſus, in quibus clerici habent iudi

392 cem laicum. Actor enim regulariter forũ rei ſequi debet, l. iuriſ. ordinem, & ibi Gl. in verbo, ſequatur, C. de iuriſd. omn. iud. l. actor rei forum, & ibi Gloſ. in verbo, ſequatur, C. vbi in rem actio. cap. ſi clericus laicum, in fin. de foro compet. Specul. de competent. iudic. adition. §. 1. in prin. & in

393 tit. de reconuẽt. §. 1. nu. 6. † Et licet dicta regula non habeat locũ in Eccleſia, ſed ipſa hẽat electionẽ fori, vt p Capic. deciſ. 160. Iſtud debet intelligi, vt habeat electionẽ fori, dummodo non coram ſe ipſa trahat, & coram iudice ſuſpecto, propter intereſſe, quod dictus iudex habet cum cauſa Eccleſiæ, quæ Sancta debet eſſe; &

Sancta

Sancta eſt, habet tamen aliquos Miniſtros auaros, qui eius Sanctitatem maculare non poſſunt, ſed quantùm in eis eſt eam aliquando obnubilant præſer-
394 tim lippis oculis hæreticorum. † Et in aliquibus Tribunalibus Epiſcoporum adſunt aliqui Vicarij, Notarij, & Fiſcales rapaces, qui ob eorum lucrum omnia iura ſubuertunt, & quaſcunque cauſas etiam laicorum ad eos non ſpectantes trahunt vina vi ad eorum forum inhibentes litigantibus, ac etiam ſecularibus iudicibus ſub pœnis pecuniarijs, atque excommunicationis, & forum ſeculare prorſus expilant in ſpretum maximum Officialium ſecularium Sedis Apoſtolicæ; & quod peius eſt, cum quidam iudex ſecularis voluiſſet ſuam iuriſdictionem iure mediante tueri, non obſtante quod eſſet Officialis Sedis Apoſtolicæ, fuit de facto excommunicatus ab Epiſcopo illius Ciuitatis, vbi erat Gubernator, inconſulto Romano
395 Pontifice. † Quamuis inconſulto dicto Pontifice, & ſine eius expreſſo, & ſpeciali ordine, & mandato excommunicari non potuiſſet, cum eſſet Officialis Sedis Apoſtolicæ, vt eſt text. notandus in capitulo, Matthæus, extra, de hære-
396 ticis. † Quam indignitatem Summus Romanus Pontifex ſuorum Officialium ferre non debet, ſed poſtquam innotuerit, prout per me nunc innoteſcit, medelam afferre debet huic morbo, tum propter intereſſe ſui ipſius Pontificis, & Sedis Apoſtolicæ, tum propter vtilitatem ſubditorum dictæ Sedis, tum & tertiò propter dictorum Officialium vtilitatem, & dignitatem. Quoniam dicti Miniſtri Epiſcoporum auaritia propria ducti expilant ſeculares mulctis, ac pœnis ad eos non ſpectantibus, & arbitrio eorum applicant illas, cum venirent applicandæ Cameræ Apoſtolicæ, ſi exigerentur à ſeculari Officiali; ſubditi non expilarentur in duobus Tribunalibus vno eodemque tempore, nec ventilarentur, & agitarentur tum in Ciuilibus, tum in criminalibus coram duobus iudicibus cum maximo eorum diſpendio. Et Poſtremò Officiales Sedis Apoſtolicæ laici permanerent in ſua maieſtate, & decoro; & impinguati emolumentis legitimis allatis eis ex cauſis laicorum, & etiam clericorum legitimè ad eos ſpectantibus non cogerentur ob emolumenta, ad ſeſe ſpectantia, ipſis ſubtracta, & ob prouentus legitimos, & à Miniſtris Epiſcopalibus eis ablatos excoriare, ne fame pereant, ſubditos eis commiſſos, & illos emungere etiam vſque ad ſanguinem. Hæc neſciunt Romani Pontifices, & illi quibus ipſi collationem officiorum committunt, quia ſi ſcirent, vtique remedium afferrent; & ſi non afferunt, de breui accidet, Quod Officiales Sedis Apoſtolicæ laici inſeruient pro ſigno Tabernæ (vt vulgo dici ſolet) & dicti Officiales de præmiſſis non reclamant, nec certiorant ſuperiores, quia timent non ammittere officia; & malunt cum ignominia iuriſdictiones à ſuperioribus eis cõmiſſas in dies corrodi, & debilitari; & in ignauia gaudere paucis prouentibus ſine labore; & in quiete denudare populos eis commiſſos; quàm defendere, & tutari iuriſdictiones eis traditas cum labore, vigilantia, & ſtudio, & prouentus ſibi iuſtos conſeruare ſine aliquã oppreſſione ſubditorum, & eorum ſegnitiem accreſcit timor ſindicatus futuri, quia ex Conſtitutionibus Pontificijs in ſindicatibus interueniunt Epiſcopi, vel eorum Vicarij, & ideo dicti Officiales diffidentes in ſindicatu poſſe defendere eorum actiones in officio exaratas, quærunt morem gerere in iuriſdictione dictis Epiſcopis, & eorum Vicarijs; vt propitios eos
397 in ſindicatu habeant. † Dixi ſupra in declaratione quadrageſima ſexta, ſub numero trecenteſimo vigeſimoquinto. Quod Romanus Pontifex habet duos gladios repræſentatos apud Beatũ Lucam in Euãgelio capit. 22, Et quod vnus ſignificat in Eccleſia poteſtatem ſpiritualem, alius in eadem Eccleſia poteſtatem temporalem, & ſic ſunt veluti duo gladij in vna vagina habente duos loculos diſtinctos, vnum loculum pro gladio ſpirituale, alium loculum pro gladio temporali, & ſeculari. Gladium ſpiritualem dat Rom. Pontifex Reuerendiſſimis Epiſcopis, Gladium vero temporale, & ſeculare in ſtatu immediate ſubiecto Sedi Apoſtolicę & in tẽporalibꝰ tribuit officialibꝰ, quos ad guberna Ciuitatũ trãſmittit. Si gladius ſpũalis vult

ambos loculos vaginæ occupare, opus
eſſet deuaſtare illam partem diuiſoriam,
quæ eſt in vagina inter vnum cultrum, &
alium, & ſic eſſet monſtruoſum videre
vnum tantum cultrum in vna vagina de-
uaſtata natantem, & non valentem oc-
cupare ambos loculos, illosque ſufficien-
ter replere. Et idem accideret ſi gladius
temporalis, & ſecularis, vellet occupa-
re loculum gladij ſpiritualis. Sicut in E-
uangelio dantur duo gladij diſtincti, ita
in Eccleſia conſeruantur diſtinctæ iuriſ-
dictiones à Pontifice datæ, & Iudex Ec-
cleſiaſticus curet, quæ ſunt ſui fori de iu-
re, & Iudex ſecularis, quæ ſui ſunt fori.
& vnus alterius iuriſdictionem non præ-
398 occupet. † Et terminando hanc digreſſio-
nem non inutilem, nec impertinentem,
ad iſtos Miniſtros Epiſcoporum, qui
miniſtri quærunt trahere laicos ad eorum
forum agentibus clericis, vnde laici ter-
rentur, dico, quod Lapus acerrimus de-
fenſor iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, & præ-
ſertim in allegat. quinquageſima octaua,
vbi conatur varijs intellectibus contra ſe-
culares limitare dictum capitul. ſi clericus
laicum, dicit in dicta allegatione ſub nu-
mero vndecimo, quod ratio, cur fuit in-
troductum, vt clerici vocarent in ius ſe-
culares coram iudice Eccleſiaſtico, eſt
propter negligentiam iudicis ſecularis in
reddendo clericis iuſtitiam, & idem poſt
eum ſentiunt etiam Panormit. Socin. &
alij ſcribentes, extra, de iudic. & de foro
competenti, vbi ſparſim. Vnde elici-
tur, quod vbi non adeſt iſta ratio, nec in-
troductio iſta locum habebit, nec ſecula-
rem ad forum laicum trahere de iure po-
terunt, ſi clericis iuſtitiam miniſtrare Iu-
dex ſecularis non neglexerit. An autem
contumacia Epiſcopi non iurantis de ca-
lumnia noceat Eccleſiæ, vide infrà, vbi
de Prælato dicam in declaratione quin-
399 quageſima tertia, numero 405. † Quin-
genteſima ſecunda declaratio principalis
regulæ eſt, quod habet locum in Archie-
piſcopo, qui etiam de calumnia iurare
tenetur, Speculat. in titul. de iuramento
calumniæ, §.3. in princ. & dic de eo, quæ
400 de Epiſcopo ſupra dixi. † Quinquageſi-
ma tertia Declaratio principalis Regulæ
eſt, quod habet locum in quocunque
Prælato, qui & ipſe de calumnia iurare
debet, Socin. in dicto capitul. cum in per-
401 tractandis, numer. decimoſeptimo. † Nec
cogetur Prælatus id per ſe explicare, ſed
poterit conſtituere ſindicum, vel procu-
ratorem, vt Socin. dicto numero decimo-
ſeptimo, & de ipſo dic in materia iſta iu-
randi per ſe, vel per alium ea, quæ dixi
ſupra de clericis in declaratione quadra-
geſima ſexta, & de Epiſcopo in Epiſco-
po in declaratione quinquageſima prima.
402 † Iurat autem de calumnia Prælatus in
animam propriam, Socin. dicto numero
403 decimoſeptimo. † Et rationem reddit So-
cin. in dicto capitul. cum in cauſa, nume-
ro decimotertio, & eſt hæc, quod Præ-
404 latus ſit legitimus adminiſtrator, † Socin.
etiam dicto numero decimoſeptimo ad-
dit, quod Prælatus iurat non ſolum in
animam propriam, ſed etiam Eccleſiæ:
Cuius opinio quomodo ſaluari poſſit, nō
video; cum ipſemet in dicto capitul. cum
in cauſa, numero duodecimo, vt retuli ſu-
pra hoc eodem capitulo, in declaratione
decima, dicat non poſſe iurari in animam
Vniuerſitatis, quia animam non habet;
& nunc in animam Eccleſiæ, quæ ſimili-
ter animam non habet, dicit iurari de ca-
lumnia per Prælatum, ac ſi Eccleſia, &
beneficium Prælati animam haberet, in
hoc dic, vt ponam infra hoc eodem capi-
tul. in declaratione quinquageſima quin-
405 ta. † Aliquando accidit, quod Prælati ſunt
contumaces in non iurando de calumnia,
ideo videndum eſt, An contumacia Præ-
latorum noceat Eccleſiæ, & hanc quæ-
ſtionem format Panormitan. in dicto ca-
pit. Imperatorum, numero tertio, in prin-
cip. & indifferenter tenet, quod præiudi-
cet, & in capitulo, cum in cauſa, nume-
ro vigeſimo primo, vbi loquitur de Epi-
ſcopo, & ibi, Socin. in dicto capitulo cum
in cauſa, numero quadrageſimoquarto,
& quadrageſimoquinto, referunt plures
opiniones, & tandem concludunt, quod
contumacia talium in non iurando non
præiudicat Eccleſiæ in caſibus, in quibus
vera eorum confeſſio non præiudicaret
Eccleſiæ; & in caſibus in quibus vera con
feſſio eorum præiudicaret Eccleſiæ, eſt
maius dubium: ſed tunc Prælatus, vel
ſindicus & ſimiles de ſuo tenentur ad li-
tis æſtimationem; Et ſi ipſi non ſint ſol-
uendo tenetur Eccleſia. Et modum pu-

piendi

ſiendi ſimiles Prelatos nolentes iurare de
calumnia, ponit Panormitan. in dicto ca-
pitulo, cum in cauſa, numero vigeſimo-
ſecundo, per remedium poſſeſſionis, vt
ibi per eum. Prælatus autem ſtricto mo-
do dicitur Prælatus, qui habet iuriſdi-
ctionem, vt apud eundem Panormit. in
capitul. decernimus, numero decimoſex-
to, in fin. de iudicijs. Largo autem modo
etiam venit quilibet clericus habens cu-
ram animarum, vt idem dicto numero
406 decimoſexto, in principio. † Quinquage-
ſimaquarta declaratio principalis regulæ
eſt, quod procedit in eo, qui habet vni-
uerſalem adminiſtrationem, qui Græce
Oeconomus vocatur, nam & ipſe iurat
de calumnia, tex. in dicto capitul. in per-
tractandis, & ibi Gloſ. in verbo, Oeco-
nomus, & ibidem Socin. numero primo,
& ſecundo, in principio, text. in capitulo,
Imperatorum, de iuramento calumniæ,
Speculat. in tit. de iuramento calumniæ,
§. tertio, in principio, ſiue dictus Oecono-
mus ſit actor, ſiue reus, Socin. in dicto ca-
pitul. in pertractandis, numero vigeſimo-
ſecundo, vbi reddit rationem, quæ eſt,
quia Oeconomus habet liberam admini-
407 ſtrationem. † Et quod Socin. dicit in ca-
pitulo, in pertractandis, prædicto. Quod
ſcilicet non requiratur ſpeciale manda-
tum in Oeconomo ad iurandum de ca-
lumnia videtur ſuperfluum, cum ad iu-
randum in animam propriam iurantis nō
requiratur ſpeciale mandatum, & Oeco-
nomus iuret in animam propriam, vt per
Socin. ipſum in dicto capitulo, cum in
cauſa, numero duodecimo, & Panormi-
tan. in dicto capitul. in pertractandis, nu-
408 mero quarto, in fin. † Et quamuis Socin.
in dicto capitul. in pertractandis, nume-
ro ſecundo, & Panormitan. numero ſe-
cundo, ibidem dicant, quod Oecono-
mus iurat ſi habet notam cauſam, & ali-
bi idem Socin. voluit, quod ſi non habet
notam cauſam, non iurat, dico, Iſtud
Socin. dictum poſſe procedere, quoad
merita cauſæ, & negocij principalis, ſed
non quoad ordinatoria proceſſus, & iu-
dicij, circa quæ tenetur iurare ſemper,
vt in procuratore dicam, idque facere
debet in animam propriam, vt dixi ſu-
pra: & de Oeconomo vide plura apud
Panormitan. Socin. & alios Scribentes
in titulo, extra, de iuramento calumniæ.
409 † Quinquageſimaquinta declaratio prin-
cipalis regulæ eſt, quod habet locum in
quocunque alio adminiſtratore admini-
ſtrationem generalem habente: qualis eſt
ſecundum Bald. in dicto §. quod obſer-
uari, numero ſeptimo, ille qui admini-
ſtrationem ab homine, à lege, vel iudi-
cis habet authoritate, tex. in dicto §. quod
obſeruari, & ibi Gloſ. in verbo, Perſo-
næ, & in verbo, iureiurando, Bald. ibid.
numero primo, & ſeptimo, Speculat. in
titul. de iuramento calumniæ, §. tertio, in
princip. Marian. Socin. in dicto capitul. in
pertractandis, numero decimo octauo,
410 verſicul. quartodecimo. † Qui autem di-
cantur legitimi adminiſtratores, tradit
411 Bald. dicto numero ſeptimo. † Eoque ma-
xime iurare debebunt de calumnia dicti
adminiſtratores, ſi in re de qua agitur
haberent vſumfructum, vt ſupra dixi de
patre habente vſumfructum in bonis fi-
412 lij. † Præſertim dicti adminiſtratores iu-
rabunt de calumnia reſpectu adminiſtra-
tionis eorum, qui intellectu carent, vt in-
fantis, furioſi, mentecapti, qui neque de
veritate iurant, vt Socin. dicto numero
413 decimooctauo. † Si autem principalis ex
genere proxime dictorum eſſet melius in-
formatus, quàm adminiſtrator, ipſe iu-
rabit, qui eſt melius informatus, non ta-
men iurabit de calumnia, ſed de veritate
tantùm ad releuandum aduerſarium ab
onere probandi, vt placuit Socin. dicto
414 numero decimooctauo. † Et tales admi-
niſtratores non poterunt interrogari, nec
ipſi reſpōdere tenentur de veritate inter-
rogata, & ſi ipſi reſponderent, non præ-
iudicarent eorum principali, ad Socin. di-
415 cto numero decimooctauo, in fin. † Vbi
ſubdit, quod dicti adminiſtratores poſ-
ſunt iurare de calumnia, etiam ſine ſpe-
ciali mandato, quod vtique ſuperfluum
eſt, vt dixi ſupra in declaratione quinqua-
geſimaquarta, numero 407. de Oecono-
mo, & clarius dicam infra. Cum iurent
in animam propriam, vt ex Barthol. &
Bald. in dicto §. quod obſeruari, Socin. in
dicto capitulo, in pertractandis, numero
416 trigeſimonono. † Dum etiam Socin. in di-
cto capitul. in pertractandis, dicto nume-
ro trigeſimonono, voluit quod dicti ad-
miniſtratores iurant de calumnia, dum-
modo

modo ipſi habeant notam cauſam, mihi
non ſatisfacit dicta conditio adiecta,
quia ſemper dicti adminiſtratores iurare
debent de calumnia ſaltim quoad ordi-
natoria proceſſus, & iudicij, vt dixi ſu-
pra in declaratione quinquageſima quar-
417 ta numero 408. in fin. † Quinquageſima-
ſexta declaratio principalis regulæ eſt,
quod habet locum in ceſſionario, qui ipſe
iurat, ſiue ſuo, ſiue cedentis nomine
agat, Socin. in dicto capitul. in pertractan-
dis numero quadrageſimotertio, in prin-
cip. & ratio eſt, vt per Socin. ibi, quia
418 cauſa eſt ſua propria. † Alij diſtinguunt,
vt per Socin. dicto numero quadrageſi-
motertio dicentes, quod aut periculum
eſt ceſſionarij, & tunc ceſſionarius iurat,
aut periculum eſt cedentis, & tunc ce-
419 dens iurat. † Tamen Ioan. Andr. ad Spe-
cul. quem refert ibi Socin. dicto numero
quadrageſimotertio, in fin. vult, quod
vterque videlicet cedens, & ceſſionarius
iuret de calumnia, & rationem reddit,
quæ eſt, quod incluſa in iuramento ca-
lumniæ, de quibus ſupra capitul. ſecun-
do, dixi, magis reſpiciunt proſequutio-
nem litis, quàm merita cauſæ, & illius
iuſtitiam, vt dicam etiam infra capitul.
420 decimoſexto. † Cuius opinioni accedo ad-
dens diſtinctionem, quæ talis eſt, quod
ceſſionarius habet vtiles, cedens verò
directas actiones oſſib⁹ ſuis infixas habet.
Et ideo quoad vtiles actiones iurabit ſo-
lus ceſſionarius qui habet vtiles actiones,
& ſic periculum ſpectat ad ipſum & iſto
caſu procedit opinio relata ſupra numero
418. Quoad verò directas actiones, quæ
oſſibus cedentis infixę ſunt, & ab illis ſe-
parari nequeunt, iurabit vterque videli-
cet cedens, & ceſſionarius. Cedens iu-
rabit, quia eius nomine agitur per ceſſio-
narium, & ad cedentem ſpectat pericu-
lum, & commodum rei controuerſæ; &
iſtud iuramentum cedentis erit circa me-
rita, & iuſtitiam cauſæ; Ceſſionarius au-
tem iſto caſu iurabit quoad ordinatoria
proceſſus, & litis proſequutionem, cum
rei controuerſæ commodum & pericu-
lum ſpectet ad cedentem, & eius nomine
ipſe ceſſionarius agat. Ex quibus habes
verificatam opinionem diſtinguentium
relatam ſub numero 418. vt ſcilicet iuret
ceſſionarius, ſi ad eum periculum ſpectet,
& id eſt in actionibus vtilibus, & quod
iuret cedens, dum ad eum periculum ſpe-
ctat, & id eſt in actionibus directis, ſed
iſto ſecundo caſu non iurat ſolus cedens,
ad quem periculum ſpectat, cum eo iura-
bit etiam ceſſionarius quoad litis proſe-
quutionem. Habes etiam verificatam
opinionem Ioan. Andr. quod vterque iu-
ret in ſecundo præmiſſo caſu, quando in-
tentantur directæ actiones, & commo-
dum, & incommodum rei controuerſæ
ſpectat ad cedentem. Si vero Ioan. Andr.
intelligeret quod in omni caſu iuret ce-
dens, & ceſſionarius, falſa eſſet eius opi-
nio, cum quando intentantur actiones v-
tiles, quarum commodum, & incommo-
dum ad ceſſionarium ſpectat, nihil ha-
beat agere cedens, & ideo tunc cedens
non iurabit. Sed vterque iurat ſecundum
opinionem Ioan. Andr. pro ſuo intereſſe,
quod in iudicio habet, ſed non ſemper
iurat vterque quia non ſemper habet in-
tereſſe in cauſa. Habes etiam ſeruatam
declarationem noſtram, quod ceſſiona-
rius iuret ſemper, vno tamen modo quan
do agitur pro actionibus vtilibus, alio
modo cum agitur pro directis actionibus
421 ceſſis. † Hæc materia actionum ceſſa-
rum difficillima eſt, & longa, ideo eam
prætermitto, & recurrere poteris ad Iaſ.
& alios inſtitut. tit. de actionibus. Et vnum
notabile non vulgare dicam dumtaxat
ad cognoſcendum, quando vtiles, &
quando directę actiones ceſſæ intelligan-
tur, quæ cognitio non eſt paſſim ab om-
nibus tradita; Idque ex Alex. in l. apud
Iulianum, §. vtrum autem numero ſe-
cundo, ff. ad Trebell. & eſt, quod tunc ceſ-
ſæ intelliguntur actiones vtiles, quando
commodum, & incommodum rei ceſſæ
ſpectat ad ceſſionarium. Quando autem
commodum, & incommodum rei ceſſæ
ſpectat ad cedentem, tunc intelliguntur
ceſſæ actiones directæ, & id accidit quan-
do aliquis conſtituitur ſimplex procura-
422 tor ad agendum nomine cedentis. † Vnde
ceſſionarius agens nomine proprio intel-
ligitur intentare vtiles, agens nomine ce-
dentis intelligitur intentare directas actio
nes, vt Alex. voluit in l. prima §. vſusfru-
ctuarius numero nono, ff. de nou. oper.
nunciation. & in dicto §. vtrum autem.
423 † Quinquageſima ſeptima declaratio prin-
cipalis

cipalis

cipalis regulæ eſt, quod habet locum in
Domino, & Vaſſallo, qui iurare de ca-
lumnia ad inuicem tenentur altero illo-
rum id exigente, vt Mozzius in tract. de
fæudis in rubric. de naturalibus fæudi nu-
mero 236. ſed cogita, quid ſibi voluit
Mozzius dum ibi dicit quod Vaſſallus
non poteſt exigere à Domino hoc no-
ſtrum iuramentum, nec Dominus à Vaſ-
ſallo, & ſi alius exegerit alter tenetur iu-
rare: Nam ſi priuatur quilibet ipſorum
potentia exigendi, quomodo ſi alter exi-
git hoc iuramentum, alius tenetur iurare?
Quamplures alias declarationes ad hanc
regulam principalem poſitam in princip.
huius capitul. reperire poteris ex te apud
Doctores, & in hoc volumine etiam in-
fra capitul. decimoſexto, decimoſepti-
mo, decimooctauo, decimonono, &
424 vigeſimo, ſed ſufficiat has poſuiſſe. † Et
pro coronide huius capit. ſcias aliqua no-
tabilia ad præmiſſa ſpectantia. Primum
notabile eſt, quod quoties in iudicio in-
teruenniunt Oeconomi, ſindici, vel ſimi-
les habentes generalem adminiſtratio-
nem Iudex poteſt eligere quos vult, vt
iurent, vel ipſos, vel eorum principales,
425 ſi principales ſint iuſtiores. † Secundum
notabile eſt, quòd in caſibus, in quibus
eorum vera confeſſio non poteſt præiu-
dicare eorum principalibus, nec nocet
eorum contumacia in non iurando de ca-
lumnia: In caſibus verò, in quibus eo-
rum vera contumacia præiudicaret prin-
cipalibus, præiudicabit etiam eorum con-
tumacia in non iurando de calumnia, &
tunc dicti Oeconomi, & alij prædicti de
ſuo tenentur ad litis æſtimationem, & ſi
ipſi non ſint ſoluendo tenentur eorum
principales, vt ſupra dixi de Prælato ex
Socino in dicto capitul. cum in cauſa nu-
merò quadrageſimoquarto, declaratione
quinquageſimatertia, num. 405. & ſic pa-
tet contra tales dari actionem directam, &
cōtra ſuos principales verò ſubſidiariam.
Et an detur eorum Principalibus reſtitu-
tio vide infra capitul. decimoquinto, nu-
mero octuageſimonono, & nonageſimo,
426 † & quando eorum contumacia ſonat in
delictum, contumacia talium non noce-
bit eorum principalibus, quia delictum
non cenſetur mandatum, vt ex Socin.
427 ibid. † Tertium notabile eſt quod aliqui te-
nent Oeconomum, ſindicum, patrem
& alios præmiſſos adminiſtratores rerum
alienarum præſtare iuramentum calum-
niæ in animam propriam, & non in ani-
mam vniuerſitatis, Monaſterij, filij, &
aliorum ſimilium, cuius ſententiæ fue-
runt Panormit. in capitul. Imperatorum
numero quinto, de iuramento calumniç.
Luc. Petus in Pract. capit. libro tertio, nu-
mero vndecimo, Socin. in rubric. de iu-
ramento calumniæ, numero nono, vbi
loquitur in ſpecie de ſindico, & actore,
tex. in capitul. in pertractandis, & ibi Glo.
428 in verbo, In animam iurantis. † Alij con-
tra, & quod non in animam propriam,
ſed in animam principalium ipſorum iu-
rent, tradiderunt, & huius ſententiæ
fuit Specul. in titul. de iuramento calum-
niæ, §. primo, numero decimotertio,
429 vbi de ſindico, & actore. † & prædictç duç
contrariæ opiniones conciliantur, quod
non iurant in animam ſuorum principa-
lium tantùm, nec in animam propriam
vniuerſitatis tantùm, ſed in animam eo-
rum de vniuerſitate, qui eos conſtitue-
runt ſindicos, & actores, & ſimiles, quia
vniuerſitas non habet animam, prout ſu-
pra dixi in declaratione decima, nume-
ro 120. ex Henric. Ferran. Specul. & Bal.
& ſimul iurāt in aīam propriā quoad or
dinatoria proceſſus, iudicij, & cauſæ, vt
dicam infra numero 433. ad inſtar procu
ratoris, vt in dicta declaratione decima,
430 dicto numero 120. dixi. † Quæ conciliatio
non procedit ſimpliciter iudicio meo, ſed
diſtinguendum eſt, An talis ſindicus, &
alij habentes liberam adminiſtrationem
vt præmittitur, & legitimam ab ipſiſmet
ſuis principalibus traditam, & ab alijs
conſtituuntur in proprijs negocijs, vni-
uerſaliter & tunc ſimiles adminiſtratores
habentes liberam, legitimam, ac vniuer-
ſalem adminiſtrationem, iurant in ani-
431 mas illorum, qui ipſos conſtituerunt. † Vel
habent legitimam, liberam, & vniuer-
ſalem adminiſtrationem non ab ipſis eo-
rum principalibus, ſed à lege, vel ex au-
thoritate iudicis ex officio, ſeu ad inſtan-
tiam partis aduerſæ, vt ſæpe fit, & iſto
caſu nunquam iurabunt in animam ſuo-
rum principalium, quoad merita, & iu-
ſtitiam cauſç, quia nullus actus ſuorum
principalium concurrit, per quem poſſit

præſumi mandatum ad iurandum traditum, ſicut præſumitur in alijs præmiſſis adminiſtratoribus habentibus vniuerſalem, & liberam adminiſtrationem traditam ab ipſis principalibus.† Sed iſti adminiſtratores dati à lege, vel iudice ex officio, & eius authoritate vel parte aduerſa inſtante nullo actu principalium ipſorum concurrente ad illorum conſtitutionem excuſare ſe debent eo modo, quo dicam capitul. decimoſexto, excuſari procuratorem datum ex officio à præſtando iuramento calumniæ in animam propriam quoad merita cauſæ, & illius iuſtitiam.† Quoad verò ordinatoria proceſſus, & proſequutionem litis quilibet adminiſtrationem generalem habens cuiuſcunque generis ſit iurat de calumnia in animam propriam, vt dicam infra capitul. decimoſexto, numero octuageſimo, & iſta ſit pro maxima firmiſſima.† Et ſi aliquis prædictorum, qui alieno nomine agunt, vel reſiſtunt calumniam commiſerit punitur ipſe in expenſis de proprio, vt dicam infra capitul. ſequent. in fin. & capitul. vigeſimotertio, in princip.† Atque ſic ſatisfactum eſt vtrique parti rubricæ, Nam in principio poſui regulam quod litigantes omnes tenentur iurare de calumnia, & numero 429. & 433. quod in animam propriam quoad ordinatoria proceſſus & iudicij quilibet agens alieno nomine, & habens adminiſtrationem ſimiliter tenetur iuramentum noſtrum præſtare. In medio autem capituli præſentis, & inter principium ac finem tradidi ſparſim multas perſonas, quæ de calumnia iurare poſſunt etiam quoad merita cauſæ.† Nec poſtremo omittere volo, quod ſi aliquis ex præmiſſis, qui tenentur iurare in animam propriam dum alieno nomine agunt, vel defendunt, ſi requiſiti contumaces fuerint in non iurando in animã propriam etiam ſi in alio non præiudicarent eorum principalibus, in eo ſemper præiudicabunt, quod eorum principales non reportabunt commodum ex proceſſu per eos formato, quia ſemper nullus erit, vt de procuratore dicam capitul. decimoſexto, numero octuageſimotertio, & ſeqq. Idemque dico de illis qui poſſunt iurare in animam ſuorum principalium, & id explicare nolunt.

432 (margin) · 433 · 434 · 435 · 436

SVMMARIVM.

1 *Procurator quod iuret de calumnia, intelligitur de Procuratore ad lites.*

2 *Significatus varios habet iſte terminus procurator remiſſiuè.*

3 *Procurator regulariter non poteſt de calumnia iurare, & numero vndecimo.*

4 *Contrarium autem, & quod procurator poſſit iurare de calumnia.*
Rationem vide, numero quinto.
Quando procedat hæc opinio vide, numero ſexto.

5 *Iuramentum calumniæ eſt acceſſorium, ſine quo cauſa expediri nequit.*

6 *Procurator quod poſſit iurare de calumnia, procedit in procuratore habente ſpeciale mandatum, & numero 7. 12. & 13.*

7 *Procurator ad iurandum de calumnia non ſolum debet habere mandatum ſpeciale, ſed ſpecialiſſimum.*

8 *Mandatum ſpeciale requiritur in procuratore laicorum, ſecund. Specul.*

9 *Mandatum ſpeciale non requiritur in procuratore Eccleſiaſticarum perſonarum agentium pro eccleſia, vel pro re eccleſiæ; ſecundum Specul. & Socin.*

10 *Procurator Eccleſiaſticarum perſonarum agentium pro eccleſia, vel pro re eccleſiæ indigent ſpeciali mandato: licet ipſa perſona Eccleſiaſtica non indigeant ſpeciali mandato Specul. & Socin. opinio reprobatur ibid.*

13 *Procurator cum ſpeciali mandato an poſſet de calumnia iurare aliqui antiquitus dubitarunt, & numero 35.*
Procurator cum ſpeciali mandato hodie poteſt de calumnia iurare ibid. & numero 3

14 *Procurator cum mandato generali ad omnes cauſas etiam ſi haberet facultatem iurandi de calumnia, non poterat de calumnia iurare, niſi haberet mandatum ſpeciale ad certam cauſam. Secundum vnam opin.*
Rationem vide num. 15.

15 *Mandatum generale habens clauſulam iurandi de calumnia, intelligitur, quod ſit in eo attributa facultas iurandi in cauſis iuſtis, & in iniuſtis dominum, non ligaret, & nume. 32.*

16 *Man-*

16 Mandati generalis habentis etiam clauſulam iurandi de calumnia vigore, ſi præſtaretur iuramentum calumniæ, omnes proceſſus eſſent nulli ex ſententia Paul.de Caſtro.relata per Socin.

Contrarium autem, & quod opinio Bart. contrarium ſentientis in l. qui bona, ſit æquior, & diligenter obſeruanda.

17 Mandatum generale cum clauſula ad iurandum de calumnia ſine aliqua expreſſione alicuius certæ cauſæ ſufficit ad præſtandum iuramentum calumniæ, ſecundum aliam opinionem.

18 Obſeruantia communis eſt, vt mandatum generale cum clauſula ad iurandum de calumnia ſufficiat ad iurandum de calumnia ſine expreſſione alicuius certæ cauſæ, vt dicitur in ſecunda opin. numero 17.22.28.92.95.

Barth.opinio in l.ſecunda C. de iureiurando propter calumniam, declaratur, & concordatur cum alia Barth. opin. in l. qui bona, ibid.

19 Opinio ſecunda præmiſſa, quod mandatum generale ſufficiat cum facultate iurandi de calumnia, obſeruatur in Camera Imperiali.

20 Opinio ſecunda præmiſſa ſeruatur in Vrbe Roma in mandatis habentibus clauſulam ad lites.

Clauſula, ad lites, *comprehendit iuramentum calumniæ, ibid. & numero 28.*

21 Notarij obſeruant in tribunali Auditoris Cameræ, vt etiam ſi in mandato generali adſit clauſula, ad lites, *cogant Dominos principales in Vrbe commorantes ad iurandum de calumnia.*

22 Obſeruantia communis de qua ſupra numero decimooctauo, confirmatur ex modo conſtituendi procuratorem conſuetũ, vt conſtituatur procurator contra certam perſonam, & deinde contra omnes alias perſonas. Vide ibi.

23 Notarij male faciunt cogendo iurare Dominos principales, qui conſtituerũt procuratores cum mandato generali cum clauſula, ad lites.

24 Res eadem non debet diuerſo iure cenſeri.

Declara, vt numero 26.

25 Mandati capitula reſpectu diuerſarum perſonarum dicuntur diuerſa capitula & numero 146.

26 Res eadem poteſt diuerſo iure cenſeri diuerſis reſpectibus, & numero 146.

27 Mandatum procuratorium diuidi poteſt.

28 Procurator cum mandato generali, & facultate iurandi de calumnia, ſine cum clauſula, ad lites, *poteſt de calumnia iurare ex obſeruantia Cameræ Imperialis, & Vrbis Romæ, ac communi.*

29 Procurator cum mandato generali, & facultate iurandi de calumnia, vel cum clauſula, ad lites, *iurat de calumnia in animam propriam.*

30 Procurator cogi poteſt ad iurandum de calumnia, etiã ſi ſuus principalis iuraſſet.

31 Procurator non poteſt iurare in animam Domini, niſi in mandato ſit expreſſum, quod poſſit de calumnia iurare in animam Domini.

Mandatum ſpeciale requiritur ad iurandum in animam Domini, ibid. & numero 42.

32 Procurator non admittitur ad iurandum de calumnia niſi in mãdato adſit, quod poſſit de calumnia iurare.

33 Procurator non poteſt de calumnia iurare, etiam ſi cum cautione de rato, &c. fuiſſet admiſſus.

34 Cautio de rato, &c. legitimat procuratorem quoad omnes actus, præterquam ad iurandum de calumnia.

35 Procurator cum ſpeciali mandato an poſſet de calumnia iurare antiquitus dubitabatur, & numero 13.

Procurator prædictus quod hodie poſſit iurare certum eſt ibid. & numero 13.

36 Procuratorem cum ſpeciali mandato non admittendo Iudex facit iniuriam.

Dominus mediante perſona procuratoris videtur iurare tanquam per picam, & organum, ibid.

37 Dominus iurabit de calumnia, & non procurator, quando Dominus allegatur iuſtior.

38 Dominus principalis quod iuret ipſe, & non procurator, quando Dominus eſt iuſtior non procedit ſecundum Socin.

39 Dominus principalis cogi non poterit ad iurandum de calumnia, ſi habet procuratorem ſpecialem, etiam ſi Procurator allegaretur iuſtior. Sed quando habet mandatum generale Procurator habet ad omnes cauſas, & lites cum facultate

cultate tamen iurandi de calumnia.

40 *Procurator cum mandato ſpeciali, & facultate iurandi de calumnia, poterit cogi ad iurandum de calumnia etiam appellatione remota remiſſiue, & numero 105. 134.*

41 *Procurator habens ſpeciale mandatum nō iurat in animam propriam, ſed in animam Domini ſui.*

42 *Mandatum ſpeciale ad iurandum de calumnia in tali certa cauſa non ſufficit ad iurandum in animam Domini, ſed requiritur facultas iurandi de calumnia in animam Domini.*

Mandatum ſpeciale requiritur ad iurandum in animam alterius, & numero 31.

43 *Procurator habens generale mandatum cum facultate iurandi de calumnia in animam Domini, poterit iurare in animam Domini etiam ſi non habeat ſpeciale mandatum.*

44 *Dominus præſumitur conſtituere procuratorem ad iurandum de calumnia in animam propriam Domini, dum ipſe Dominus dat facultatem iurandi de calumnia, licet non exprimat, quod iuret in animam propriam Domini.*

Procurator ad iurandum in animam ſuā propriam non indiget mandato Domini ibid. & numero 79.

45 *Procurator tenetur iurare de calumnia in animam propriam inſtante de hoc parte aduerſa, ſiue mandatum eius ſit generale, ſiue ſpeciale, ſiue cum clauſula ad iurandum de calumnia, ſine cum clauſula,* ad lites.

46 *Procurator cogitur in animam propriam iurare de calumnia inſtante parte, etiā ſi voluiſſet, vel iuraſſet non iurare.*

47 *Procurator tenetur de calumnia iurare in animam propriam, etiam ſi ſuus Dominus iuraſſet, ibid.*

48 *Procurator tenetur iurare de calumnia, etiam ſi ſuus principalis Dominus non teneretur iurare.*

Intellige vt numero 84.

49 *Procurator habens legitimum mandatum ſpeciale tenetur de calumnia iurare in animam propriam.*

50 *Procurator habens mandatum generale tenetur iurare de calumnia in animam propriam.*

51 *Dicta de Procuratore principali locum habent etiam in procuratore ſubrogato.*

52 *Procurator ſubrogatus tenetur iurare de calumnia etiam ſi procurator principalis habens facultatem ſubrogandi iuraſſet, & numero 65.*

53 *Procurator nolens iurare in animam propriam non præiudicat Domino per eius contumaciam in ſic non iurando, & numero 82. 88. & 100.*

54 *Procuratoris nolentis iurare in animam propriam contumacia in non iurando in animam propriam conſueuit in Camera Imperiali mulctari pecunialiter.*

Idemq́; ſeruandum eſſet vbique, ibid.

55 *Iuramentum calumniæ, quod præſtat procurator in animam propriam, non procedit quoad merita cauſæ, & rei controuerſæ naturam, ſed quoad progreſſum, & proſequutionem iudicij, & numero 60.*

56 *Iuramentum calumniæ præſtandum per procuratorem in animam propriā quod non procedat quoad merita cauſæ, & rei controuerſæ naturam, maxime procedit in procuratore dato à Iudice ex officio non habenti procuratorem.*

57 *Cautela procuratoris dati ex officio à Iudice eſt, vt petat à iudice ſibi remittit iuramentum calumniæ quoad merita cauſæ.*

58 *Procuratori dato à iudice ex officio iudex eo petente debet remittere iuramentum calumniæ quoad merita cauſæ.*

59 *Iuramentum calumniæ continet plura capitula concernentia proceſſum, & proſequutionem cauſæ, quàm illius merita, & numero 72.*

61 *Procurator datus ex officio à Iudice non iurat de calumnia in animam Domini, quando in eo conſtituendo non concurrit aliquis actus poſitiuus Domini principalis.*

Procurator ex officio datus cum facultate iurandi de calumnia, vel clauſulæ ad lites, in cuius procuratoris conſtitutione concurrit aliquis actus Domini, poterit iurare in animam Domini, ibid.

62 *Procurator iurans in animam Domini debet exprimere, quod iurat in animam Domini, referendo verba in animam Domini.*

Procurator

Procurator in dubio præſumitur iuraſſe in animam propriam, ibidem, & numero 65.

63 *Actus præſumuntur facti potius nomine proprio facientis, quàm nomine alieno.*

Procurator iurans de calumnia ſimpliciter, & non exprimendo in animam domini præſumitur iuraſſe in animam propriam, & ſic ſatisfactum eſt iuramento calumniæ, quoad eam partem, quæ concernit proſequutionem, & proceſſum iudicij.

64 *Procurator ſimpliciter iurando de calumnia intelligitur iuraſſe in animam propriam, vnde ſi petitũ eſſet iurari in animam domini, & in animam procuratoris, dictus procurator ſatisfacit vni tantùm parti petitionis, videlicet ſecundæ.*

65 *Socin. opin. in cap. cum in cauſa, nu. 14. de iuramento calumniæ reprobatur.*

66 *Procurator habens mandatũ, quando præſumatur iuraſſe in animam propriam, & in animam domini etiam ſi non exprimat ſe iurare in animam domini, & dirigat verba in perſonam domini.*

67 *Procurator iurans ſimpliciter poſt petitionem factam, quod iuretur in animam principaliſmet, intelligitur iuraſſe in animam domini.*

68 *Indefinita æquipollent vniuerſali.*

Quomodo procedat vide nu. 75. 76. 77.

Iuramentum calumniæ ſi ſimpliciter petatur, & non exprimatur in cuius animam iuretur domini ne; vel procuratoris; & ſimpliciter iuretur de calumnia; intelligitur petitum iurari in animam procuratoris, ibid. & num. 79.

69 *Interpretatio verborum ſemper debet fieri contra eum, qui in ſua dubia petitione iuramenti de calumnia ſe fundat.*

70 *Interpretatio verborum contractus ſemper fieri debet contra eum, qui potuit apertius legem contractus dicere, & non dixit.*

71 *Quis dicatur potuiſſe legem contractui dicere, remiſſiue.*

Interpretatio fit in dubio pro obligato in diminutionem ſuæ obligationis, ibid.

72 *Iuramentum calumniæ continet plura capitula concernentia ordinatoria, proceſſum, & proſequutionem iudicij, & ſic pertinentia ad officium procuratoris, quàm capitula cõcernentia merita cauſæ, & rei controuerſæ naturam; & ſic ſpectantia ad dominum, & num. 57.*

Iuramentum calumniæ debet ſumi in eo ſenſu, in quo prævalet, ibid.

Vide in ſimili numero 73. 74.

73 *Copia indiciorum ante torturam eſt danda ei, qui examinatur tanquam principalis quoad ſe, & teſtis quoad alios, quia in eo prævalet ratio principalitatis, quod vtique non ſit in teſte.*

74 *Senſus, in quo res prævalet capi debet, remiſſiuè ad varias materias.*

75 *Regula, quod indefinita æquipollent vniuerſali non habet locum vbi non eſt eadem ratio.*

76 *Regula quod indefinita æquipollent vniuerſali, limitatur in dicto teſtis, et quod in eo non procedat.*

Item limitatur in inſtrumento, ibid.

77 *Regula, quod indefinita æquipollent vniuerſali, limitatur pluribus modis, remiſſiuè.*

78 *Bonum, & malum omne in cauſis pendet à procuratoribus.*

Procuratores mali mala expectant, & mala quæ faciunt.

79 *Iuramentum calumniæ ſi ſimpliciter petitur præſtari, intelligitur petitum iurari per procuratorem quoad ordinatoria, proceſſum, & proſequutionem iudicij, & numero 68.*

Procurator non indiget aliquo mandato ad iurãdum in animam ſuam propriã, ibid. & numero 44.

Iuramentum calumniæ ſimpliciter petitum poterit præſtari etiam per ſimplicem procuratorem mandatum generale habentem, ibid.

80 *Iuramentum calumniæ, ſi ſimpliciter petatur, poterit præſtari per quemlibet alium, qui comparere poteſt alieno nomine, & ſine mandato.*

81 *Iuramentum calumniæ ſi petitur præſtari cum aliqua clauſula, quæ eſſet apta comprehendere vtrũque iuramentũ præſtãdũ, ſcilicet per dominũ, & per procuratorẽ; debet tale iuramẽtũ præſtari eo modo, quo vtraq; iuramẽta cõprehẽdũtur.*

82 *Procuratoris nolentis iurare in animam propriam contumacia domino non præiudicat, & numero 53.*

Procuratoris recuſantis iurare in animam domini quod merita cauſæ, & rei controuerſæ naturam, contumacia praiudicat domino, & numero 99.

83 *Procuratoris ficta confeſſio praiudicat domino in caſibus, in quibus eorum ficta confeſſio domino praiudicaret.*

Procurator requiſitus iurare de calumnia in animam propriam, ſi non iurat eius contumacia, reddit proceſſum nullum, ibidem.

84 *Procurator excuſatur à iuramento calumniæ præſtando, quando ſuus principalis eſt immunis, & non tenetur iurare de calumnia. Et hoc intelligitur quoad excuſandum procuratorem à iuramento praſtando in animam domini: non autem quoad excuſandum eum à iurando in animam propriam.*

85 *Procurator vnus ſolus non poteſt iurare de calumnia, quando ſunt duo procuratores conſtituti, ſed non in ſolidum.*

Procurator vnus ſine alio nihil poteſt agere, quando ſunt duo procuratores non in ſolidum conſtituti, ibid.

86 *Procurator vnus ſi iurat, & cæteri non iurant, quando ſunt plures procuratores conſtituti non in ſolidum; debet dominus procurare, vt cæteri iurent, aliàs habebitur pro confeſſo ſi eſt reus, & ſi eſt actor cadet à cauſa.*

Intellige, vt numero 88.

87 *Paria ſunt aliquid nõ fieri, vel perperam, & inutiliter fieri.*

88 *Procurator vnus ſi iurat, & cæteri dati ſimul, ſed non in ſolidum nolunt iurare, contumacia non iurantium domino; intelligendum eſt, ſi recuſant iurare in animam domini: Nam ſi recuſarent iurare in animam propriam non praiudicarent domino.*

Proceſſus tamen eſſet nullus, ibid.

89 *Reſtitutio non conceditur domino aduerſus negligentiam procuratoris nolentis iurare de calumnia in animam domini. Et ratio.*

90 *Reſtitutio conceditur domino aduerſus negligentiam procuratoris nolentis iurare de calumnia in animam Domini, quando Procurator non eſt ſoluendo ita, vt Dominus contra eum agendo non poſſet recuperare damna, & intereſſe. Intellige vt ibi.*

91 *Terminus decendij ad appellandum non currit, niſi à die ſcientiæ domini, quando procurator non eſt ſoluendo, & negligens fuerit in appellando.*

92 *Procurator cum generali mandato habẽs tamen mandatum ad iurandum de calumnia debet admitti ad iurandum ex cõmuni obſeruãtia, & nu. 17. 18. 22. 28.*

Procurator prædictus cum dicto mandato, ſicut debet admitti, ita etiam debere poſſe cogi videtur prima fronte, ibid.

Aequalitas in iudicij ſeruanda eſt, ibid.

Procurationis ad officium nemo eſt trahendus inuitus, & numero 98.

Exceptis ijs, qui excipiuntur dicto nu. 92.

93 *Procurator habens generale mandatum etiam cum facultate iurandi de calumnia, non poteſt cogi ad iurandum de calumnia. Et quare. & num. 118. 133.*

94 *Conſuetudo contraria iuri non eſt attendenda.*

95 *Conſuetudo dicitur contra ius, non quia placitis Doctorum repugnet, ſed quia repugnat iuri expreſſo.*

96 *Doctores noſtri imitantur aues, vt cum vna volat aliæ ſequantur.*

97 *Procurator cum ſpeciali mandato, & facultate iurandi de calumnia poteſt cogi ad iurandum.*

Declara, vt numero 98.

98 *Procurationis ad officiũ nemo eſt inuitus trahendus, & numero 92.*

99 *Procurator cum ſpeciali mandato, & facultate iurandi de calumnia, ſi recuſat iurare in animam domini, dominus reus habebitur pro confeſſo, & actor cadet ab actione intentata, & num. 82.*

101 *Obſeruantia, vel conſuetudo, quæ allegatur ad hoc vt procurator cum generali mandato, & facultate iurandi de calumnia, allegatur ad hoc vt admittatur pro domino abſente, & in eius fauorem, & non pro domino præſente, & in eius damnum.*

102 *Abſentia ratione multa conceduntur.*

103 *Procurator generalis cum facultate tamen iurandi de calumnia, quod admittatur pro domino, eſt inductum ad fauorem domini abſentis, & ſi poſſet cogi retorqueretur in eius odium ſi poſſet cogi, & numero 105.*

Inducta ad fauorem non debent retorqueri in odium, ibid.

104 Procu-

104 *Procuratorem cum generali mandato, & facultate iurãdi quod admitti debeat, & quod poßit cogi, ſunt termini diuerſiſsimi.*

Obſeruantia allegatur in admittendo, nõ in cogendo procuratore.

Illatio non fit ex diuerſis, ibid.

105 *Socin in cap. in pertractandis, numero 37. in fin. de iuramento calumniæ declaratur, & numero 135.*

106 *Ratio cur inducta ſit obſeruantia, vel conſuetudo, Quod procurator generalis cum facultate tamen iurãdi de calumnia admittatur.*

107 *Mandato cum non legitimo ſi non iuratur habetur ac ſi iuratum non eſſet.*

Procurator generalis cum facultate iurandi de calumnia, quod admittatur, tunc agitur de damno vitando, ibid.

108 *Procurator generalis cum facultate iurandi de calumnia quod poßit cogi, tunc agitur de damno incurrendo.*

109 *Fauorabiliores eſſe debemus illi parti, quæ tractat de damno vitando, quàm illi, quæ tractat de lucro captando, quando ab vna parte agitur de damno vitando, & ab alia de lucro captando.*

110 *Fauorabilior eſt cauſa rei, quàm actoris pro damno vitando.*

111 *Ignorantia iuris non excuſat in lucris captandis.*

112 *Ignorantia iuris excuſat in damno vitando.*

113 *Ignorantia iuris non excuſat ruſticum in lucro captando.*

114 *Ignorantia iuris excuſat ruſticum in damno vitando.*

115 *Teſtibus deponentibus pro damno vitando magis creditur, quàm deponentibus pro lucro captando.*

116 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*

117 *Contrariorum eadem non eſt diſciplina, quando eſt diuerſa ratio.*

118 *Procurator cum mandato generali, etiam cum facultate iurandi de calumnia cogi non poteſt, & numero 93. 133.*

119 *Mandatum ſpeciale requiritur in procuratore, qui tãquam procurator vult venire ad plenam defenſionem ita, vt per eius dictum, factum, aut neglectum domino plenè præiudicetur, & non ſolum ſpeciale, ſed ſpecialiſsimum, præſertim ad actus, qui requirunt mandatum ſpeciale, & numero 120.*

120 *Procurator non ſolum cum mandato generali, ſed etiam ſine mandato, quando procurator vult venire, vt ſimplex defenſor, quia vtile eſt abſentem à quo cunque defendi.*

Mandatum ſpeciale requiritur in pœnalibus, ibid.

121 *Procurator actoris cum mandato generali, & facultate iurandi de calumnia poteſt admitti ad iurandum de calumnia, quia non agitur de magno præiudicio ſui domini.*

122 *Reus eſt fauorabilior actore.*

123 *Conſideratio, quod procurator poßit afferre, vel non afferre præiudicium domino, ſi habet locum in actore, debet etiam habere locum in reo.*

124 *Argumentum à contrario ſenſu rectè ſumitur à doctrinis Doctorum.*

Procurator cum mandato generali, & facultate iurandi de calumnia, non admittitur, vbi poteſt afferre præiudicium domino, ibid. & nume. 125.

125 *Procurator cum mandato generali, & facultate iurandi de calumnia, ſi non admittitur, vbi præiudicium poteſt afferre domino, multo minus poterit cogi.*

Ratio eadem vbi militat, debet eſſe eadem contrariorum diſpoſitio, ibid.

126 *Ratio eadem vbi militat, debet militare eadem iuris diſpoſitio.*

127 *Ratio futuri præiudicialis euentus eadem militat in non admittendo procuratore, & in non cogendo.*

128 *Procurator dum admittitur non poteſt parari domino præiudicium futuri euentus, & priuatus eſt potentia parandi præiudicium.*

Procurator qui cogitur, habet potentiam reducibilem ad actum parandi præiudicium domino, ibid.

129 *Iudicia criminalia ad inſtar ciuilium rediguntur.*

Ratio eadem vbi militat, debet militare eadem iuris diſpoſitio, ibid. & nu. 125.

130 *Obſeruantia, ſeu conſuetudo admittendi procuratorem generalem cũ facultate iurandi de calumnia ad iurandũ, ſi extenderetur ad cogẽdum etiam ſimilem procuratorem, daretur via fraudibus.*

Malitijs hominum nõ eſt indulgẽdũ, ibid.

Malitijs hominum eſt obuiandum, ibid.

131 Procuratores cum generali mandato, vt plurimum conſtituuntur per dominos, & non informantur de omnibus cauſis mouendis contra ipſos, quia eas præuidere omnes eſt impoſsibile.

Procuratores non informati, etiam ſi vellent iurare, non deberent admitti; quia perſonæ, quæ admittuntur ad iurandum, debent eſſe idoneæ, & de cauſa informatæ, ne cogantur ancipites ſubire periurium, ibid.

132 Procurator cum generali mandato cum facultate etiam iurandi de calumnia dominum non ligaret in cauſis iniuſtis, & numero 15.

134 Procurator cum ſpeciali mandato, & facultate iurandi de calumnia poteſt cogi etiam remota appellatione ad iurandum de calumnia, & num. 40. 105. 135.

135 Procurator, qui cogitur ad iurandum, iurat; aliàs non diceretur cogi.

Verbi, cogi, vis in iuramento calumniæ præſtando, & numero 136.

136 Litigantes omnes obligati ſunt ad iuramentum calumniæ non ſimpliciter, ſed alternatiuè.

Verbi, cogi, vis in iuramento calumniæ præſtando, & numero 135.

137 Verba debent intelligi, ſecundum ſubiectam materiam.

138 Iuramentum appoſitum in materia de ſui natura alternatiua, debet alternatiuè intelligi, & non obligat præciſe ad vnũ.

139 Alternatiuæ electio regulariter eſt debitoris.

140 Cogi non poteſt præciſè effectualiter ad iurandum de calumnia aliquis, & intellige vt ibi, quomodo dicatur cogi præciſe.

141 Mandatum, in quo quis conſtituitur, Procurator generalis, & ſpecialis ita tamẽ quod ſpecialitas generalitati non deroget, nec è contra, dicitur generale, & non ſpeciale, & numero 145.

Attenditur quod principaliter agitur, nõ autem id, quod in conſequentiam venit, ibidem.

142 Mandatum ſpeciale dicitur illud, quod à principio, quo fit, eſt ſpeciale ad certam determinatam cauſam.

143 Tituli à primordio, poſterior formatur euentus, & numero 145.

144 Mandatum generale habens clauſulam, ita tamen, quod ſpecialitas generalitati, nec è contra deroget, quando, & quomodo dici poſſit ſpeciale.

145 Mandatum generale nõ habens in ſe clauſulam ſpecialem præmiſſam, quod aliquis conſtituitur, Procurator generalis, & ſpecialis, ita tamen quod ſpecialitas, &c. Semper erit generale, & nunquam poterit dici ſpeciale.

146 Mandatum ſi eſt generale tantùm, & non generale, & ſpeciale ſimul, nihil operabitur in eo clauſula ſolita apponi, Etiã ſi talia forent, quæ mandatum exigerent magis ſpeciale.

Comparatiuũ præſupponit poſitiuũ, ibid.

147 Reſcriptum ſubreptitium redditur, ſi in eo narratur comparatiuum, cuius poſitiuum non ſit verum.

148 Procurator cum generali mandato ſi cogi non poteſt ad iurandum de calumnia, quomodo procedendum ſit pro expeditione cauſæ, ſi talis procurator generalis fuit conſtitutus ante motam litem in citando.

149 Procurator cum generali mandato ſi fuit conſtitutus poſt litem cœptam, quomodo procedatur pro expeditione cauſæ, ſiue exequutiuè, ſiue ordinariè procedatur in citando.

150 Dominus ſi moratur in Curia, & copiam ſui non facit, ſed latitat, quomodo citari debeat.

151 Citatio ſi emanare deberet extra Curiam, quomodo relaxanda ſit, remiſsiuè.

152 Dominus citatus modis ſuperius expreſſis ſi non comparuerit, quomodo formabitur proceſſus, remiſsiuè.

153 Proceſſus per contradictas, & edicta non conceditur, niſi propter abſentiam.

Volens agere per contradictas, & edicta iurat ſuper abſentia aduerſarij, & deſuper duos teſtes examinat, ibid.

154 Proceſſus per contradictas, & edicta formatur modo præmiſſo contra procuratorem ſpecialem, qui ſe abſentauit, aut latitat.

155 Abſentia aduerſarij non probatur ſufficienter iuramento.

Acceſſus non tutus non probatur ſufficienter iuramento, ibid.

156 Citandus ſi habet domicilium in Vrbe, debet vltra ſuperius dicta citari etiam in ſuo domicilio.

Citatio perſonalis ſi requiritur in cauſa, prout in cauſis Commiſſariis requiritur, committuntur diligentia contra citandum, ibidem.

157 Curator datur bonis, quando citandus neſcitur vbi ſit, & contra eum cauſa integra proſequetur eo modo, qui ibi habetur.

158 Citatio prima debet eſſe perſonalis, ſi in cauſa non proceditur exequutiuè.

159 Citationes omnes debent eſſe perſonales, ſi cauſa eſt commiſſaria.

160 Procurator habens ſpeciale mandatum ad certam cauſam ſi non iurat, tenebitur domino ſuo ad damna, &c.

Reſtitutio an concedatur domino aduerſus negligentiam procuratoris in non iurando, ibid.

161 Procurator ſciens malam cauſam fouere ſuum dominum, non debet iurare de calumnia, nec pro vllo homine falſum dicere, vel iniuſtitiam facere, ibid.

162 Procurator, qui acceptauit mandatum ſpeciale, & neglexit iurare de calumnia, tenetur domino ad damna, &c. etiam ſi neſciret dominum fouere bonam, vel malam cauſam.

Procurator acceptans mandatum ſpeciale, debet ſe informare de iuſtitia cauſæ, & de illa ſe informare, ibid.

163 Paria ſunt ſcire, vel ſcire debere.

164 Dominus mãdando pro ſe iurari de calumnia in tali cauſa ſpeciali, præſumitur habuiſſe iuſtam cauſam, aliàs eius mandatum ad iurandum de calumnia includeret delictum.

Actus præſumitur potius excluſiuus, quàm incluſiuus delicti, ibid.

165 Procurator acceptando mandatum ſpeciale, & defendendo cauſam facit præſumi, quod dominus habuerit iuſtã cauſã.

Procurator acceptãdo, & defendendo cauſam iniuſtam, peccat, ibid.

166 Procurator cum mãdato generali, qui poſſit admitti ex communi obſeruantia, & conſuetudine, tenetur domino ad damna, &c. ſi ſit negligens in iurando de calumnia: Dũmodo mãdatũ acceptauerit.

De hoc procuratore habent locum omnia proximè dicta, ibid.

Procurator ſpecialis, tenetur domino ad damna ſuæ negligentiæ, ſi mandatum acceptauit.

167 Procuratores ad multa damna, tenentur eorum dominis principalibus.

Procuratores attendant ad damna, quæ ob eorum negligentias tenentur dominis, & conſulant in hoc Theologos, & quos, ibid.

168 Procurator petens iurari in animam domini, debet ipſe prius habere mandatum ad iurandum de calumnia, aliàs ipſe non poterit petere iurari.

Mandata quare explicentur cum clauſula, Ad iurandum, iurarique videndum, &c.

169 Procurator dominus litis effectus poſt lit. conteſtatam de calumnia iurat.

Intellige ibi qualis debeat eſſe lit. conteſt.

170 Procurator dominus litis effectus per lit. conteſtat. poteſt iurare de calumnia etiam ſine mandato, ſecundum Speculatorem.

Intellige vt poſsit ſine mandato iurare in animam propriam, & non in animam domini, ibid.

171 Procurator Fiſci tenetur iurare de calumnia, & numero 172.

172 Procurator Fiſci quod iuret de calumnia in practica non ſeruatur.

173 Procurator in rem ſuam tenetur iurare de calumnia.

174 Procurator in rem ſuam iurat de calumnia, quia ipſe dicitur principalis.

175 Dominus tenetur iurare de calumnia, quando ipſe dicitur melius informatus, vel procurator ſuſpectus, allegaretur ab aduerſario.

Intellige quod vterque iuret dominus, ſcilicet, & Procurator. & aliter, vt ibidem.

176 Procuratori in rem ſuam, & aliis procuratoribus, an ſit concedenda dilatio ad iurandum de calumnia remiſsiue.

177 Procurator ad negocia, qui pro ſuo domino poteſt agere, & defendere poteſt de calumnia iurare, ſecundum aliquos.

178 Contrarium autem, & quod iſte procurator ad negocia, iurare non poteſt ex Socin.

179 Concordia dictarum duarum opinionum contrariarum.

180 Actor tutoris, & curatoris pupillorum, & minorum, qui eſt conſtitutus cum decreto iudicis, tenetur iurare de calumnia.

181 *Actor tutoris, & curatoris pupillorum, & minorum conſtituitur ex cauſa.*

182 *Actoris prædicti tutoris, & curatoris minorum, & pupillorum in conſtitutione debet interuenire decretum iudicis.*

183 *Actor tutoris, & curatoris pupillorum, & minorum debet conſtitui riſico, & periculo tutoris, & curatoris.*

184 *Procurator non conſtituitur ante lit. conteſtat. per tutores, & curatores.*

Actor conſtituitur ante lit. conteſtat. à tutore, & curatore pupillorum, & minorum, ibid.

185 *Actor conſtitutus à tutore, vel curatore ſi committit calumniam, & de calumnia iurauit condemnabitur in expenſis de ſuo proprio.*

186 *Mandatum procuratorium expirat morte regulariter.*

Dicta regula ampliatur, & limitatur pluribus modis remiſſiue.

187 *Mandatum quod expirauit morte Domini, an reconualeſcat per Domini reſolutionem.*

Prædicta quæſtio, & aliæ quamplures raro accidentes circa reſurrectiones hominum ſuſcitantur, ſed reſoluenda donantur Dom. Ioan. Antonio Boncetto ab Authore.

Reſurgens non recuperat beneficium.

An recuperet vxorem.

An recuperet bona.

Procurator an poſſit, vel teneatur præſtare iuramentum calumniæ.

Cap. XVI.

1 IN præcedenti capitulo, in Declaratione trigeſima quĩta breuiter dixi, quod ꝓcurator iurat de calumnia; idque intelligẽ de procurato-
2 re ad lites; † Cum de alijs varijs ſignificatibus, quos habet iſte terminus, *Procurator*, de quibus tradit Ioannes Antonius Rubeus Alexandrinus, in ſuo Tractatu de Poteſtate Procurator. numero ducenteſimo quadrageſimo octauo, &
3 ſequent. non loquor. † Et quidem regulariter procurator non poteſt de calumnia iurare, per Gloſ. in l. vel hæreditas, in verbo, cógendum, in fin. ff. de procu-
4 rator. † Sed quod procurator admittendus ſit eſt Gloſ. in Authentic. principales perſonæ, in verbo, migrauerit, in fine, C. de iureiurando propter calumniam, Marianus Socinus in capitulo, in pertractandis, numero decimoquinto, de iu-
5 ramento calumniæ. † Huius autem vltimæ opinionis ratio videtur eſſe, quia iuramentum calumniæ eſt acceſſorium, ſine quo cauſa expediri nequit, Gloſ. in capitulo final. in verbo, per ſe ipſum, in principio, de iuramento calumniæ, & ſic videtur tacitè etiam datum mandatum ad iurandum de calumnia ad hoc,
6 vt cauſa expediri queat. † Quæ vltima opinio procedit, quando procurator habet legitimum mandatum, & ſpeciale, Roman. ſingular. octauo, incipien. An iuramentum teſtis, Grauat. ad Veſtrium libro tertio, capitulo tertio, numero decimoquinto, Marian. Socin. in dicto capitul. in pertractandis, numero trigeſimooctauo, in fin. tex. in capitul. fin. & ibi Glo. fin. in verſic. quod verum, & in verſic. dic, l. qui bona, de iuramento calumniæ, in
7 ſexto. † Et non ſolum tale mandatum debet eſſe ſpeciale, ſed ſpecialiſſimum, vt per Rube. in dicto Tractatu de poteſtate procurator. numero ducenteſimo ſe-
8 xageſimo quarto. † Quod ſpeciale mandatum requiritur in laicis, ſecundum Speculatorem in titulo de iuramento calumniæ, §. tertio, numero decimotertio, pro-
9 pe fin. † In Eccleſiaſticis verò perſonis non procedit, quæ agunt pro Eccleſia, vel pro re Eccleſiæ, quia talium perſonarum procurator non indiget ſpeciali mandato, ſed generale ſufficit, ſecundum Speculatorem dicto numero decimotertio, prope princip. Socin. in dicto capitulo, in pertractandis, numero vigeſimoquinto, & vigeſimooctauo, in fin.
10 † Sed iſta opinio Speculat. & Socini mihi non placet, & bene verum eſt, quod Eccleſiaſticæ perſonæ habentes generalem adminiſtrationem bonorum Eccleſię admittuntur pro Eccleſia, vel pro re Eccleſiæ ſine ſpeciali mandato, non enim in-

digent illo ſimiles perſonæ, vt tradidi
ſparſim ſupra capitulo decimo quinto,
ſed quod procuratores ipſorum non in-
digeant ſpeciali mandato, id verum non
credo, nec credo errare, cum iſte non
ſit articulus fidei, quæ etiam videtur eſ-
ſe ſententia Panormitan. in capitulo, in-
hærentes, numero decimoquinto, verſi-
culo, ego puto, de iuramento calumniæ,
Aliud enim eſt tales perſonas ſine ſpe-
ciali mandato ad iurandum admitti, &
ipſas tali non indigere mandato; aliud
eſt, quod ſimilium perſonarum procu-
ratores non indigeant ſpeciali mandato.
11 † Regulariter igitur procurator non iurat
de calumnia, vt dixi ſupra numero ter-
12 tio. † Fallit tamen hæc regula in procu-
ratore habente mandatum ſpeciale, vt
13 dixi ſupra numero ſexto, ſeptimo. † De
qua fallentia aliqui antiquitus dubitarũt,
& an procurator etiam ſi habeat ſpecia-
le mandatum poſſit de calumnia iurare;
ſed hodie eſt expeditum quod poteſt iu-
14 rare, vt infra dicam. † An autem talis
ſpecialitas reſpicere debeat iuramentum
calumniæ ſimpliciter ita, quod non re-
quiratur aliqua alia ſpecialitas ad certam,
& determinatam cauſam; & quod man-
datum generale quidem ſit quoad cau-
ſas, ſpeciale tamen ad iurandum de ca-
lumnia: Vel quod non ſufficiat manda-
tum generale etiam cum clauſula ſpecia-
li ad iurandum de calumnia, niſi etiam
mandatum ſit ſpeciale ad talem certam,
& determinatam cauſam, fuit ardua quę-
ſtio, & duæ fuerunt præcipue opiniones.
Prima opinio fuit negatiua, & quod non
ſufficiat mandatum generale etiam cum
clauſula ad iurandum de calumnia, niſi
exprimatur etiam certa, & determinata
cauſa, in qua mandatur iurari; Quam
opinionem tenuerunt Doctores non le-
uis authoritatis relati à Gaillaula Practi-
carum obſeruationum, libro primo, ob-
ſeruatione octuageſima tertia, numero
tertio, pagina centeſima quadrageſima-
octaua, & expreſſe Barthol. in dicta l. ſe-
cunda, §. ſin autem, numero quarto, C.
de iureiurando propter calumniam, Pa-
normitan. in capitulo, in pertractandis,
numero quinto, de iuramento calumnię,
Sebaſt. Sapia in Annotation. ad Panor-
mitan. in capitulo, inhærentes, numero
decimoquinto, in verbo, in ſindico, eo-
15 dem titulo. † Huius ſententiæ ratio eſt,
quia ſi daretur in mandato generali fa-
cultas iurandi de calumnia, intelligeretur
mandatum iurari in cauſis iuſtis, non au-
tem in iniuſtis, & ſic in iniuſtis non liga-
ret dominum, Barthol. in dicto §. ſin au-
tem, numero quarto, in fin. Panormi-
tan. in dicto capitulo, in pertractandis, di-
cto numero quinto, Socin. in dicto capi-
tulo, in pertractandis, numero trigeſimo-
ſeptimo, in principio, vbi dicit id notan-
16 dum ex doctrina Caſtrenſis. † Quod ſi vir-
tute talis mandati iuraretur, eſſent omnes
proceſſus nulli, quia iuratum non fuit, vt
debuit, vt Socin. & Gaillaula locis præ-
citatis proxime; licet ipſe Socin. inferius
dixerit Barthol. opin poſitam in l. qui bo-
na, §. ſi alieno, ff. de damno infecto, &
per me inferius recitandam eſſe æquio-
rem, & eſſe diligenter obſeruandam in
praxi, tradit Gaillaula dicta obſeruatio-
17 ne octuageſima tertia, prope fin. † Secun-
da opinio fuit affirmatiua, & aliorum te-
nentium, Quod ſufficiat clauſula ſpecia-
lis ad iurandum de calumnia appoſita in
mandato generali ad omnes cauſas, & li-
tes, ſine expreſſione ad certam, & deter-
minatam cauſam, & litem, Lucas Petus
in Practica Capitolina, libro ſecundo, ca-
pitulo tertio, numero, Gloſſula Margi-
nalis ad Gloſ. finali, in capitulo finali, de
iuramento calumniæ, in ſexto, Socin. in
capitulo, cum in cauſa, numero decimo-
tertio, verſiculo, ſi verò eſt procurator
generalis, de iuramento calumniæ, Andr.
Gaillaula dicta obſeruatione octuageſi-
18 matertia, numero quarto. † Et pro hac ſe-
cunda affirmatiua opinione eſt commu-
nis obſeruantia, à qua recedendum non
eſt teſte Barthol. in dicta l. qui bona, vt
Socin. in dicto capitulo, in pertractandis,
numero trigeſimo ſexto, prope fin. & nu-
mero quinquageſimo primo, Alexand. in
addit. ad Barthol. in dicta l. ſecunda, §. ſin
autem, litera B, in verbo, iurandum de
calumnia, Sebaſt. Sapia in Annotationi-
bus ad Panormitan. in capitulo, inhæren-
tes, numero decimoquinto, in verbo, in
ſindico, de iuramento calumniæ, Luc. Pe-
tus dicto capitulo tertio, numero ſepti-
mo, in fin. Idem Socin. in dicto capitu-
lo, cum in cauſa, numero quinquageſi-
moprimo,

moprimo, verſic.ſi vero habuiſſet man-
datum, Gaill.dicta obſeruatione octua-
geſimatertia, numero quarto. Nec Bart.
in dicta l.qui bona §. ſi alieno eſt contra-
rius ſibi ipſi in dicta l. ſecunda, §. ſin au-
tem. Quia in iſto §. ſin autem loquitur
de iure, vt ibi videre eſt; at in dicto §.ſi
19 alieno, loquitur de obſeruantia.† Et ita
paſſim ſeruatur in Camera Imperiali per
ea, quæ tradit Gaill. dicta obſeruatione
20 octuageſimatertia.† Idque ſeruatur paſ-
ſim in Vrbe in mandatis habentibus clau
ſulam ad lites, quia ſub dicta clauſula ad
lites comprehenditur iuramentum calum
niæ, quod eſt acceſſorium, ſine quo cau-
ſa non poteſt expediri, vt dixi ſupra nu-
21 mero quinto.† Sed in tribunali Illuſtriſſi-
mi Domini Auditoris Cameræ vidi per
aliquos notarios ſeruatum, vt faciant iu-
rare de calumnia Dominum principalem
cauſæ, & litis, ſi pars aduerſa petat iu-
rari per principalem met, & Dominus
22 principalis ſit in Vrbe.† Quæ obſeruantia
communis eo magis confirmatur, quia
vt plurimum conſtituuntur procuratores
in ipſis actis cauſæ, & litis iam cæptæ, vel
de proximo incipiendæ, & mandatum
procuræ concipitur primò contra perſo-
nam aduerſarij, & deinde additur clau-
ſula generalis, *Et contra quaſcunque alias
perſonas*, Et ſic reſpectu illius certæ per-
ſonæ in mandato expreſſæ, quæ iam in-
cæpit, vel de proximo incipiet cauſam,
& litem, dictum mandatum erit ſpecia-
le contra certam perſonam, & ad iuran-
dum de calumnia, licet non ad certam
cauſam expreſſe, ſed bene tacite, & ex
coniecturata mente conſtituentis procu-
ratorem huiuſmodi. Reſpectu verò alia-
rum perſonarum in ſimili mandato non
expreſſe nominatarum erit quidem ſpe-
ciale ad iurandum de calumnia, ſed ge-
nerale reſpectu perſonæ, & cauſæ cer-
tę. Et procurator vigore talis mandati
admittetur reſpectu perſonæ certæ no-
minatæ, & ad certam cauſam ex conie-
cturata mente conſtituentis in actis iam
intentatam, vel de proximo intentandam
ſecundum primam opinionem, & dice-
tur habere ſpeciale mandatum tum ad
iurandum de calumnia, tum contra cer-
tam perſonam, & etiam ad certam cau-
ſam ex coniecturata mente conſtituentis,
& tacite, vt dixi; Et reſpectu aliarum
perſonarum non expreſſe nominatarum,
ſed per illam clauſulam collectiuam,
Quaſcunque alias perſonas, &c. admitte-
tur iuxta ſecundam relatam opinionem,
23 & communem obſeruantiam.† Ideo pu-
to, quod tales notarij male faciant co-
gendo Dominos principales etiam exi-
ſtentes in Vrbe, ſine iuſta cauſa expreſſa
in petitione talis iuramenti de calumnia,
vbi conceptum ſit mandatum modo prę-
miſſo, quia reſpectu certarum perſona-
rum in mandato nominatarum dicetur
mandatum ſpeciale expreſſe, ſed tacite
ad illam cauſam, & ſic ſecundum vtram-
que opinionem deberet admitti Procu-
rator prædictus, quamuis aliquis ſubti-
lius inueſtigando poſſet opponere, quod
prima relata opinio locum habeat non
quando tacite habet mandatum ad talem
cauſam, & ex coniecturata mente con-
ſtituentis, ſed quando datur mandatum
ſpeciale ad certam illam cauſam. Reſpe-
ctu verò aliarum perſonarum expreſſe
non nominatarum in mandato dicetur
quidem mandatum generale, ſed cum
clauſula ad lites, & ſic ad iurandum de
24 calumnia, vt ſupra dixi.† Nec obſtat di-
cere, quod dictum mandatum debeat in
totum reputari ſpeciale, aut generale; non
autem vno reſpectu generale, alio reſpe-
ctu ſpeciale, cum res eadem non debeat
diuerſo iure cenſeri, ad tradita per Ti-
raqu.de retrac.lignag.§.primo, Gloſ.de-
cimaoctaua, numero vigeſimoprimo, Ce
phal.conſil.218.numero trigeſimotertio,
25 libro ſecundo.† Nam reſpectu diuerſa-
rum perſonarum dicuntur diuerſa capi-
tula dicti mandati, & in capitulis diuerſis
non oportet vnum regulari ſecundum
aliud, Bellon.conſil.quadrageſimoſexto,
26 numero decimo, & vndecimo.† Præterea
res eadem poteſt diuerſo iure cenſeri, di-
uerſis tamen reſpectibus, facit capitul.
inter dilectos verſic. Cæterum. De fid.
inſtrum. Rip. in l. fin. numero 122. C. de
reuoc.donation. Imol.conſil.146.numero
octauo, alludit Tiraquell.dicta Gloſ.de-
cimaoctaua, numero decimooctauo.
27 † Maxime autem mandatum Procurato-
rium diuidi poteſt Capit.deciſio.octaua,
numero primo; Vant. in tract. De nullit.
in tit. De nullit. ex defec.proceſ. numero
cente-

centeſimo. † Quandocunque itaque in mandato generali reſpectu perſonæ, ſiue cauſæ appoſita eſſet clauſula poteſtatis iurandi de calumnia, ſiue ad lites, ſub qua clauſula ad lites extenditur iuramentum calumniæ, certum eſt Procuratorem poſſe de calumnia iurare ex obſeruatione Cameræ Imperialis, & Vrbis Romæ,
29 & communi, de qua ſupra. † Et talis procurator generalis cum facultate iurandi de calumnia, iurabit in animam propriam, Socin. in dicto capitul. cum in cauſa numero decimotertio, circa medium.
30 † Et ad iurandum cogi poterit quamuis Dominus eius iurauerit, Bald. in Auth. Principales perſonæ numero primo Panormit. in dicto capitul. in pertractandis,
31 numero quinto. † Et niſi mandato ſit inſertum, talem procuratorem poſſe de calumnia iurare in animam ſui Domini, iurare non poterit in animam Domini, quia ad iurandum de calumnia in animam alterius requiritur ſpeciale mandatum, vt Grauat. ad Veſtr. libro quinto, capitul. ſecundo, numero decimoquinto, Rot. deciſio. prima, numero tertio, de iuramento calumniæ, in Nouis, & dixi ſæpius
32 ſupra num. 15. † Et ſi in mandato non adſit facultas iurandi de calumnia, vt præmittitur, ſiue mandatum ſit generale contra oẽs pſonas, & ad oẽs cauſas, ſiue ſpeciale contra certam perſonam, & ad certam cauſam nullo modo poterit procurator de calumnia iurare, Socin. in dicto capitul. in pertractandis, numero vigeſi-
33 moſexto, in fin. vbi de communi. † Et non poterit iurare etiam ſi cum cautione de rato &c. fuiſſet admiſſus, talis procurator, Socin. in dicto capitul. in pertractandis,
34 numero vigeſimoſeptimo. † Cautio enim de rato &c. legitimat procuratorem quoad omnes actus præter quam ad iurandum de calumnia, vt per Bald. in Auth. Principales perſonæ, §. hoc etiam numero primo, in princip. C. de iureiurando
35 propter calumniam. † Immo antiquitus aliqui dubitarunt an procurator poſſet iurare de calumnia, quamuis dictus procurator mandatum ſpeciale haberet ad certam, & determinatam cauſam cum facultate iurandi de calumnia, vel cum clauſula ad lites: Hodie tamen expeditum eſt, quod poteſt iurare tex. eſt expreſſus in capit. fi. de iuramento calumniæ, in ſexto, Bart. in dicta l. ſecunda, §. ſin autem numero primo C. de iureiurando propter calumniam, Panormit. in dicto capitul. inhærentes numero decimoquinto, circa medium Socin. in dicto capitul. in pertractandis numero trigeſimo ſeptimo, verſic. circa tertium membrum, Gaill. dicta obſeruatione octuageſimatertia, in
36 princip. † Et iudex non admittendo talem procuratorem cum ſpeciali mandato facit iniuriam, quia videtur Dominus mediante perſona procuratoris iurare tanquam per picam, & organum, vt Socin. dicto numero trigeſimoſeptimo, & in eod. capitul. numero decimoquinto, &
37 ibid Panormitan. in fin. † Niſi allegaretur, quod Dominus iuſtior ſit, & propterea peteretur per ipſummet, vt iuſtiorem iurari, per ea quæ tradit Socin. dicto numero trigeſimoſeptimo, & iſto caſu Dominus ipſe iurabit, vt refert ibi Socin.
38 † Sed ipſe Socin. id non admittit in dicto numero quinquageſimoprimo. Vt Dominus cogatur ipſemet iurare, cum ipſe iuſtior eſt, & dicit ſufficere, quod ille, qui eſt conſtitutus procurator, ſit iuſtus.
39 † Dicit etiam ibi idem Socin. quod etiam ſi principalis ſit iuſtior, non poterit cogi ipſe Dominus principalis ad iurandum vbi eſt conſtitutus procurator cum mandato ſpeciali ad certam cauſam cum poteſtate iurandi de calumnia: ſed quando generali ad omnes cauſas, & lites cum
40 facultate tamen iurãdi de calumnia. † Plus addit Socin. dicto numero trigeſimoſeptimo, in fin. quod iudex non poterit cogere talem procuratorem cum ſpeciali mandato ad certam cauſam ad iurandum de calumnia etiam appellatione remota, niſi aliqua iuſta cauſa dictum procuratorem excuſet, ſuper qua coactione ad iurandum remota appellatione, & de cauſis, quæ excuſant recuſantem vide, quæ dixi de actore, & reo recuſante iurare ſupra
41 capitul. decimoquatto. † Et dictus procurator habens ſpeciale mandatum non iurat in animam propriam, ſed in animam ſui Domini Gloſ. in dicto capitul. cum in cauſa, numero decimotertio, verſic. Procurator verò, & verſic. idem voluit, addit. ad Gloſ. fin. in dicto capitul. in pertractandis, Petr. Vanderan. in ſua Pract. iudiciali

dicíali libro tertio, capitul.ſecundo, ver-
ſic.de calumnia Marant.in Speculo parte
ſexta, in ſecunda iudicij par. in tit. de iu-
ramento actu primo numero octauo, Luc.
Pet. in Pract. Capitolina, libro ſecundo,
capitul.tertio, numero quinto, Grauat.
ad Veſtr. libro quinto, capitul. ſecundo,
numero decimoquinto, Andr. Gaill. di-
cta obſeruatione octuageſimatertia, nu-
mero primo, & ſecundo, Ruin. conſil.
ſeptuageſimotertio, numero quinto, vol.
42 quinto. † Nec ad iurandum in animam
Domini ſufficit mandatum ſpeciale ad
iurandum in certa cauſa, ſed in mandato
debet exprimi ad iurandum in animam
Domini, aliàs iurare non poſſet in ani-
mam Domini, cũ ad iurãdũ de calumnia
in animam dñi requiratur ſpeciale man-
datum, vt ſupra d.xi ex Grauat. & Rot.
quibus addo Bald.in l.ſecunda, §.ſin au-
tem numero primo, C. de iureiurando
43 propter calumniam.† Et quamuis manda-
tum non eſſet ſpeciale ad certam cauſam,
ſed generale ad omnes cauſas, cum clau-
ſula tamen ad iurandum de calumnia in
animam Domini conſtituentis, procu-
rator iurabit in animam Domini ex com-
muni obſeruantia, de qua ſupra, & vi-
gore mandati quoad iurandum in ani-
44 mam Domini.† Licet aliqualem afferre
poſſet dubitationem, & an præſumatur
Dominus mandaſſe iurari de calumnia in
animam propriam, quando fecit manda-
tum ad iurandum de calumnia, & non
expreſſit in animam cuius, tamen præſu-
mitur mandaſſe iurari in animam pro-
priam, cum procurator ad iurandum non
indigeat mandato ſpeciali Domini, ſi in
animam propriam vult iurare, vt per
Gloſ.in capitul.in appellationis in verbo,
Ab ipſis, de iuramento calumniæ, in ſex-
to. Corroborantur prędicta, dum ipſe dñs
conſtituit procuratorem ad ſic iurandum,
& vigore dicti mandati præcedentis, &
vti procurator ipſe ꝓcurator iurat de ca-
lumnia, tunc enim videtur procurator in
animam Domini iurare, dummodo ta-
men exprimat, ſe iurare vigore dicti man-
dati, vigor enim dicti mandati expreſ-
ſus eſt vt iuret in animam Domini. Et in
45 iſtis caſibus dic, ſicut infra ponam. † Ne-
que procuratori ſufficiet iurare in ani-
mam Domini, ſi aduerſarius inſtet iurari

etiam in animam ipſius procuratoris, quia
iſto caſu inſtante parte aduerſa, ſiue ſit
ſpeciale, ſiue ſit generale mandatũ, ſiue ha
beat clauſulã ad iurandũ de calumnia, vel
ad lites, ſiue nõ hẽat dictã clauſulã, man-
datum ipſius procuratoris, tenetur etiam
iurare de calumnia in animam ipſiuſmet
procuratoris. Addit.ſecunda ad Speculat.
in tit. de iuramento calumniæ, §. tertio,
numero decimotertio, Addit. ad Gloſ.
fin.in dicto capitul.in pertractandis Gloſ.
in dicto capitul. in appellationis, §. Pro-
curatores in dicto verbo, Ab ipſis, Luc.
Pet. dicto libro ſecundo, capitul. tertio,
numero ſexto, & vndecimo, in princip.
Grauat.ad Veſtr.dicto libro quinto, capi-
tul. ſecundo, in verbo, Et ſi pars, nu-
mero decimoquinto, in princip. Vande-
tan.in dicta Pract.libro tertio, capitul.ſe-
cundo verſic.de calumnia in princ.Gaill.
Pract. obſeruation. libro primo, obſer-
uatione octuageſimatertia, numero pri-
mo, vbi dicit id conſentaneum Cameræ
Imperialis ordinationi, Socin.in dicto ca-
pit. cum in cauſa numero decimoquarto,
circa medium Rota dicta deciſio.prima,
46 numero tertio, in Nou. † Et quod procu-
rator iſtnante parte aduerſa teneatur iu-
rare de calumnia in animam propriam,
amplia, vt procedat, etiam ſi procura-
tor iuraſſet, vel vouiſſet non iurare, in
quo dic, vt poſui ſupra capitulo deci-
mo quinto, in declaratione ſecunda, &
47 tertia.† Amplia ſecundo, vt teneatur iu-
rare in animam propriam etiam ſi ſuus
Dominus iuraſſet de calumnia, Specul.
dicto §.tertio, numero decimotertio, Pa-
normit.in d.c.in pertractandis, nũ.5. Glo-
ſella Marginalis in dicta l. ſecunda dicto
§. ſin autem Gloſ. videnda in dicto ver-
48 bo, Ab ipſis.† Amplia tertio, vt teneatur
iurare Procurator, etiam ſi ſuus princi-
palis, & Dominus non teneretur iurare,
prout ſunt multæ perſonæ, quæ non te-
nentur iurare de calumnia, de quibus ali-
quas recenſebo infra capitul. decimoocta
uo, & ſequentibus. Surdus deciſio. deci-
maoctaua, Rotæ Mantuanæ cuius con-
trarium vide infra numero octuageſimo-
quarto, ex Baldo, & intellige, vt ibi po-
49 nam. † Et de procuratore habente man-
datum ſpeciale ad certam cauſam, quod
iurare teneatur de calumnia in animam

propriam

propriam voluit Panormit. in dicto capi-
tul.in pertractandis numero quinto, Gail.
Pract.obſeruat.libro primo, obſeruatio-
ne octuageſimanona, numero vndeci-
50 mo.† Et de procuratore habente manda-
tum generale, quod iurare teneatur in
animam propriam tradit Maranta in Spe
culo parte ſexta, in ſecunda parte iudic.
in tit.de iuramento, actu primo, numero
51 octauo.† Prædicta que locum habent non
ſolum in procuratore principale, verum
52 etiam in procuratore ſubrogato. † Quia
procurator ſubrogatus tenetur iurare de
calumnia, etiam ſi procurator habens po-
teſtatem ſubrogandi, qui ipſum ſubro-
gauit de calumnia iuraſſet, Gloſ.in dicto
capitul. in appellationis, in verbo, De-
putantur, Specul.in tit.de iuramento ca-
lumniæ, §.ſecundo, in fin.verſic.dic per
eum, & ibi Ioan. Andr. in addit. in litera
53 A, verſic. Nunquid hæres.† Si autem pro-
curator in animam propriam nollet iura-
re, quæritur de eius contumacia, an Do-
mino noceat. Et dicitur quod non nocet
Domino, ſed denegatur Procuratori au-
dientia, vt Gaill.dicta obſeruatione octua
geſimanona, numero tertio, in fin.inhæ-
rens opinioni Saliceti, quam ibi Gaill.
numero quinto, in fin.æquiorem dicit in
54 quo articulo dic, vt dicam infra. † Ibique
ſubdit Gaill.ſub numero quarto, pagina
156. columna prima, quod in camera
Imperiali dicta contumacia procuratoris
in iurando in animam propriã conſueuit
pecunialiter mulctari. Et laudarẽ idẽ ſer-
uari vbique, ne proteruorũ procuratorũ,
& ſemper aliquid iniquum contra aduer-
ſarium molientium iniquitas impunita
55 remaneat. † Iſtud iuramentum, quod
Procurator tenetur præſtare in animam
propriam, non procedit quoad merita
cauſæ, & rei controuerſæ naturam, ſed
quoad progreſſum, & proſequutionem
iudicij, Petr. Vanderan.in Pract.in dicto
verſic.de calumnia, facit Marian. Socin.
in dicto capitul.cum in cauſa numero de-
56 cimoquarto. † Et quod dictum iuramen-
tum præſtandum in animam procurato-
ris non procedat quoad merita cauſæ, &
rei controuerſæ naturam habet locum
maximè in procuratore, qui ſpontaneus
non eſt, ſed à iudice datur, vt puta, cum
quis non inuenit procuratorem ab aduer-
ſarij potentiam, vel aliam cauſam, ob
quam Iudex ex officio procuratorem dat
alicui, Andr. Gaill. Pract. obſeruat. libro
primo, obſeruatione octuageſimaocta-
57 ua, numero quarto, & nono. † Vbi ſub
numero vndecimo, dat cautelam pro tali
procuratore, quæ eſt, vt petat ſibi re-
mitti iuramentum quoad merita cauſæ,
& rei controuerſæ naturam ſub hac for-
„ ma, videlicet, Domine Iudex iuramen-
„ mentum calumniæ ex parte aduerſa exa-
„ ctum, quoad merita cauſæ propter con-
„ ſcientiam mihi remitti peto. In reli-
„ quis vero ad officium procuratoris perti-
58 nentibus iurare paratus ſum. † Cui peti-
tioni iudex locum dare debet, & ad præ-
dicta concedenda eſſe pronus, vt Gaill.
59 dicto numero vndecimo, † cum iuramen
tum calumniæ plura capitula contineat
concernentia proceſſum, & proſequutio-
nem cauſæ, quàm illius merita, vt Gaill.
dicto numero vndecimo, & dixi ſupra
60 capitul.ſecundo.† Et iſte procurator ex of-
ficio datus iurabit in animam propriam ſu
per prædictis iuxta ſuam præmiſſam peti-
tionem ex Gaill. traditam, & iuxta ea,
quæ dicta ſunt ſupra numero quinquage-
61 ſimoquinto.† In animam vero dñi iſte pro
curator ex officio datus non iurabit de ca-
lumnia, quia in ipſo cõſtituendo non con
currit aliquis actus Domini, & principa-
lis ſui, per quem actum in eius conſtitu-
tione poſſit ſaltim tacite argui eius con-
ſenſus. ſi tamen aliquis actus Domini
concurreret cum officio iudicis in tali pro-
curatore dando exiſtimo tunc poſſe iura-
re de calumnia in animam Domini ex ta-
cita coniecturata eius mente, dummodo
tamen ſit conſtitutus à Iudice ex officio
cum facultate iurandi, vel clauſula ad li-
tes. Vide in præmiſſis, quæ dixi de ha-
bentibus adminiſtrationem aliorum ſu-
pra capitul.decimoquinto, verſus finem.
62 † Aduertat quoque Procurator dum iu-
rat, vt exprimat ſe iurare in animam Do-
mini, referendo verba in animam Do-
mini iuxta ea, quæ tradit Bart. in dicta l.
ſecunda, §.ſin autem numero Panormit.
in dicto capitul. in pertractandis numero
quinto, quia in dubio præſumeretur iu-
raſſe in animam propriam, vt tradit So-
cin.in dicto capitul. cum in cauſa numero
decimoquarto, in fin.& hoc quia perſo-

na extrinſeca non debet præſumi, & in-
63 telligi, vt ibid. Socin. † Alia etiam ratio reddi poteſt, cur præſumeretur iuratum nomine proprio ipſius procuratoris, quæ eſt, quod actus præſumuntur facti nomine proprio facientis potius, quàm alieno. Turzan. reg. ſexta, Achil. Perſonal. in tract. Petit. hæreditat. numero 714. Cephal. conſil. 250. numero quadrageſimoquinto, libro ſecundo. Et ſic vni membro iuramenti calumniæ eſſet ſatisfactum, quoad eam ſcilicet partem, quę concernit ordinatoria, progreſſum, & proſequutionem iudicij; non quoad merita
64 cauſæ. † Vnde ſi petitum eſſet, vt iuretur de calumnia in animam Domini, & procuratoris, non eſſet ſatisfactum petitioni, ſi procurator ſimpliciter iuret, licet Socin. ex mente aliorum in dicto numero decimoquarto, tradiderit, quod ſi procurator habet mandatum ad iurandum de calumnia, & ſimpliciter iuret, intelligitur iuratum in animam procuratoris, & Domini idemque ſenſit Alex. in l. qui bona, §. ſi alieno nomine, numero ſe-
65 ptimo, de damn. infec. † Quam ſententiam nullatenus probo, cum in dubio præſumatur in animam propriam iuraſſe, vt dixi ſupra, etiam ſi habeat mandatum: Nam mandatum non eſt ſufficiens ad faciendum præſumi, quod iurauerit in animam Domini, cum ex eo quod mandatum habet, & eſt procurator tenetur iurare etiam nomine proprio in animam propriam; Quod vtique non teneretur facere, ſi non haberet mandatum, & non
66 eſſet procurator. † Niſi forte Procurator iuraret aſſerens ſe iurare vigore mandati vt dixi ſupra numero quadrageſimoquarto. Vel petitum eſſet iurari in animam Domini, vel in animam Domini, & ſimul in animam procuratoris, & Procurator in iurando dicat, ſe iurare de calumnia ad ſatisfaciendum importunitati partis aduerſæ, vt plerique faciunt, & dictæ partis aduerſæ petitioni, vel ſimilia verba habentia relationem ad petitionem aduerſarij, quia tunc cenſetur iuratum etiam in animam Domini per procuratorem ſimpliciter iurantem, & non expreſſo, quo nomine iuret, alias non eſſet ſatisfactum parti aduerſæ; nec eius
67 petitioni. † Et dicta verba idem operatur, ſi petatur iurari de calũnia ꝑ principalem-met: Quia cum ad petitionem aduerſarij relationem habeat, Procurator habens mandatum ſpeciale, & legitimum, & ſimpliciter iurans addendo dicta verba intelligitur iuraſſe in animam Domini ſolius, cum pars aduerſa petierit iurari per Dominum, & Dominus iurat in animam propriam quoad merita cauſæ non autem quoad progreſſum iudicij, & illius proſequutionem in animam procuratoris, & ipſe Dominus non regat iudicium, nec habeat mandatum ad iurandum de calumnia in animam procuratoris quoad progreſſum, & proſequutionem iudicij. Cum igitur petens ſic iurari per principalemmet videatur petere ſibi ſatisfieri quo ad vnam partem tantùm iuramenti calumniæ, concernentem merita cauſæ, & rei controuerſæ naturam, ſatiſfactum petitioni videtur, ſi ſic addendo dicta verba, videlicet quod iurat ad ſatiſfaciendum petitioni, & importunitati partis aduerſæ, iuretur per procuratorem habentem legitimum, & ſpeciale mandatum ad iurandum in animam Domini.
68 †Quæri poſſet non ab re, ſi ſimpliciter petatur iurari de calumnia, & non addatur in animam cuius, an Domini, vel Procuratoris. Et ſi tali petitioni, vt præmittitur ſimpliciter factæ, ſimpliciter præſtetur iuramentum calumniæ, in cuius animam cenſeatur petitum iurari, & iuratum, in animam Domini, vel in animam procuratoris. Et prima fronte videtur dicendum, quod indefinite ſit petitum iurari de calumnia, & ſic videatur petitum iurari de calumnia tam à Domino, quàm à Procuratore; quia vterque iurare tenetur. Nam indefinita æquipollent vniuerſali, Franc. Curt. in l. legem, quam numero quarto, C. de Pact. Rebuff. conſil. 173. numero decimo, vt dixi capitulo decimoquinto. Vt breuitati ſtudens omiſſis Scholaſticis diſputationibus, quæ hinc inde proponi poſſent, meam ſententiam in medium proferam, dico quod intelligitur petitum iurari in animam procuratoris iudicium regentis, & quoad ordinatoria iudicij, & progreſſum, ac proſequutionem cauſæ. Et ſic iuratum etiam intelligitur, & rationes, quibus moueor
69 duæ potiſſimę ſunt. Prima ſumitur ex interpretatione

terpretatione verborum petentis iurari
decalumnia, quæ interpretatio ſemper
fieri debet contra talem petentem iurari
de calumnia, qui in tali dubia ſua petitio-
ne ſe fundat, l. veteribus. ff. de pactis, Ca-
gnol. in l. ſemper in obſcuris, numero 16.
ff. de regulis iuris, facit Rot. in vna Ro-
mana ſponſionum coram Illuſtriſſimo, &
Reuerẽdiſſimo Domino Cardinali Blan-
chetto tunc Rotę Auditore, die 30. Octo-
bris. 1587. verſicul. quarto quia, in manu-
70 ſcriptis. † Vbi voluit, quod interpretatio
verborum contractus fieri debet contra
eum, qui potuit apertius legem contra-
71 ctus dicere, & non dixit. † Et ibidem ha-
bes quis dicatur potuiſſe legem dicere
contractui; & quod in dubio interpreta-
tio fit pro obligato ad diminutionem ſuæ
72 obligationis. † Secunda ratio eſt, quia iu-
ramentum calumniæ plura capitula con-
tinet pertinentia ad ordinatoria, progreſ-
ſum, & proſequutionem iudicij, & cau-
ſæ, & ſic pertinencia ad officium procura-
toris, quàm capitula pertinentia ad meri-
ta cauſæ, & rei controuerſæ naturam,
& ſic concernentia iuramentum domini,
vt ſupra hoc eodem capitulo dixi, & ha-
betur ſupra capitulo ſecundo. Cum igi-
tur iuramentum calumnię contineat plu-
ra capitula concernentia procuratorem,
quam dominum, videtur dictum iuramẽ-
tum præualere in hoc, & ſic videtur in-
telligendum in eo ſenſu in quo præualet,
argum. l. quæritur, ff. de ſtatu hominum.
73 † Per quem text. voluit Foller. in Practic.
crimin. in ſecunda parte, verſic. capiat in-
formationem, numero vigeſimo ſecun-
do, quod ſi quis examinatur, vt principa-
lis quoad ſe, & teſtis quoad alios, debet
dari ei ſic examinato copia indiciorum,
ſicut datur reo principali inquiſito, quod
vtique non fit in teſte, ante torturam: quia
in eo, qui examinatur vt principalis quo-
ad ſe, & teſtis quoad alios pręualet illa ra-
tio principalitatis, vt Foller. vbi ſupra, &
facit idem ibid. in 3. parte, tertiæ partis,
verſicul. & ſi confitebuntur, numero 90.
74 † Et quod ſenſus in quo res præualet capi
debeat, & ſecundum illum intelligatur, cõ-
ferunt dicta in ſimilibus caſibus, quos ſe-
cundum diuerſitatẽ materię tradunt Bart.
in q. 15. verſic. incipien. ſecundo dic, quod
ad perfectionem, Anchar. cõſi. 384. nu. 4.
Vulpell. reſponſo. 34. num. 9. Herculan. in
tract. de caut. de non offenden. cap. 17. nu.
4. & argum. eorum, quæ habẽtur in l. eum
75 qui, §. ſi iniuriam, ff. de iniur. † Nec obſtat,
quod dicitur indefinita æquipollere vni-
uerſalibus; cum eadem ratio non repe-
riatur in iuramento calumniæ domini, &
in iuramento calumniæ procuratoris, vt
patet ex ſupradictis, & in capit. ſecundo;
& vbi non eſt eadem ratio; non habet lo-
cum dicta regula, quod indefinita æqui-
polleant vniuerſalibus, l. quæſitum, §. il-
76 lud, ff. de leg. 3. † Quam regulam etiã in di-
cto teſtis limitant Marius Anguiſol. conſ.
115. num. 2. vol. 1. Gaill. Pract. obſer. lib. 2.
obſeru. 108. nu. 7. & in eodẽ dicto teſtis, &
in inſtrumento limitat, & ibi quod non ha
77 beat locum, Marſil. ſingul. 171. † Et pluri-
bus modis limitat eam etiam Cagnol. in
78 l. prima, ff. de regulis iuris. † Alia adduci
poſſent pro, & contra hanc ſententiam
Scholaſtica argumenta, quæ alijs ſubti-
lioribus ingenijs diſcutienda relinquo, &
præmiſſis rationibus, quibus intellectus
acquieſcere videtur breuitatis gratia con
tẽtus ſum; & ſubiiceo tertiam rationem,
quæ maximè mouere debet, & ob quo-
rundam procuratorum Deum non timen
tium non pono. Ab ipſis enim, vt pluri-
mum omne malum in litibus prouenit,
protrahuntur lites, informantur teſtes,
diſtrahuntur domini principales litigan-
tes à veritate dicenda, & ſtimulantur ad
mendacia. Et ego noui Aduocatum, qui
nunc in inferno cruciatur, ſub cuius clien-
tela cum eſſet quidam litigans non pau-
per, ipſe Aduocatus dixit Procuratori
hic clientulus eſt bonus Pipio pro nobis
ideo ſciamus nobis illum conſeruare.
Et pro commodo, & vtilitate Aduoca-
ti, qui multos prouentus percipiebat in
informando deſuper in ſcriptis, & vi-
ua voce in omni minimo dubio, pro-
tractum fuit diu iuramentum ab aduer-
ſario petitum, & clientulus habitus pro
confeſſo, & ſpoliatus poſſeſſione, quæ
ab ipſo petebatur per aduerſarium, & per
hãc ammiſſionem poſſeſſionis clientulus
fuit effectus mẽdicus, & ſua domus one-
rata filiabus pulchris, & nubilis ætatis in
diſperſionem abijt, nec cauſam proſequi

valuit. Et vnum non prætermitto, quod
quidam, qui fauoribus tuebatur cauſam
dicti clientuli; videns eum debilitatum fa-
cultatibus, auſus eſt tentare honorem di-
cti clientuli, & ab ipſomet patre quæſiuit,
vt ſibi proſtituere vellet filias, aliàs ipſe
nolebat vlterius cauſam fauoribus tutari;
vnde clientulus interno dolore oppreſſus
occubuit. Ad hæc aliquando tales mali
homines adducunt clientulos. Noſco etiã
procuratorem adhuc viuentem, & non
timentem Deum, qui dixit procuratori
aduerſario, intelligo, quod noſtri princi-
pales tractant concordiam, & mihi diſpli-
cet, quia eſt cauſa vtilis pro nobis, & vel-
lem eam durare, & non concordari. Hæc
pauca poſui cõtra propriam voluntatem,
timens non offendere innumeros bonos
Aduocatos, & ꝓcuratores timẽtes Deũ,
quorum miniſterium per iſtos iniquos vi
ſuperatur; & calamus in ſe retinere noluit
ſperans, quod ſi aliquis talis legat hunc
librum, reſipiſcat, & recedat à via ſua ma-
la, & non expectet iudicium, quod ſequu-
tum eſt contra aduocatum prædictum, &
illum carnalem, qui cauſam fouebat fa-
uoribus: Ambo enim paulò poſt iudicio
euidenti Dei ignominioſè perierunt, &
hæreditas eorum ab extraneis in fruſta
ſciſſa, & dilapidata prorſus in inſtãti fuit.
Subiicco inquam hãc tertiam rationem,
quę maxime mouere debet, ad intelligen
dum, quod ſi petatur modo præmiſſo iu-
rari, & eodem modo iuretur, dicatur pe-
titum iurari, & iuratum in animam procu-
ratoris, à quo pendet omne malum, &
79 omne bonum in cauſa. † Ex quibus inſe-
ro ad vnum notabile, quod ſtantibus prę-
miſſis, ſi peteretur ſimpliciter, vt iurare-
tur de calumnia, intelligeretur petitum
iurari per procuratorem quoad ordina-
toria, progreſſum, & proſequutionem
iudicij, vt dixi: Cumque ad ſic iurandum
teneatur procurator in animam propriam
iurare, & procurator non indigeat aliquo
mandato ad iurandum in animam ſuam
propriam; ſequitur neceſſario, quod ſi pe-
tatur ſimpliciter de calumnia iurari, po-
terit etiam iurari per ſimplicem procura-
torem mandatum habente abſque aliquo
alio ſpeciali mandato, quia in animam
80 propriam iurat. † Idque etiam facere po-
teſt quilibet alius, qui comparere valet
alieno nomine, & ſine mandato, de qui-
bus aliqui ſunt deſcripti ſupra capitul. de-
81 cimo quinto. † Niſi forte peteretur iurari
cum aliqua clauſula, quæ ex ſui natura
eſſet apta comprehendere quamcunque
iuramenti calumniæ ſpeciem; vel cum
clauſula, *Omni meliori modo, &c.* Quia
iſto caſu virtute talium clauſularum cre-
derem non eſſe ſatisfactum petitioni; ni-
ſi etiam iuraretur in animam domini; vel
adderentur in iurando illa verba, Quod
iurat ad ſatisfaciendum petitioni, vel im-
portunitati aduerſarij; Et ſic impleretur
vtraque pars iuramenti calumniæ, videli-
cet, pars ſpectans ad dominum, & pars
82 ſpectans ad procuratorem. † Dixi ſupra
hoc eodem capitulo, numero 53. quod ſi
procurator recuſat iurare in animã pro-
priam, eius contumacia non præiudicat
domino: Quod certe non procederet, ſi
procurator recuſaret iurare in animam
domini quoad merita cauſæ, & rei con-
trouerſæ naturam; eius enim contuma-
cia domino præiudicaret, quia factum
procuratoris domino præiudicat text. in
l. ſi procurator, §. ſecundo, C. de procura-
tor. late Gaill. Pract. obſeruat. lib. primo,
obſeruat. 45. num. 1. & ſeq. & ſub num. 2.
dat rationem, quod dominus ſibi impu-
tare debet, quia talem procuratorem ne-
gligentem elegit, intellige tamen hoc, vt
83 dicam infra num. ſeq. † Et dicti procura-
toris ficta confeſſio prę iudicaret domino
in caſibus, in quibus eius vera confeſſio
præiudicaret domino, vt per Socin. in di-
cto cap. cum in cauſa, numero 40. in prin-
cip. vbi diſcutit hunc articulum, & remittit
ſe ad dicta per ipſum in titulis de confeſſ.
& de dolo, & contumac. & in verſic. deci-
mooctauo quæro, in fin. concludit, quod
proceſſus eſt nullus, & quod ſibi hæc opi-
nio placet. Quam ſententiam, quod pro-
ceſſus ſit nullus, ſi procurator ſit cõtumax
in non iurando duco veram non ſolùm,
quando procurator eſt contumax in non
iurando in animam domini, verùm etiam
quando eſt contumax in non iurando in
animam propriam requiſitus; Recuſat e-
nim iurare ſuper principalioribus capitu-
lis contentis ſub iuramento calumniæ, vt
84 pręmittitur. † Et huc tẽdunt dicta ꝑ Bal. in

l. qui

l. qui bona, §. ſi alieno nomine, nu. 2. ff. de damn. infec. vbi vult, quod ſi dominus releuatur ab onere præſtandi iuramentum calumniæ, ipſe procurator non debet dicto onere grauari, procedit enim dicta doctrina Baldi in iuramento præſtando in animam domini, quoad merita cauſæ, & rei controuerſæ naturam, à quo iuramento ſi dominus releuatur, vt ſunt multæ perſonæ, quas ponam infra capit. decimo octauo. Procurator etiam deberet releuari ab onere præſtandi tale iuramentum; & ſi non præſtaret, eius contumacia domino non præiudicaret. Nam quoad ordinatoria, progreſſum, & proſequutionem iudicij ſemper tenetur iurare procurator in animam propriam, vt dixi ſupra hoc eodem cap. nume. 48. ex Rota Mantuana, quæ in iſto caſu intelligi debet.
85 †Quid dicendum eſſet, ſi accideret caſus, quod duo eſſent procuratores conſtituti cum mandato legitimo, ſiue ſit mandatum generale, ſiue ſit mandatum ſpeciale ad certam cauſam, cum facultate tamen in vtroque mandato cōceſſa ad iurandum de calumnia, ſed non eſſent dicti procuratores conſtituti in ſolidum, & aliquis ipſorum recuſaret iurare, An dominus eorum habendus ſit pro confeſſo? Dic quod vnus procurator ſolus non poteſt de calumnia iurare, quia quando ſunt plures procuratores conſtituti nō in ſolidum, vnus ipſorum ſine alio nihil poteſt agere, capit. ſi duo procuratores, de procurator. in ſexto, Rota in vna . . . coram dicto Illuſtriſſimo, & Reuerēdiſſimo Blanchetto die Veneris decimo octauo Martij.
86 1588. in principio, in manu ſcriptis. † Et ſi vnus ipſorum iurat, alius non iurat debet procurare dominus, vt alius etiam iuret, & ſi hoc non efficiat, habebitur pro confeſſo dominus, quatenus ſit reus, ſed ſi eſſet actor dominus cadet à cauſa, & ab inſtituta actione, vt dixi ſupra capitul. decimoquarto, quia non ſufficit iuramentum vnius procuratoris, vbi plures ſunt non in ſolidum; & ille qui iurat ſolus perperam, & inutiliter iurat, & idem eſſet, ac ſi
87 iuratum non fuiſſet. † Paria ſiquidem ſunt aliquid non fieri, & perperam, vel inutiliter fieri, Bero. conſil. 180. nu. 10. volum. 3. Crot. conſi. 149. nu. 28. & conſi. 220. num.
88 58. volum. 2. † Et prædicta, quod dominus habeatur pro cōfeſſo intellige, ſi non vult iurare in animam ſui domini, & principalis, ille, qui recuſat iurare, ex pluribus procuratoribus; & de hoc dic idem, quod dixi ſupra capit. 15. in declaratione 43. de tutore, cum ſunt plures tutores dati. Nam ſi nollet dictus vnus procurator ex pluribus in animam propriam iurare, non poſſet dominus haberi pro confeſſo, ſed denegaretur audientia illi procuratori, qui recuſat iurare, vt dixi ſupra ex Gaill. in hoc cap. nu. 53. & 82. proceſſus tamen eſ-
89 ſet nullus, vt ſupra dixi nu. 83. in fin. † Quęrit etiam Gaill. d. obſer. 45. nu. 3. An contra negligētiam talium procuratorum, de quibus ſupra nu. 82. & 83. & 88. detur domino reſtitutio, & concludit, quod non: Ratioq; ab eo redditur, & eſt, quia habet dominus remedium ordinarium contra procuratorem negligētem, nimirū actionem mandati ad damna, & intereſſe per iura ibi à Gaill. adducta, quę tranſcribere
90 nolui breuitati conſulens. † Fallit tñ iſtud quando procurator non eſt ſoluendo ita, vt dominus agendo cōtra eum, via actionis damna, & intereſſe recuperare nō poſſet, quia tūc dominus reſtituitur, vt Gaill. d. obſer. 45. num. 3. pag. 86. col. 2. intellige tamen, quod reſtituatur quoad hoc, quod actor non cadat à cauſa, & reus non habeatur pro confeſſo, nō autem quoad validitatem proceſſus, quia proceſſus erit
91 ſemper nullus. † Et in ſimili dicit Gaill. dicta obſer. 45. nu. 7. quod non currit decendij ad appellandū terminus, niſi à die ſciētiæ domini de ſentētia lata, ſi procurator negligens fuerit ad appellandū, & dictus
92 procurator non ſit ſoluendo. † Superius vidimus, An procurator cū generali mandato ad omnes cauſas habēs tamen mandatum ad iurandum de calumnia deberet admitti ad ſic iurādum, & dixi ſub nu. 17. 18. 22. 28. admittendum ex communi cōſuetudine, vel obſeruātia. Videndum remanet nunc, an talis procurator cum generali mandato, & facultate iurandi de calumnia poſſit cogi ad iurandum de calumnia. Et prima fronte videtur dicendum, quod ſicut debet admitti, ſic etiam poſſit cogi ad iurandum de calumnia, & ſi non iurat dictus procurator, habeatur eius dominus pro confeſſo ſi eſt reus, vel cadat ab actione ſi eſt actor, vt dixi pau-

16 ante, & in capitulo decimoquarto, vt
ſeruetur æqualitas, quæ in iudicijs eſt
ſeruanda, l.ſi cum dies, §.ſi arbiter, in fin.
ff. de recept. arbitr. Speculat. in titul. de aſ-
ſeſſore, §. quinto, numero quarto, circa fi.
& in titul. de expenſis, §. ſexto, numero
vigeſimoſecundo, & dum diſcutio, An
procurator cogi poſſit ad iurandum de
calumnia, intelligo de procuratore, qui
mandatum acceptauit, non autem de eo,
qui mandatum non acceptauit, quia ne-
mo ad onus procurationis inuitus eſt tra-
hendus, vt dicam infra numero nonage-
ſimooctauo, prætcrquàm in caſibus, in
quibus ex officio datur, vt dixi ſupra nu-
mero quinquageſimoſexto, & ſequent.
93 † Ego autem contrarium ſentio, & quod
cogi non poſſit talis procurator habens
mandatum generale cum facultate iuran
di de calumnia. Nam certum eſt, quod
antiquitus nullatenus iurare licebat, nunc
verò reſolutum eſt, quod per procurato-
rem iurari poſſit ex capitul. final. de iura-
mento calumniæ, in ſexto, & dixi ſupra
numero trigeſimoquinto. Et ad hoc, vt
procurator poſſit iurare in animam dõ-
mini requiritur ſpeciale mandatum, nec
generale ſufficit, vt dixi ſparſim in ijs,
qui alieno nomine interueniunt in iudi-
cio, ſupra capitulo decimoquinto, & in
hoc capitulo, numero trigeſimoprimo, &
quadrageſimo ſecundo. Et ad proban-
dum, quod poſſit iurare de calumnia ta-
lis procurator cum mandato generali, &
poteſtate iurandi de calumnia, allegatur
conſuetudo, ſeu communis obſeruantia,
de qua dixi ſupra numero decimoſepti-
94 mo, & decimooctauo. † Quæ conſuetu-
do cum ſit contraria iuri, & textui expreſ-
ſo in Authentic. principales perſonæ, C.
de iureiurando propter calumniam, non
videtur attendenda, capitul. series tui, de
95 teſtibus. † Et iſta conſuetudo dicitur con-
tra ius, non quia placitis repugnet Docto-
rum, ſed quia repugnat expreſſo iuri, vt
in caſu noſtro, l. contra legem, ff. de legi-
bus, l. non dubium, & ibi Scribentes, C.
eodem titulo. Sed quia illam conſuetu-
dinem, vel obſeruantiam Doctores di-
cunt attendendam, vt ſupra dixi numero
decimoſeptimo, decimooctauo, nonage-
ſimotertio, & nos eandem obſeruandam
96 dicamus. † Doctores enim noſtri imitan-
tur aues, vt cum vna volat, aliæ ſequan-
tur, Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Do
minus Cardinalis Mantica in ſuo conſi-
lio poſt deciſiones Rotæ Bononien. ad
materiam, Authentic. præterea, C. vnde
vir, & vxor; quod edidit ante, quàm aſſu-
meretur à Sanctiſſimo Domino Noſtro
97 ad Cardinalatum, pagina mihi 313. † Et
vt ad rem veniamus dico, quod dubium
non eſt, procuratorem ſpecialem ad cer-
tam, & determinatam cauſam cum pote-
ſtate iurandi de calumnia poſſe cogi ad iu
randum, vt Socin. in dicto capitul. in per-
tractandis, numero trigeſimo ſeptimo.
98 † Dummodo tamen dictum mandatum
acceptauerit, quia non poſſet cogi, ſi man-
datum non acceptauit; nemo enim inui-
tus cogitur ad mandatum ſuſcipiendum,
l. inuitus, C. de procuratoribus, & dixi ſu-
99 pra numero nonageſimoſecundo. † Et ſi
talis procurator non iurat, ob eius contu-
maciam in non iurando dominus habebi-
tur pro confeſſo, vel cadet à cauſa, vt ſæ-
pe dixi ſupra hoc eodem cap. & in capit.
decimoquarto. Quod intellige, ſi recuſa-
100 ret iurare in animam domini. † Quia ſi nõ
iurat in animam propriam talis procura-
tor, eius contumacia domino non præiu-
101 dicat, vt dixi ſupra nu. 53. 82. & 88. † Du-
bium verò eſt, An poſſit cogi, quãdo pro-
curator habet generale mãdatum ad oẽs
cauſas cũ poteſtate iurandi de calumnia,
& iſtum caſum nec Socin. d. num. 37. nec
alius, quem viderim, tetigit in tali procu-
ratore generali. In quo dubio dicendum
exiſtimo, quod communis obſeruantia,
vel conſuetudo, quæ allegatur, & de qua
ſupra hoc eod. cap. nu. 17. 18. 19. 20. & 92.
Allegatur ad hoc, vt admitti debeat pro
ſuo principali, & domino abſente, & in
eius fauorem ſine ſpeciali mandato, & nõ
pro domino abſente, vel præſente, & in
102 eius damnum. † Ratione autem abſentiæ
multa conceduntur, vt Panormit. in c. cæ-
terum, nu. 7. in fi. de iur. calumn. & Soc. in
d. c. in pertractandis, nu. 29. in fin. vbi latè
hanc materiam, ſed nõ admodũ explicitã
103 habes. † Si igitur eſt inductũ ad fauorẽ do-
mini abſentis ex præcitata conſuetudine,
& obſeruantia, vt admittatur talis procu-
rator generalis cum mandato ad iuran-
dum de calumnia, retorqueretur in eius
odiũ, ſi poſſet in cõtumaciã talis procurato-

tis Dominus puniri, & haberi pro con-
feſſo, vel cadere à cauſa, & inducta ad
fauorem in odium non debent retorque-
ri. Panormitan. in capitul. intelleximus nu-
104 mero quarto, extra. De iudicijs. † Præ-
terea ſunt termini diuerſiſſimi dicere, ta-
lem procuratorem cum mandato gene-
rali, & facultate iurandi de calũnia admit-
ti ad iurandũ de calũnia, & dicere talẽ pro-
curatorẽ cogi ad iurãdũ de calũnia poſſe:
admittitur enim volẽs, cogitur autem in-
uitus. Conſuetudo, vel obſeruancia, quæ
allegatur, ex ſupradictis, ſuper eo alle-
garur, quod debet ad iurandum admit-
ti talis procurator generalis cum faculta-
te tamen iurandi de calumnia inſerta in
mandato generali; ergo ex eo inferri nõ
poteſt, quod cogi poſſit, ex diuerſis enim
non fit illatio, l. Papinianus, ff. de mino-
105 ribus. † Et quamuis lippis, & tonſoribus
pateat iſtos terminos eſſe diuerſos, id e-
tiam probare iuuat ex Socin. in dicto ca-
pitulo, in pertractandis, numero trigeſi-
moſeptimo, in fin. vbi Socin. non ſolum
oſtendit eos diuerſos, ſed etiam contra-
» rios ſub his verbis, videlicet, Et pari ra-
» tione, ſicut iudex neceſſitatur admittere
» talem procuratorem, Ita per contrarium,
» ſi habet ſufficiens mandatum poteſt com
» pelli per iudicem ad iurandum, nec appel
» latio eum defendit. Quæ authoritas So-
cin. videtur prima fronte contra nos, ſed
non eſt contra nos, cum ibi ipſe tractet
de procuratore ſpeciali, nos autem lo-
quimur de procuratore cum generali mã
106 dato. † Non obſtat, quod æquum videa-
tur, vt ſi talis procurator cum mandato
generali vult admitti ex conſuetudine, &
obſeruantia ſupra poſita, debeat etiam
poſſe cogi. Quoniam ratio, cur eſt in-
ducta talis conſuetudo, ſeu obſeruantia,
vt admittatur procurator cum mandato
generali, & non requiratur ſpeciale eſt,
quia per dictam Authenticam, principa-
les perſonæ, ſoli principales iurabant per
ſe. Deinde ſuperuenit capitul. fin. de iu-
ramento calumniæ, in ſexto, in quo per-
mittitur, vt procurator cum ſpeciali man-
dato ad certam cauſam poſſit iurare de
calumnia, & ſic per dictum capitul. fin.
derogatum eſt rigori dictæ Authent. Po-
ſtea opiniones Doctorum, vel notario-
rum, qui actis præerant iudicialibus nul-
lo dato certo authore, induxerunt quan-
dam conſuetudinem, & obſeruantiam,
vt ad iurandum de calumnia admittere-
tur etiam procurator cum mandato gene-
rali pro abſente, dummodo talis procu-
rator haberet facultatem iurandi de ca-
lumnia, & ſic ſunt moderati magis rigo-
rem dictæ Authent. ad effugiendas pœ-
107 nas non iuranti impoſitas. † Quandoqui-
dem ſi iuraretur cum non legitimo man-
dato, haberetur ac ſi iuratum non eſſet,
vt de mente Caſtren. voluit Socin. in di-
cto capitul. in pertractandis, numero tri-
geſimoſeptimo, & ſic incurrerentur mul-
tæ pœnæ impoſitæ nõ iurantibus, de qui-
bus egi ſupra capitulo decimoquarto, &
agam infra capitul. vigeſimoprimo. Ex
quibus elicitur, quod dum talis procura-
tor cum generali mandato, & facultate
iurandi de calumnia admittitur ad iuran-
dum pro Domino abſente tractatur de
vitando damno pœnæ incurrendæ. Dum
108 † verò tentatur de illo cogendo, accidit
contrarium; Nam ſi talis procurator cum
generali mandato, & facultate iurandi
poſſet cogi ad iurandum, poterit certe
iudex declarare, renuentem iurare ceci-
diſſe à cauſa, & actione, ſi actor eſt, &
ſi eſt reus, ipſum haberi pro confeſſo.
Vnde conſtat, quod reſpectu petentis
cogi talem procuratorem tractatur de lu-
cro captando actu, vel ſpe; reſpectu ve-
rò illius, cuius procuratorem generalem
cogi petitur, tractatur de damno vitan-
do, vt ſcilicet non cadat à cauſa, vel non
109 habeatur pro confeſſo. † Et quando ab
vna parte tractatur de lucro captando, ab
alia de damno vitando, fauorabiliores
eſſe debemus illi parti, quæ de damno vi-
tando agit, quàm illi, quæ agit de lucro
110 captando. † Hinc dixit quidam Neoteri-
cus Germanus conſil. nonageſimo quar-
to, numero ſexageſimo, parte ſecunda,
quod pro damno vitando fauorabilior
eſt cauſa rei, quàm actoris per l. genera-
liter, in princip. C. de inſtitutio. & ſubſti-
111 tution. † Et ſimiliter licet ignorantia iuris
non excuſet in lucris captandis, vt ex De-
ci. in l. iuris ignorantia, numero tertio, C.
qui admitti, Tiraquell. de retract. lignag.
§. 8. Gloſ. 8. nu. 22. Bellon. conſi. ſeptuage-
ſimoquarto, num. vigeſimoſeptimo. Ta-
112 men † in damno vitando talis ignorantia

excuſat, vt per Dyn. conſil. quinto, nu-
113 mero duodecimo. † Et in ſpecie, quod
ruſticum nõ excuſet talis ignorantia, cum
agit de lucro captando, eſt Annotatio
Siracc. ad Crauett. conſil. ſecundo, nu-
114 mero vndecimo. † Licet ruſticum excu-
ſet, cum agit de damno vitando, vt per
Cæpoll. conſil. quinquageſimoſexto, nu-
115 mero decimo, in ciuilibus. † Præterea fa-
cit, quod de teſtibus dicitur, vt creda-
tur potius deponentibus pro damno vi-
tando; quam pro lucro captando ex Ro-
ta in vna Romana ſocietatis officij, die
decimonono Ianuarij. 1583. in fin. quam
refert Boccacc. de ſocietat. offic. numero
centeſimo octuageſimo quarto, & ſex-
centa ſimilia exempla adduci poſſent, in
quibus debet illis fauERI magis qui tra-
ctant de damno vitando, quàm illis, qui
116 tractant de captando lucrum. † Nec dica-
tur, quod iſti duo termini Admitti, &
cogi ſint contrarij, vt ſupra ex Socino
probaui, & ideo debeat idem ius in co-
gendo conſtitui, quod in admittendo ta-
lem procuratorem, ſtatutum eſt, Cum
contrariorum eadem ſit diſciplina ad Ce-
phal. conſil. ducenteſimo nono, numero
nono, libro ſecundo; quia reſpondetur.
117 † Quod iſtud axioma fallit, quando con-
trariorum eſt diuerſa ratio, vt ex præmiſ-
ſis eſt in caſu noſtro, Bartholom. Romu-
leus in commentr. rubric. de acquirenda
poſſeſſione, numero decimoſexto, & vi-
118 geſimoſecundo. † Ex quibus concludo,
quod in caſu noſtro ſtatuẽdum eſt etiam,
vt cogi non poſſit ad iurandum de calum-
nia talis procurator cum mandato gene-
rali, & facultate iurandi de calumnia ad
euitandum damnum, ne ſcilicet dominus
eius cadat ab actione inſtituta, ſi eſt actor,
vel habeatur pro confeſſo, ſi eſt reus ob
eius contumaciam, vt ſupra hoc eodem
capitulo, & in capitulo decimoquarto di-
119 xi. † Maxime autem in hanc ſententiam
deſcendi illectus authoritate Socin. in ca-
pitulo, veniens, numero ſexageſimono-
no, verſiculo, ego arbitror, de accuſa-
tion. ibi: Vbi vult, quod ſi procurator tan-
quam procurator, vult venire ad plenam
defenſionem ita, vt per eius dictum, fa-
ctum, vel neglectum plene præiudice-
tur domino, illo caſu non ſolum requiri-
tur ſpeciale, ſed ſpecialiſſimum manda-
tum, præſertim ad actus, qui de ſui na-
tura requirerent mandatum ſpeciale,
prout eſt iuramentum calumniæ, & re-
120 ſpondendum poſitionibus. † Aut procu-
rator vult venire, vt ſimplex defenſor,
quia vult eſt abſentes à quocunque de-
fendi: & tunc debet admitti, etiam ſine
mandato, non tantum cum mandato ge-
nerali. Et ibi Socin. ſubdit multa ſupple-
ri poſſe per iudicem in fauorem abſentis,
& ad eius defenſionem, quæ non per-
mitterentur, ſi non ageretur de eius fa-
uore, ſed de præiudicio; & concludit,
quod vbi poteſt abſenti afferri præiudi-
cium plenum per factum, dictum, aut
neglectum procuratoris, debet procura-
tor habere mandatum ſpeciale; præſer-
tim, ſi per factum, dictum, aut negle-
ctum procuratoris incideretur in pœnam,
prout eſt in caſu noſtro, in quo per ne-
glectum procuratoris caderet actor ab a-
ctione, & reus haberetur pro confeſſo;
quia in ſimilibus pœnalibus requiritur ſpe
ciale mandatum, vt Socin. dicto numero
121 ſexageſimo nono. † Et dicta conſidera-
tio, An per tale iuramentum poſſit affer-
ri præiudicium domino, ſi habet locum
in actore, & in admittendo eius procu-
ratore generali ſine ſpeciali mãdato, cum
facultate tamen iurandi de calumnia; &
quod poſſit admitti, quia non cogitur de
eius magno præiudicio, vt concludit Pa-
normitan. in capitulo, cæterum, numero
ſeptimo, in fin. & Socin. in dicto capitu-
lo, in pertractandis, numero vigeſimo-
122 nono, ante fin. † Multo fortius debet ha-
bere locum in reo, quia eſt actore fauo-
rabilior; Boer. conſil. trigeſimo, nume-
123 ro octauo. † Si igitur conſideratio, quod
afferri non poſſit præiudicium domino,
facit admitti ſimilem procuratorem acto-
ris cum generali, & ſine ſpeciali manda-
to ex citata doctrina Socin. & Panormi-
tan. & id ex prædictis extẽditur ad reum.
124 † Arguendo nunc à contrario ſenſu, quod
argumentum à contrario ſenſu rectè ſu-
mitur à doctrinis Doctorum, vt videtur
innuere Ioannes de Garronibus in Au-
thentic. ex teſtamento, numero decimo,
ante fin. verſicul. ex quibus concludo, C.
de ſecundis nuptijs, & de communi te-
ſtatur Viuius libro primo, opin. ſeptua-
geſimaprima, numero decimo. Dicere

poſſumus.

poſſumus, & debemus, quod vbi afferri poterit præiudiciũ domino talis procurator non admittitur. † Aſſumendo nunc
125 iſtud proxime dictum, quod procurator cum generali, & non ſpeciali mandato cum facultate tamen iurandi de calumnia quando præiudicium poteſt domino afferre non debet admitti, ergo à fortiori multo minus cogi debet, licet dicti duo termini ſint diuerſi, immo contrarij, vt videtur innuere Socin. relatus ſupra numero centeſimo quinto, & de vno ad aliud non recte inferri poſſe dixerim, numero centeſimoquarto, & ſequen. In caſu noſtro fieri poterit de vno ad alium inferendo, quia eadem ratio præiudicij militat in vtroque, videlicet, tam in admittendo, quàm in cogendo, & vbi militat eadem ratio, debet eſſe eadem contrariorum diſciplina, Bartholom. Romuleus
126 vbi ſupra numero decimoquinto. † Cum vbi militat eadem ratio debeat militare eadem iuris diſpoſitio, Rota in vna Romana de Incoronatis, die vigeſimooctauo Iunij, 1577. in fin. coram Aldobran-
127 dino nunc Summo Pontifice. † Quod eadem ſit ratio vtriuſque in caſu iſto probatur ex eo, quod dum dico, quando talis procurator generalis poteſt præiudicium afferre non debet admitti, pono futurum euentum poſſe eſſe dubium, & quòd poſſit, vel non poſſit parare præiudicium, & ideo non admittitur. Dum dico talem procuratorem poſſe cogi ad iurandum, licet non ponam illam orationem, *quando poteſt afferre præiudicium*, intelligitur ex natura verbi; nam qui cogitur iurare, ſi iurat euitat pœnas eius domino, non iuranti impoſitas; ſi verò non iurat, non ſolum non euitat pœnas prædictas, verum illas incurrit, & ſic apparet rationem futuri euentus in vtroque caſu
128 præmiſſo dubij eandem eſſe. † Sed non itidem dicitur in alio caſu dum ſupra numero centeſimo decimoſexto arguebatur, quod idem ius ſtatuendum eſſet in cogendo, quod in admittendo. In admittendo enim nullus poteſt eſſe dubius futurus euentus, non enim poteſt incurri aliqua pœna, qui enim admittitur ſemper iurat, & ſic euitat pœnas prædictas; qui verò cogitur non ſemper euitat pœnas præfatas, vt dixi proximè; & ſic ille, qui admittitur priuatus eſt potentia parandi præiudicium, ille autem qui cogitur habet potentiam reducibilem ad actum aſ-
129 ferendi præiudicium. † Nec releuat dicere, quod Socin. in dicto capitul. veniens, in citato numero ſexageſimonono, loqui videatur in criminalibus, & ideo non eſſe inferendum ad ciuilia; quia ſi per dictam Socin. doctrinam habemus deciſum caſum in criminalibus, ex ea inferri poteſt ad ciuilia, cum criminalia iudicia ad inſtar ciuilium redigantur: Maxime quia iſto caſu militat eadem ratio præiudicij in ciuilibus, quæ in criminalibus, & ideo debet militare eadem iuris diſpoſitio, l. à Titio, ff. de verborum obligationibus, l. illud, ff. ad legem Aquiliam, & dixi ſupra
130 numero centeſimo vigeſimoſexto. † Accedat prædictis, quod ſi dicta obſeruantia, ſeu conſuetudo admittendi ad iurandum de calumnia talem procuratorem cum mandato generali, & facultate iurandi de calumnia, ad illum caſum cogendi talem procuratorem ad iurandum extenderemus, daremus anſam fraudibus: Nam poſſet aliquis actor aſtutus conuenire talem procuratorem cum generali mandato, & de cauſa non informatum, & ipſum imparatum vrgere ad iurãdum; qui nollet veluti de cauſa, & de eius meritis non informatus iurare incaute, & imparatus ad iurandum accedere; præſertim perterritus ex quo poſſet criminaliter cauſa cognoſci, ſi calumniaretur, vt dicam infra capitul. vigeſimotertio, & in dicti procuratoris iurare nolentis contumacia poſſet declaratoriam obtinere, vt habeatur Dominus pro confeſſo, ſi eſt reus, & quod dico de reo, dico etiam de actore, & hominum malitijs non eſt indulgendum, l. in fundo, §. cenſuimus, verſicul. neque malitijs, ff. de rei vendicatio. ſed illis obuiandum eſt, capitul. ſedes, de
131 reſcriptis. † Præterea ſimiles procuratores cum mandato generali ſolent, vt plurimum conſtitui, & à dominis non informantur de omnibus cauſis, quia impoſſibile eſſet dominos prouidere poſſe omnes lites ipſis mouendas ab aduerſarijs, & ſic dicti procuratores ignorant cauſas, vt plurimum, & de meritis cauſarum non informati ſunt, quare etiam ſi tales procuratores vellent iurare de calumnia, eſſent

ſent reijciendi, & non admittendi; cum
perſonæ, quæ coguntur iurare debeant
eſſe idoneæ, & de cauſa informatæ, ne
ancipites cogantur ſubire periurium, vt
tradit Panormitanus in dicto capitulo cę-
terum, numero ſeprimo, pauloante fin.
& ibidem Socin. numero quinquageſi-
mo, in fin. & in dicto capitulo, in pertra-
ctandis, numero vigeſimonono, paulo
132 ante fin. vbi id late diſcutit. † Poſtremò
ſupra dixi numero decimoquinto, ex So-
cin. cui nunc addo Gaillaula dicta deci-
ſione octuageſimatertia, numero tertio,
quod mandatum generale cum faculta-
te iurandi de calumnia, intelligitur in
cauſis iuſtis iurare poſſe; ſi igitur cauſa
eſſet iniuſta dominum non ligaret; quod
de facili accidere poſſet, ſi cogere veli-
mus ad iurandum procuratores cum mã-
dato generali; quod non accidit in pro-
curatore habente ſpeciale mandatum, is
etenim dominum ligaret iurando etiam
133 in cauſis iniuſtis. † Quæ omnes rationes
judicio meo ſatis vrgent ad concluden-
dum, quod procurator cum mandato ge-
nerali, & facultate iurandi de calumnia
134 non poſſit cogi ad iurandum. † Prout di-
xi ſupra, numero nonageſimo ſeptimo,
poſſe cogi procuratorem, qui habet ſpe-
ciale mandatum ad certam, & determi-
natam cauſam, qui procurator cum ſpe-
ciali mandato, & facultate iurandi cogi
põt', nec appellatio eum defendit, vt So-
cin. in dicto capitulo, in pertractandis, nu-
mero trigeſimoſeptimo, in fin. ſicut vide-
re eſt in eius doctrina tranſcripta ſupra,
135 numero centeſimoquinto. † Non obſtat
præmiſſæ concluſioni, in qua dicitur ta-
les procuratores cum mandato generali,
& facultare iurandi de calumnia cogi nõ
poſſe ad iurandum de calumnia, Socin. di-
cto numero trigeſimoſeptimo, vbi vide-
tur tenere, procuratorem poſſe cogi, quia
ibi Socin. loquitur de procuratore haben
te mandatum ſpeciale ad certam, & de-
terminatam cauſam cum facultate iuran-
di de calumnia, vt dixi ſupra dicto nu-
mero centeſimoquinto, qui procurator
cum mandaro ſpeciali cogitur etiam re-
mota appellatione, vt proxime dixi. Ne-
que obſtat, ſi obijciatur, quod cum quis
cogitur ad iurandum de calumnia, nul-
lum poreſt præiudicium afferre ſuo do-
mino, quia dum cogitur ad iurandum,
iurat, & ſic non incideret eius dominus
in pœnas impoſitas non iurantibus: Nam
ſi non iuraret non diceretur cogi ad iu-
randum, in ſua enim voluntate eſt ſi vult
iurare, vel non iurare; Dixi enim ſupra
capitulo decimoquarto, quod ſi aliquis
nolit de calumnia iurare, non poteſt ad-
uerſarius dicere, ſe non eſſe contentum,
vt recuſans iurare declaretur incidiſſe in
pœnas recuſantibus iurare impoſitas, ſed
velle, quod præciſe cogatur renuens ad
iurandum, vnde patet, quod cogi non
136 poteſt. † Quia reſpondeo litigantes om-
nes obligatos eſſe ad iuramentum calum-
niæ non ſimpliciter, & præciſè, ſed al-
ternatiuè, videlicet, ad iurandum de ca-
lumnia, vel cadendum in pœnas impo-
ſitas recuſantibus iurare, dum ego dico
cogi poſſe ad iurandum de calumnia, in-
telligo illud verbum, *cogi*, ſub illa alter-
natione, quod non iurando cadat à cau-
ſa, & non intelligo præciſè ad iurandum.
137 † Verba enim debent intelligi ſecundum
ſubiectam materiam, Gozadinus in re-
petitio. l. is apud quem, numero decimo-
quinto, C. de eden. Cephal. conſil. vige-
ſimoquinto, numero decimonono, libro
primo. Etiam ſi contingeret verba im-
propriari, Decius in l. prima, numero de-
138 cimotertio, C. qui admitti. † Et ideo di-
xit Tiraquell. in tracta. de iur. conſtit. par-
te tertia, limitatio. ſeptima, numero trige-
ſimoſexto, quod ſi in materia de ſui natu-
ra alternatiua addatur iuramentum, di-
ctum iuramentum appoſitum intelligitur
etiam alternatiuè, & non obligat præci-
139 ſe ad vnum. † Et eſt in electione iurare
debentis vel iurare, vel cadere in pœnas
impoſitas recuſantibus iurare, alternati-
uæ enim electio regulariter eſt debitoris,
text. in l. plerunque, in fine, ff. de iure do-
tium, & ibi Gloſ. in verbo, electio, capi-
tulo vltimo, §. finali, & ibi Gloſ. in verbo,
cauſa plus petitur, de plus petition. l. non
vtique, ff. de eo quod certo loco, §. ſi quis
agens, verſiculo, huic autem, qui loco, vbi
Angelus numero tertio, Ioann. Fab. nu-
mero octauo, Miſingerus numero tertio,
Inſtitut. tit. de action. Vbi habetur, quod
qui petit præciſe vnam alternatiuæ par-
tem contra debitorem obligatum alter-
140 natiuè, dicitur præciſe plus debito. † Et

propterea

propterea dixi ſupra capitul. decimoquar
to, numero quinquageſimooctauo, &
repetij in hoc capitul. numero 135. in fin.
quod petẽs de calumnia iurari nõ poteſt
obtinere, vt aduerſarius præciſe coga-
tur ad iurandum de calumnia dicetur tñ
cogi præciſe intentionaliter, & quoad in-
tentionem petentis iurari, ſed effectuali-
ter præciſe non poterit cogi ad iurandum.
141 † Solet inſuper accidere, quod aliquis
conſtituatur procurator nulla expreſſa cer
ta cauſa, *ſed generalis, & ſpecialis ita,
quod ſpecialitas generalitati, nec è con-
tra deroget*, & dubitari poſſet, An iſtud
mandatum debeat dici generale, vel ſpe-
ciale. Dico quod tale mandatum eſt ge-
nerale, licet, vigore dicti mandati poſ-
ſit comparere in quibuſdam certis cauſis,
in quibus fungetur vices mandati ſpecia-
lis; Nam attenditur id, quod principaliter
agitur, non autem id, quod in conſequen-
tiam venire poteſt, Socin. in dicto capi-
tul. veniens numero decimotertio, ver-
ſic. pro hoc facit, & hic agitur principali-
ter de mandato generali, non de man-
142 dato ſpeciali. † Dicitur autem mandatum
ſpeciale illud, quod à principio, quo fit
eſt ſpeciale ad certam cauſam, etiam an-
143 te, quàm ad actum redigatur. † A primor-
dio enim tituli poſterior formatur euen-
tus. Aymo conſil. 106. numero decimo,
Crot. conſil. qudrageſimo, numero deci-
moquarto, libro primo, Anchar. conſil.
144 vigeſimoſexto, numero finali. † Sed il-
lud mandatum conceptum ſub præmiſ-
ſo generali modo, *ita quod ſpecialitas
generalitati, nec è contra deroget*, ſem-
per erit generale, donec eo vtatur pro-
curator in certa cauſa, & ad actum redu-
catur, & quando ad actum erit reductum
dicetur mandatum ſpeciale vigore dictæ
clauſulæ ſpecialis, & ſic ante applicatio-
nem ad actum, & ante factum erit gene-
rale, poſt applicationem ad actum, &
certam cauſam, & ex poſt facto dicetur
ſpeciale, & operabitur ſpecialitatem per
applicationem in illis caſibus, in quibus
mandatum ſpeciale non requiritur, ſed
ſufficit generale. Et hoc modo illa clau-
ſula ſpecialis in tali mandato generali ap-
poſita non videbitur ocioſa, ſed poſita
145 ad bene eſſe, non ad neceſſitatem. † Si au-
tem mandatum non haberet in ſe dictam
clauſulam ſpecialem ſemper dicetur man
datum generale ante applicationem, &
poſt applicationem certæ cauſæ, & de-
terminatæ, nec poterit per applicationem
dici mãdatum generale; quoniam in man
dato nihil eſt, quod arguat ſpecialitatem,
& à primordio tituli poſterior formatur
146 euentus, vt dixi numero 143. † Idemque
dico de illa clauſula, quæ apponi ſolet
in mandatis generalibus, *etiam ſi talia
forent quæ mandatum exigerent magis
ſpeciale*, quam nihil operari credo ad red-
dendum mandatum ſpeciale, ſi manda-
tum ex ſe ſit generale, & ſit conſtitutus
procurator generalis tantùm, & non ge-
neralis, & ſpecialis ſimul, quia dicta clau-
ſula eſt comparatiua ſine poſitiuo ſpeciali
in mandato, & ſine aliqua cauſa ſpeciali
in mandato expreſſa; Alias quoad illam
cauſam certam, quæ in mandato expri-
meretur, diceretur mandatum ſpeciale,
reſpectu enim diuerſarum perſonarum
in mandato expreſſarum dicuntur diuer-
ſa capitula, & mandatum procuratorium
diuidi poteſt, vt dixi ſupra numero vige-
ſimoquinto, & vigeſimoſeptimo. Et ſi
nullum poſitiuum ſit in mandato, vtique
nihil operabitur dictum comparatiuum,
quia præſupponit, vt dixi poſitiuum, ita
Plot. conſil. trigeſimoquinto, numero de-
cimo, vbi eleganter vult non irrogari in-
iuriam Titio, ſi Caius ei dicat, ſe Caium
eſſe nobiliorem, vel probiorem Titio,
quia præſupponit Titium nobilem, &
147 probum. † Hinc dixit Proſper Paſethus
conſil. 194. numero quadrageſimoſecun-
do, quod ſi in reſcripto narratur compa-
ratiuum, cuius poſitiuum non ſit verum,
redditur reſcriptum ſubreptitium. Sed
reiectis iſtis ad opportuniores occaſiones
148 & veniendo ad rem noſtram. † Si procu-
rator habens generale mandatum cogi
non poterit ad iurandum de calumnia,
quid agendum erit pro cauſæ expeditio-
ne? dic, quod ſi talis procurator conſti-
tutus ſit generaliter ante motam litem,
tunc debeat citari ipſemet Dominus ad
iurandum de calumnia, & conſtituen-
dum procuratorem reperibilem, & acce-
ptantem, qui citari poſſit cum legitimo
mandato, & ſpeciali cum facultate iuran-
di de calumnia, & comparendi legitime
actiue, & paſſiue in omnibus actibus re-
quirentibus

quirentibus ſpeciale mandatum, & illos
explicandi, & ad omnes, & ſingulos alios
actus deſuper neceſſarios, & opportunos,
etiam ad ſententiam quancunque decla-
ratoriam, & diffinitiuam, incluſiue, &
vſque ad totalem cauſæ expeditionem;
Alias videndum decerni proceſſum per
affixionem ad valuas Curiæ, Aciei Cam-
pi Floræ, per contradictas, edicta, om-
149 niq́ue alio meliori modo &c. † Aut con-
ſtiutus eſt talis procurator cum manda-
to generali poſt dictam litem motam, &
cæptam cum ſuo domino principali, qui
poſt dictam litem cæptam receſſit. Et
tunc aut agitur via exequutiua, aut via
ordinaria. Vtroque caſu ſi eſt cognitus
curſoribus committuntur diligentiæ, pro-
ut habens apud Vantium in tract. De nul-
litat. in titul. de nullitat. ex defect. citationis
contra ipſum dominum, & pro abun-
dantiori cautela ad effugiendos ſcopulos
litis, citetur etiam vnico contextu cum
clauſula tamen (quatenus ſit legitimus
procurator) talis procurator cum generali
150 mandato. † Idemq́ue agendum eſſet, ſi do-
minus moraretur in Curia, nec copiam
ſui faceret, vt citari poſſet, ſed latitaret.
151 † Et ſi citatio emanare deberet ad citan-
dum extra Curiam, vide Veſtr. in Pract.
libro quarto, capitul. ſecundo, & tertio,
152 & ibid. Grauat. in addit. † Et ſi citatus ſic
non comparuerit, neque conſtituerit pro-
curatorem reperibilem, & acceptantem;
decernetur proceſſus modis comminatis,
citando etiam ſemper talem procurato-
rem cum generali mandato ad maiorem
153 cautelam cum clauſula prædicta. † Qui
proceſſus eo magis ſubſiſteret, ſi ille qui
agit, & citare intendit, iurat ſuper abſen-
tia aduerſarij, & deſuper duos teſtes ſum
marie examinat: Quia proceſſus per con-
tradictas, & edicta non conceditur, niſi
154 per abſentiam citandorum. † Et idem ſer-
uabitur etiam contra procuratorem cum
ſpeciali mandato, qui ſe abſentaret, aut
155 latitaret. † Nec ſufficienter abſentia pro-
batur iuramento, ſicut de non tuto acceſ-
ſu voluit Veſtr. in Pract. libro quarto, ca-
pitul. ſecundo, & tertio, Vant. vbi ſupra
156 numero 126. 127. 128. † Et prædicta pro-
cedunt, quando ille, qui citandus eſt, non
habet in vrbe domicilium, quia ſi in Vr-
be domicilium habet, debet in ſuo do-
micilio citari, & ſi citatio eſſet talis, quod
perſonalis requireretur fieri, vt de cauſis
commiſſarijs dicam infra, tunc commit-
tuntur diligentiæ etiam ſi domicilium in
157 Vrbe habeat. † Quando autem neſcitur
vbi ſit ille, qui citandus eſt, dabitur cura-
tor eius bonis, & ipſe curator iurabit de
calumnia, vt dixi ſupra capitul. decimo-
quinto, in declaratione quadrageſima-
quarta, numero 297. & ſequent. & con-
tra cum cauſa integra proſequetur. Nec
obſtat Socin. in dicto capitul. in pertra-
ctandis numero vigeſimonono, vbi id
late diſcutit: Quia procurator à domino
relictus non habet legitimum manda-
tum. Et ſi haberet legitimum mandatum
ſaltim generale cum facultate iurandi de
calumnia, & vellet iurare, vtique eſſet
admittendus ex communi obſeruantia
ſupra citata & prout etiam tradit Barth. in
dicta l. ſecunda §. ſin autem, numero
quinto, & ſequitur Panormit. in capitul.
cæterum numero ſeptimo, de iuramen-
to calumniæ non tamen cogi poſſet, vt
dixi. Sed in omni caſu citarem ét illũ procu-
ratorẽ relictum à domino vna cum dicto
curatore bonis dato, vt dixi ſupra nume-
ro 49. & quinquageſimo ſecundo. Et
ad Bartholom. Socin. in reg. 207. fallent.
prima idem reſpondetur, quod ſupra di-
ctum fuit de Marian. Socin. vbi ſupra
158 proxime. † Poſtquam cum occaſione iu-
ramenti calumniæ aggreſſi ſumus mate-
riam citationis, ante, quàm ad noſtrum
iuramentum reuertar, monitum te in fo-
ro tironem eſſe velim, quod ſi in cauſa,
quæ agitur, non proceditur exequutiue,
prima citatio debet eſſe perſonalis ad A-
lex. conſil. ſecundo, numero ſecundo, li-
bro 3. Tiraq. q̃ plura in id cumulat, de re-
tract. lign. §. nono, Gloſ. ſecunda, nu-
mero quadrageſimoquarto, & præſer-
tim prima citatio poſt litem conteſtatam,
vt voluit Roman. conſil. 454. numero qua
159 drageſimoſecundo, libro ſecundo. † Et ſi
cauſa eſſet commiſſaria, citationes in ea,
debent eſſe perſonales omnes, vt elici-
tur ex Pero. conſil. quadrageſimoſecun-
do, numero quadrageſimo ſecundo, li-
bro tertio, & hoc ſeruatur in Cur. Rom.
innumera non extra propoſitum inſeri
potuiſſent notabilia in materia citationis,
ſed conſulto ea relinquo breuitati conſu-
lens

lens, & ad noſtrum iuramentum rediens
160 dico. † Quod ſi procurator habet legitimum mandatum ad iurandum, ac ſpeciale, & non iurat, & ob eius contumaciam dominus patitur aliquod damnum & intereſſe, ipſe procurator de ſuo tenetur, vt dixi ſupra capitul. decimoquinto, in declaratione quadrageſimatertia, & in eodem capitul. decimoquinto, numero 425. De adminiſtratore, & tenebitur domino actione contraria mandati an autem domino conceda tur reſtitutio aduerſus talem negligentiam procuratoris dic, vt poſui ſupra numero octuageſimoſecundo, octuageſimotertio, octuageſimooctauo, nonageſimo, ſi tamen Procurator ſciebat ſuum dominum bonam cauſam fouere. Quia † ſi ſciret malam cauſam
161 fouere, non debet iurare; quoniam pro nullo homine debet falſum dicere, vel iniuſtitiam facere, Socin. in dicto capitul. cum in cauſa numero vigeſimoſecundo.
162 † Si vero non ſciuit an ſuus principalis haberet bonam, vel malam cauſam, & ſimiliter teneri credo, quia ex quo mandatum acceptauit debebat cognoſcere de iuſtitia cauſæ, & de illa ſe informare.
163 † Cum paria ſint ſcire, & ſcire debere, Gaill. de Pace publica capitul. primo, numero vndecimo. † Præſertim tenebitur,
164 quia dominus mandando pro ſe iurari de calumnia in tali cauſa ſpeciali præſumitur habuiſſe iuſtam cauſam cum alias dictum mandatum ad iurandum de calumnia includeret delictum, & in dubio actus præſumi debet excluſiuus delicti non incluſiuus, Cephal. conſil. 363. numero ſecundo libro ſecundo. † Ex parte etiam pro
165 curatoris cum mandato ſpeciali præſumitur, quod dominus habuerit iuſtam cauſam, ex quo ipſe procurator acceptauit mandatum, & cauſam defendit, & ſic per hanc acceptationem, & defenſionem præſumitur iuſtificata pro parte etiam procuratoris cauſa domini, alioquin peccaſſet procurator acceptando, & defendendo cauſam non iuſtam. † In procura-
166 tore cum mandato generali, qui admitti poſſit ex communi obſeruantia, ſeu conſuetudine de quibus egi ſupra hoc eod. capitul. idem dico, ſi mandatum acceptauit; ſi autem mandatum non acceptauit, ſecus eſſet, & hoc ipſum ſeruandum de acceptatione, vel non acceptatione mandati eſt in procuratore ſpeciali; Nemo enim ad onus procurationis cogen-
167 dus eſt, vt ſupra dixi. † Ad prædicta damna, & alia, quæ in litibus ob eorum negligentias domini patiuntur, attendant: Quia ad multa ipſi procuratores tenentur, & in reſtitutione ſimilium damnorum, conforment eorum conſcientias cum Sacris Canonibus, ſanctis patribus ſacræ Theologiæ, & præ manibus ſæpe habeant Nauarram in ſuo manuali in capitul. de Procuratore, & alios Summiſtas ſpecialiter in verbo, Procurator, vbi plu-
168 ra de ſimilibus habentur. † An autem procurator, qui de calumnia petit iurari, debeat ipſe mandatum habere ad iurandum, & tene, quod ſic, quia ipſe prius tenetur de calumnia iurare, vt dixi ſupra capitul. ſeptimo. Et ſi non habet mandatum ad iurandum non poterit iurare, vt dixi in præſenti capitulo, & in præcedenti etiam. Sed iſtud intellige, quando procurator petit iurari in animam domini; quia ſecus eſſet, ſi peteret iurari in animam procuratoris, nam tunc poterit petere etiam ſine mandato, cum ſine mandato procurator aduerſarius iurare poterit ex ijs, quæ ſupra poſui, & ipſe petens etiam. Et ideo in mandatis procuratorijs poni conſueuit clauſula, *ad iurandum,*
169 *iurariq́, videndum &c.* † Dixi ſupra de procuratore in genere. Remanet nunc videre de procuratore in ſpecie, qui videtur poſſe, vel debere iurare, & Primo de Procuratore dño litis effecto, qui poſt litem conteſtatam de calumnia iurat Gloſ. fin. in capitul. fin. de iur. calumn. in ſexto, ſed hoc intellige dummodo concurrat conſenſus expreſſus, ſeu tacitus aduerſarij, & non ſit conteſtata fraudulenter per dicti procuratoris reſponſionem ignorante aduerſario, & ſine legitima per-
170 ſona ad conteſtandum. † Et iſte procurator dominus litis effectus iurare poteſt ſine mandato etiam, ſecundum Specul. in tit. de iuramento calumniæ, §. tertio, numero decimoquarto, quæ doctrina Specul. intellige ad iurandum in animam propriam, ad quod non indiget ſpeciali mandato, & non ad iurandum in animam domini, quia ad id requiritur ſpeciale man-
171 datum, vt dixi. † Secundo loco ſe offert procurator

procurator fiſci, qui & ipſe de calumnia
iurare tenetur, Annotant. in Pragmat.
Regni, incipiente, exceptionem litis in-
greſſum numero quarto, in princ. Andr.
Gaill. Pract. obſeruat. libro primo, obſer.
nonageſima, numero tertio, & ſexto, Ro-
ta Mantuana, de qua teſtatur Surdus de-
172 ciſio. decimaoctaua. † Quæ concluſio,
quod Procurator fiſci iuret de calumnia
veriſſima eſt de iure, ſed in practica non
ſeruatur, vt Gaill. & Annotant. in proxi-
me citatis locis, tradunt, dicta Rota Man-
tuana deciſio. decima octaua, & dicam
173 infra capitul. decimooctauo. † Tertio da-
tur procurator in rem ſuam, qui ſimiliter
iurare tenetur, Specul. dicto §. tertio, nu-
mero decimo, verſic. ſed procurator in
rem ſuam, Gl. in l. non ſolum, in verbo, in-
terrogationibus, verſ. ſed tu dic, ff. de Pro-
curatorib. quam refert & probat Barthol.
in dicta l. ſecunda, §. ſin autem numero
ſexto, Alberic. in dicta l. ſecunda, nume-
ro vigeſimoquarto, C. de iureiurando
174 propter calumniam. † Et ratio eſt, quia ta-
lis procurator dicitur principalis, Alberic.
dicto numero vigeſimoquarto, Marian.
Socin. in dicto capitul. in pertractandis nu
175 mero vigeſimoquinto. † Sed quando pars
aduerſa obijceret, quod talis procurator
ſit ſuſpectus, vel dominus melius infor-
matus, tunc non ſufficit iurare procurato-
rem, ſed tenebitur iurare etiam dominus,
vt voluerunt Gloſ. in dicta l. ſecunda, §.
ſin autem, in verbo, ſubeat circa me-
dium, Specul. in dicto §. tertio, numero
decimo, in fin. intellige tamen hoc, quod
vterque iuret dominus ſcilicet, & procu-
rator diuerſis reſpectibus, ille quoad me-
rita cauſæ, iſte quoad ordinatoria iudicij,
& proceſſum, & proſequutionem cauſæ,
vt ſupra de ſimplici procuratore, dixi.
176 † An autem huic procuratori, & alijs pro-
curatoribus ſit concedenda dilatio ad iu-
randum de calumnia, dic, vt dixi ſupra
177 capitul. vndecimo. † Quarto datur etiam
procurator ad negocia, qui pro ſuo do-
mino poteſt agere, & defendere, & hic
quod poſſit iurare de calumnia tenent
Specul. dicto §. tertio, numero decimo-
quarto, Panormit. in dicto capitul. inhæ-
rentes numero quinto, in fin. Barthol. So-
178 cin. regul. 207. in prima fallent. † Contra-
rium autem, & quod iſte procurator non
poſſit iurare tenet Marian. Socin. in dicto
capitul. in pertractandis numero trigeſi-
179 mooctauo. † Quæ duæ contrariæ opinio-
nes concordari poſſent, quod prima pro-
cedat, quando principalis eſt abſens, &
non reuerſurus de breui; ſecunda verò
opin. Marian. Socin. procedat, cum do-
minus principalis eſt præſens: Vel quod
prima opin. procedat in iurando de ca-
lumnia in animam iſtius procuratoris, &
ad ſimplicem iuris ſatisfactionem, quoad
ordinatoria iudicij, & proceſſum, ac pro-
ſequutionem cauſæ, vt ſupra capitul. de-
cimoquinto, & in hoc capitul. inculcaui.
Secunda verò opinio procedat, quoad
merita cauſæ, & rei controuerſæ natu-
ram ad iurandum in animam Domini:
quia ad hoc requiritur ſpeciale manda-
tum, vt dicto capitul. decimoquinto, &
in hoc capitulo ſæpe inculcaui. Et hæc
ſolutio magis placet, quia ſi principalis
eſt abſens datur curator bonis, vt dixi
ſupra capitulo decimo quinto, numero
ducenteſimo nonageſimotertio, & ſeqq.
& dicam infra capitulo decimoſeptimo,
180 in fin. † Præmiſſis eſt affinis actor tutoris,
& curatoris minorum, & pupillorum,
qui eſt conſtitutus cum decreto iudicis,
& quia eſt legitimus adminiſtrator iurat
de calumnia, vt per Bald. in dicto §. quod
obſeruari, numero ſeptimo, licet videre-
tur ponendus inter legitimos adminiſtra-
tores in capitulo decimoquinto, ſed quia
eius adminiſtratio pendet ex alieno man-
181 dato, poſitus eſt in hoc capitulo. † Et talis
actor conſtituitur ex cauſa, tex. in §. quod
ſi tutor, & ibi Gloſ. in verbo, actorem,
Inſtitut. titul. de curat. Gloſ. in l. curato-
rem, in verbo, debueras, C. qui dar. tu-
tor. vel curator. & ſine cauſa non conſti-
182 tuitur. † In eius conſtitutione debet etiam
interuenire decretum, iudicis, dicto §.
quod ſi tutor, & Gloſella Marginalis ad
dictam Gloſ. in verbo, Actorem, quæ
183 Gloſella incipit, dic quod immo. † Et de-
bet conſtitui riſico, & periculo tutoris, &
curatoris, text. in dicto §. quod ſi tutor,
& in dicta l. curatorem, & ibi Gloſ. pri-
ma, & dicta Gloſ. in verbo, debueras.
184 † Et ſimilis actor conſtituitur per tutores,
& curatores ante litem conteſtatam, &
non procurator, ad Marant. in ſuo Spe-
culo parte quarta, diſtinct. decimaquinta,

in

in titulo, validum, aut inualidum, numero
185 quinquageſimoquarto. † Et actor conſtitutus per tutores, & curatores ſi committit calumniam, & de calumnia iurauit, condemnatur in expenſis de ſuo proprio, vt dicam capitul. vigeſimotertio, de Aduocato, ac alijs interuenientibus in iudi-
186 cio alieno nomine. † Antequàm terminemus iſtud capitul. decimũſextũ. Quæri poſſet de quadam quæſtione, quæ raro accidere ſolet, quam infra ponam. Regulare eſt, quod mandatum Procuratorium expirat morte mandantis, Glo. in l. Erus, qui, §. placebat, verſicul. non facies, ff. ſi certum petat. Grauat. ad Veſtr. libro quarto, capitulo quarto, in verbo, niſi forte, numero trigeſimonono, multa cumulat Alphan. in Collect. numero ducenteſimoquinto, Socin. regul. ducenteſimaquinquageſimaquarta, vbi ponit Fallentias, Gabriel. libro ſecundo, concluſio. ſecunda, de Procurator. vbi id ampliat, &
187 limitat pluribus modis. † Pone dominus conſtituens moritur, & poſt aliquot dies, menſes, aut annos reſurgit; Quæritur, an mandatum Procuratoris eius expiret morte, vel reconualeſcat per Reſurrectionem Domini. Item ſi Dominus moriatur lite non conteſtata per procuratorem, & ſic non effecto Domino litis, & reſurgat, vt dixi, An dictus procurator poſſit iurare de calumnia, vel ad iurandum cogi. Item, An ſi quis viuens requiratur de calumnia iurare, & requiſitus nõ iurauerit, vnde inciderit in pœnas impoſitas non iurantibus, & moriatur ante ſententiam declaratoriam incurſus pœnarũ in eum latam, & reſurgat, vt præmittitur, Pœnæ impoſitę iurare nolẽtibus, de quibus egi ſupra capitulo decimoquarto, trãſeant ad ipſum, poſt reſurrectionem, vel non tranſeant, ſicut dicto capitulo decimoquarto dixi, non tranſire ad eius hæredes, vel de nouo poſt reſurrectionem ſit interpellandus, vt iuret ad hoc, vt in pœnas incidat prædictas. Item ſupra capitulo nono dixi ſemel tantum de calumnia iurari, ſi quis moriatur, & reſurgat, vt dixi, An teneatur iterum iurare, vel ſufficiat iuramentum pręſtitum ante mortem. Item ſi moriatur aliquis Pontifex, Imperator, vel Rex, aut alius, qui ratione dignitatis dum viueret excuſabatur à præſtatione talis iuramẽti in cauſa, quam viuens habebat ſuper bonis patrimonialibus, & reſurgens reperiat ab alio Papatum, Imperium, vel Regnum occupatum, An teneatur poſt reſurrectionem iurare de calumnia, Vel excuſetur ratione priſtinæ dignitatis. Item an è conuerſo, ſi quis viuens nullam habet dignitatẽ, vnde tenetur iurare de calumnia, & viuens requiſitus fuit, moritur, & reſurgit, vt ſupra, & efficitur Papa, Imperator, ſeu Rex, aut alius, qui excuſatur ratione dignitatis, vel alias, vt dicam infra capitulo decimooctauo, An poſt reſurrectionem teneatur iurare, aliàs condemnetur in pęnis contentis dicto capitulo decimoquarto impoſitis non iurantibus, Aut excuſetur ratione dignitatis poſt reſurrectionẽ adeptæ. Item an reſurgens, vt præmittitur, in ſimili recuperet Papatum, Imperium, Regnum, Patriarchatum, Archiepiſcopatum, Epiſcopatum, aut aliquod aliud beneficium, aut Cardinalatum. Vt de beneficio, quod non recuperet illud, tradit Medices in tract. Mors omnia ſoluit, conclu. 98. Item an recuperet vxorẽ, vt per Medic. dicta cõclu. 98. & patriam poteſtatẽ in liberos. Itẽ è cõuerſo, ſi vxor reſurgat, an recuperetur à viro, vt eſt caſus apud Beatũ Antoninũ Archiepm̃ Florentin. Et ſi filij reſurgãt reincidant in patriã poteſtatẽ. Item, an reſurgens recuperet tutelã, & curam; vel è conuerſo reincidat in tutelam, & curam priorem. Item, An recuperet bona feudalia, quorum poſſeſſionẽ adeptus eſt dominus directus, vti bonorũ feudi aperti, & deuoluti ad dictũ dñm directũ feudi. Itẽ, An recuperet bona emphyteotica, quorũ dñs directus poſſeſſionẽ adeptus eſt poſt factã declarationẽ, quod ꝑ ei⁹ mortẽ dictorũ bonorũ vtile dominiũ cũ directo ſit cõſolidatũ. Itẽ, An recuperet bona fideicõmiſſo poſt eius mortẽ ſubiecta, quorũ fideicõmiſſarij vigore fideicõmiſſi adepti ſint poſſeſſionẽ. Item, An debeat audiri in defenſionibus, ſi ei⁹ memoria poſt mortẽ damnata eſſet, vt per crimẽ hęreſis, lęſę maieſtatis humanæ, & ſimilia. Item an currat ei inſtãtia, ſi inter mortẽ, & reſurrectionẽ tp̃s labatur. Itẽ an cõtra eũ currat pręſcriptio, vel vſucapio. Itẽ an dicaẽ præſens, vel abſens. Et ſimiles alię q̃ſtiones multę recenſeri poſ-

ſent; ſed quia rarò accidunt, eas miſſum facio, licet de Lazaro quæſtionem mouerit, Gloſ. & Medic. de prænuiſſis, & alij de alijs ſimilibus. Et eas cogitandas relinquo vir uoſo, ac perſpicaci iuueni Dom. Ioan. Antonio Roncetto meo vicino, qui à primis annis morum honeſtate, ac vitæ integritate animos omnium ſibi conciliauit, & deinde humanioribus literis operam nauans, & poſtmodum in Rhetorica arte, ac Philoſophiæ ſcientia ſui ingenij dotes mundo patefecit ita, vt in legali ſtudio, quod nunc præ manibus habet ſequens veſtigia ſui Patrui Magnifici, ac Excellentis Dom. Iacobi Roncetti, ſumma de ipſo ſpes concipi poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Perſona omnis principalis litigans, tenetur iurare de calumnia.*

2 *Iudex cum primum agetur de mittendo abſenti iuramentum calumniæ ſcrutabitur, An abſens doloſe abſit.*

3 *Dolus nemini patrocinari debet.*

Iudex ſi repererit abſentem dolo abeſſe, procedet contra talem abſentem, vt ibi remiſſiue, ibid.

4 *Abſentem dolo abeſſe non præſumitur.*

Dolus non præſumitur, ibid.

Dolus probari debet perſpicuis indicijs, ibidem.

5 *Cauſa qualibet à dolo excuſat.*

Etiam ſi dicta cauſa eſſet minima, ibidem.

Etiam ſi dicta cauſa eſſet iniuſta, ibidem.

Etiam ſi dicta cauſa eſſet beſtialis, ibidem.

6 *Iudex ſi repererit abſentem dolo non abeſſe, mittet ei iuramentum calumniæ.*

7 *Abſens à iudicio dupliciter dicitur.*

Abſens quando abeſt ſolum à Tribunali, ſed eſt in Ciuitate, & iuriſdictione iudicis, dictus Iudex mittet ei iuramentum calumniæ in certis caſibus infra dicendis, ibid.

8 *Primus caſus, in quo mittitur Notarius ad recipiendum iuramētum calumniæ abſenti tantùm à Tribunali, quando iurare debens eſt mulier.*

9 *Mulieri abſenti quod mittatur Notarius ad recipiēdum iuramentum calumniæ, intelligitur de mulieribus, quibus viri ſemitas cedere debent, & non paſſim de omnibus mulierculis.*

10 *Mulieri abſenti quod mittatur Notarius ad recipiendum iuramentum calumniæ ſimpliciter nulla facta diſtinctione inter pudicas, & impudicas mulieres, ſecundum Alberic.*

11 *Infirmo debenti de calumnia iurare mittitur Notarius ad recipiendum iuramentum calumniæ.*

Valetudinarijs abſentibus mittitur iuramentum calumniæ, ibid.

Valetudinarij qui dicantur, ibidem remiſſiue.

12 *Conſtituto in dignitate abſenti Notarius mittitur ad recipiendum iuramentum calumniæ.*

13 *Perſona Egregia abſenti mittitur Notarius ad recipiendum iuramentum calumniæ.*

14 *Seni abſenti mittitur Notarius ad recipiendum iuramentum calumniæ.*

15 *Senex quis dicatur remiſſiue.*

16 *Illi, qui ob paupertatem non poteſt venire ad iurandum de calumnia in iudicio, vt quia eſt male indutus, & in dedecus conditionis mittitur Notarius ad recipiendum tale iuramentum.*

17 *Paupertas affert multas excuſationes, remiſſiue.*

18 *Paupertatē nemo debet maledicere, quia à Deo eſt.*

Ignobilitatē nemo maledicere debet, quia à Deo eſt, ibid.

Infirmitatē nemo maledicere debet, quia à Deo eſt, ibid.

Mortem nemo maledicere debet, quia à Deo eſt, ibid.

19 *Impedito legitime mittitur Notarius ad recipiendum iuramentum calumniæ.*

20 *Commiſſio, quam Iudex facit Notario, vt eat ad recipiendum iuramentum calumniæ debet redigi in ſcriptis, & de ea non debet rogari Notarius, cui committitur, ſed alius, ſi fieri poſſit.*

21 *Commiſſio quando fit Notario, vt eat ad recipiendum tale iuramentum, debet pars citari, & quare.*

22 *Commiſſio quando ſcribitur per alium notarium, vt notarius cauſa eat ad recipiendum iuramentum calumniæ, de-*

bet recipi fides dicta commiſsionis, & produes in actis Notarij cauſa; & in tali productione ſemper eſt pars citanda.

23 *Miſsio Notarij ad recipiendum iuramentum calumniæ abſentis, fit expenſis petentis iurari, ſecundum aliquos.*

24 *Miſsio Notarij ad recipiendum iuramentum abſentis fit communibus expenſis, ſecundum alios.*

25 *Diſtinguendum eſt inter dictas duas opiniones.*

26 *Expenſæ ſubminiſtrandæ ſunt à iurante, quando de calumnia iuratur, nemine petente.*

Iuramentum calumniæ præſtitum nemine petente, non eſt pars ſubſtantialis iudicij, ibidem.

27 *Expenſis debentis iurare de calumnia fit miſſio notarij ad recipiendum tale iuramentum, ſi petatur iurari de calumnia ſimpliciter, & non additur, quod Notarius mittatur pro receptione talis iuramenti.*

28 *Petens fieri actum iudicialem debet ſubminiſtrare expenſas in dicto actu explicando fiendas.*

29 *Expenſæ in miſſione Notarij ad recipiendum iuramentum calumniæ abſentis, quod fiat communibus expenſis; ſecundum opin. Specul. & Socin. relata nu. 24 non recedit in totum à iuris rigore.*

30 *Opin. Speculat. & Socin. prædicta tenentes, quomodo ſaluari poſſint à Pauli de Caſtro doctrina ſing. 3.*

31 *Conſultorem petens in cauſa, tenetur ſoluere conſultori ſalarium.*

32 *Actus iurandi de calumnia eſt neceſſitatiuus.*

33 *Expenſæ omnes in iurando de calumnia fieri, & ſubminiſtrari debent per debentem iurare. Secundum opin. Authoris, & numero 37. & 42.*

34 *Expenſæ ſubminiſtrandæ ſunt à petente iurari in mittendo iuramentum calumniæ abſenti, quando debens iurare conſtituiſſet, vel paratus eſſet conſtituere procuratorem, cum legitimo mandato ad iurandum de calumnia; & nihilominus aduerſarius importunus inſtat, vt principalis impeditus iuret ipſe.*

35 *Impedimenta accidentia in perſona debentis iurare, non debent imputari petenti iurari potius, quam ipſi iurari debenti.*

36 *Expenſæ in mittendo iuramentum calumniæ abſenti impedito, imputari debent debenti iurare.*

Si autem dominus impeditus impedimentis, de quibus ibi conſtituiſſet, vel eſſet paratus conſtituere procuratorem cum legitimo mandato ad iurandum de calumnia, & nihilominus petens iurari inſtaret importunè iurari per principalem ipſum, omnes impenſæ prædictæ, ſubminiſtrandæ erunt à petente iurari, & tranſmitti impedito notarium, ibidem.

37 *Expenſas in iuramento calumniæ præſtando per abſentē, debet indifferenter ſubminiſtrare ille, qui tenetur iurare, & num. 33. & num. 42.*

Fallit tamen hoc quando ille, qui iurare tenetur conſtituiſſet procuratorem, vel eſſet paratus conſtituere legitimum ad iurandum, & aduerſarius pertinaciter inſtaret iurari per principalem met nulla reddita, & probata ſaltim iuramento cauſa legitima, ibid. & num. 42.

38 *Iuramentum calumniæ particulare dabatur in emergentibus, quod loco probationis inſeruiebat.*

39 *Cauſa an ſit iuſta, vel iniuſta, propter quā petēs iurari de calumnia per abſentem impeditum pertinaciter, valebit in hoc multum officium iudicis.*

Officium iudicis multum valet in his, quæ accedunt poſt lit. conteſt. ibidem.

40 *Opinio relata ab Alberic. in l. ſecunda, numero 25. C. de iureiurando propter calumniam, quando locum poſſit habere, de qua ſupra numero 23.*

41 *Iuramentum calumniæ non eſt pars ſubſtantialis iudicij, ſi illud non pars, ſed iudex petat.*

Expenſæ ſunt ſubminiſtrandæ à debente iurare de calumnia, quando illud non pars aduerſa, ſed iudex petat, ibidem.

42 *Expenſæ ſubminiſtrari debent per abſentem debentem iurare de calumnia in omni caſu, & num. 33. & 37.*

Quando debens iurare eſt abſens, & habet conſtitutum, vel eſt paratus conſtituere procuratorem cum legitimo mandato ad iurandum, & nihilominus inſtat

ſtat pertinaciter iurari de calumnia per principalemmet, dictas expenſas facere tenebitur inſtans, vt iuretur, ibid. & numero 37.

43 Notarius ſolet mitti cauſa ad recipiẽdum iuramentum calumniæ præſtãdum per illum, qui eſt abſens à Ciuitate, & iuriſdictione iudicis cauſæ. Sed iſte modus non eſt admodum tutus.

44 Literæ miſsiuæ loco remiſſorialium diriguntur à iudice cauſæ ad iudicem, ſub cuius iuriſdictione degit iurare debens pro receptione iuramenti calumniæ. Et hic modus tutior eſt, & minoris impenſæ.

45 Forma literarum miſsiuarum loco remiſſorialium dirigendarum à iudice cauſæ ad iudicem domicilij illius, qui tenetur iurare de calumnia pro receptione iuramenti calumniæ, ex Speculat. Socin. & antiquis.

46 Iudex, ad quem dictæ literæ miſsiuæ diriguntur pro iuramento calumniæ præſtando, recipit illud iuramentum non authoritate iudicis, qui mittit literas, ſed iuris communis.

47 Forma prædicta antiquorũ in literis miſſiuis eſt aliquatenus ornanda epithetis, & titulis inſeruientibus ambitioni noſtrorum temporum.

48 Iudex, ad quem literæ miſsiuæ ſunt directæ pro receptione iuramenti calumniæ, mittet iudici, qui literas miſsiuas transmiſit, literas reſponſiuas honorificas, cum præſtatione iuramenti calumniæ, redacta in publica forma.

49 Abſens requiſitus à iudice domicilij in executionem literarum miſſiuarum, ſi nolit iurare, dictus iudex domicilij mittet requiſitionem per nuncium Curiæ factam dicto abſenti, & dicti nuncij relationem in publica forma iudici, coram quo cauſa cognoſcitur.

50 Abſens renuens iurare requiſitus coram iudice, ad quem literæ miſſiuæ directæ fuerunt, poterit excuſari, quod neſciuerit tale iuramentum fuiſſe petitum à parte, & ſic eſſe partem ſubſtantialem iudicij. Ideo datur cautela. infra numero ſeq.

51 Abſens, vt non poſſit excuſari ſub prætextu præmiſſo coram iudice ad quem literæ miſſiuæ ſunt transmiſſæ cautela eſt, vt cum literis miſſiuis transmittatur copia petitionis talis iuramenti facta à parte aduerſa. Vel quod pars ipſa accedat cum literis miſſiuis ad iudicem, cui diriguntur, & coram eo inſtet.

52 Abſente recuſante iurare de calumnia coram iudice, quibus literæ miſſiuæ directæ fuerunt, requiſitus coram eo, vt præmiſſum fuit, Iudex qui literas miſit, procedet contra eum ad declaratoriam incurſus pœnarum, & non Iudex, cui literæ fuerunt directæ.

53 Citatio partis aduerſæ requiritur in concedendis literis miſſiuis loco remiſſoriarum requiritur. Et quæ continere debeat dicta citatio.

54 Citatio partis aduerſæ requiritur in apertione, & productione literarum reſponſiuarum.

55 Abſenti non tranſmittitur iuramentum calumniæ, quando neſcitur, vbi ſit dictus abſens.

56 Abſenti non tranſmittitur iuramentum calumniæ, quando dictus abſens eſt vltra mare.

57 Abſenti non tranſmittitur iuramentum calumniæ, quando abſens eſt valde remotus.

58 Curator datur bonis abſentis, in tribus præmiſſis caſibus, & quomodo remiſſiuè.

Iuramentum calumniæ, an præſtetur per abſentem, & cuius expenſis.

Cap. XVII.

DIxi ſuperius capitulo decimoquinto in declaratione trigeſimatertia, Quod abſens etiam iurat de calumnia; & quia ꝓlixa parabatur deſuper materiæ, ſtatui capitul. ab alijs ſeparatum conſtituere; & in hoc particulariter huiuſmodi materiam, & illius

incidentia

1 incidentia tractare. † Et materiam ag-
grediendo dico, quod omnis perſona,
principalis litigans, debet iurare de ca-
lumnia, vt tradidi ſupra capitulo decimo-
quinto, in principio. Etiam ſi dicta prin-
cipalis perſona eſſet abſens, Authentic.
principales perſonæ, §. ſed ſi partes, &
in l. ſecunda, §. ſin autem abfuerit, C.
de iureiurando propter calumniam, Ma-
rianus Socinus in capitulo, in pertractan-
dis, numero quinto, in fine, eodem titu-
2 lo. † Iudex autem cum primum agitur
de mittendo abſenti iuramentum calum-
niæ ſcrutabitur, An abſens doloſè abſit,
Gloſ. in dicta l. ſecunda, in dicto §. ſin
3 autem abfuerit, in verbo, ſubeat. † Et
ſi Iudex reperiret doloſè abeſſe, cum do-
lus nemini patrocinari debeat, capitulo,
ex literis, de dolo, & contumacia, capi-
tulo de fraternitatis, §. finali, de Cleric.
non reſiden. Procedetur contra talem
doloſum, prout iura ciuilia, canonica,
locorum ſtatuta, ſeu conſuetudines, aut
Curiæ ſtili exegerint inſurgendo contra,
vt ſuperius capitulo decimoſexto dixi,
4 contra talem abſentem. † Bene verum
eſt, quod non eſt præſumendum abſen-
tem doloſè abeſſe, ſed probandum eſt.
Dolus enim non præſumitur, l. quoties,
§. qui dolo, ff. de probationibus, Aimo.
conſil. centeſimo quinquageſimo primo,
numero vndecimo, cum congeſtis per
Maſcard. concluſio. 531. numero primo,
& nono, de probationibus, ſed probari
debet perſpicuis indicijs; l. ei qui, ff. de
probationibus, l. dolum, C. de dolo, cum
ibi notatis, Gloſ. in l. eleganter, §. finali,
in verbo, euidenti, & ibidem Gloſſa
Marginalis, ff. de dol. mal. Gloſ. in capi-
tulo accedens, in verbo, præſumi non
5 debeat, de crimine falſi. † Atque ab-
ſens à dolo, facillimè excuſatur; quia
cauſa quælibet à dolo excuſat, Tiraquell.
de Pæn. cauſa quadrageſima tertia, nu-
mero ſecundo, ſexto, ſeptimo, octauo,
& nono, Franc. Curt. in l. ſi quis maior,
numero quinto, & ibidem Parpal. nume-
ro centeſimo ſecundo, C. de tranſactio-
nibus, Cephalus conſilio ducenteſimo ſe-
ptuageſimoquinto, numero quarto, libro
ſecundo, Afflictus deciſio. trigeſima pri-
ma, numero tertio, Gramat. deciſio. quin-
ta, numero vigeſimoſexto. Etiam ſi di-
cta cauſa eſſet minima, Caputaquen. de-
ciſio. centeſima quinta, numero quarto,
in verbo, ceſſio, parte prima. Etiam ſi
talis cauſa eſſet iniuſta, Martin. Lauden.
conſilio primo, numero decimonono, &
ibi Ioan. Franc. Catius in Addition. lite-
ra L, in verbo, excuſet à dolo, Cæpolla
conſilio vigeſimoprimo, numero trigeſi-
mo, in fin. in criminal. & vltimò etiam ſi
dicta cauſa eſſet beſtialis perſonal. in ſuis
quæſtionibus familiar. quæſtion. decima-
ſeptima, numero trigeſimoſecundo. Si
6 † verò iudex repererit abſentem dolo nō
abeſſe, mittet ei iuramentum calumniæ.
Sed quia abſens aliquando abeſt à Tri-
bunali, ſed eſt in Ciuitate, & ſub iuriſ-
dictione iudicis coram quo cauſa verti-
tur: Aliquando abeſt à Tribunali, & à
Ciuitate, & iuriſdictione iudicis prædi-
cti: ſecundum diuerſitatem caſuum di-
uerſimode mittitur abſenti hoc iuramen
tum. Quando abeſt ſolum à Tribuna-
li, ſed eſt in Ciuitate, & iuriſdictione di-
cti Iudicis; mittet Iudex ad dictum ab-
ſentem Notarium cauſæ pro recipiendo
hoc iuramento in certis infraſcriptis caſi-
7 bus. † Primus caſus, in quo Notarius
mittitur ad recipiendum iſtud iuramen-
tum, vt præmittitur eſt, quando ille, qui
debet iurare eſt mulier, text. in dicta l.
ſecunda, dicto §. ſin autem, Marianus
Socinus in capitulo inhærentes, numero
vndecimo, de iuramento calumniæ, Lu-
cas Petus in Practica Capitolina, libro
ſecundo, capitulo tertio, numero quar-
8 to. † Quod non exiſtimo de mulieicu-
lis paſſim omnibus, ſed de mulieribus
pudicis, & honeſtis, quibus merito iuri
ſemita cedere debent, iuxta decretum
Senatus Romani, de quo teſtatur Ay-
mar. Riualius, de Hiſtor. iur. Ciuil. libro
9 ſecundo, pagina decimaoctaua. † Licet
Albericus in dicta Authentica, principa-
les perſonæ, numero quarto, loquatur in-
differenter de mulieribus, quod eis tranſ-
mittatur hoc iuramentum ratione ſexus,
& pro illo recipiendo Notarius, nulla ad-
hibita diſtinctione inter pudicas, vel im-
10 pudicas. † Secundus caſus, quando mit-
titur Notarius ad recipiendum iſtud iu-
ramentum, vt præmittitur, eſt, Cum de-
bens iurare eſt infirmus, Speculat. in titu-
lo, de iuramento calumniæ, §. tertio, nu-

mero decimooctauo, & ibi Ioannes Andreas in Additiou. in litera B, in verbo infirmitatis, Albericus in dicta l. ſecunda, numero vigeſimo quinto, Socinus in dicto capitulo inhærentes, dicto nu-

11 mero vndecimo. † Et quod de infirmis dico, dico etiam de valetudinarijs. Qui autem ſint valetudinarij conſule Panormitan. in capitulo, quoniam frequenter, numero decimo octauo; vt lit. non con-

12 teſt. † Tertius caſus, quando mittitur Notarius ad recipiendum hoc iuramentum, vt præmittitur, eſt, cum iurare debens eſt conſtitutus in dignitate, text. in dicto

13 §. ſin autem. † Quartus caſus, quando mittitur Notarius ad receptionem dicti iuramenti, vt præmittitur eſt cum debens iurare eſt perſona egregia, Albericus in dicta l. 2. numero vigeſimoquinto, Socin. in dicto capitul. inhærentes, dicto numero vndecimo, Lucas Petus dicto capitul.

14 tertio, numero quarto, in fin. † Quintus caſus, in quo mittitur notarius abſendi pro receptione iuramenti calumniæ eſt, quando debens iurare eſt ſenex, Socin.

15 dicto numero vndecimo. † Quis autem dicatur ſenex, vide Panormit. in dicto capitul. quoniam frequenter, & ibi in annotationibus Zachar. in annotatione incipien. qui dicuntur ſenes & Ant. Franc. in annotat. incipien. dicas circa hoc, & Sebaſt. Sapia in annotat. incipiē. quod ſenes, Felin. in dicto capitul. quoniam frequen-

16 ter. † Sextus caſus, quando mittitur notarius pro receptione talis iuramenti, eſt cum debens iurare ob paupertatem non poteſt venire ad iurandum in iudicio, vt quando eſſet male indutus, & in dedecus ſuæ conditionis, Socin. dicto nume-

17 ro vndecimo. † Et Paupertas affert multas alias excuſationes vltra præmiſſas, quas videre poteris apud Quint. Mādoſi de Paupertate, Grauat. in addit. ad Veſt. libro quarto, capitul. quarto, in verbo, Paupertas numero vigeſimoſeptimo, text. in l. illicitas, & ibi Gloſ. in verbo, neceſſitatem, ff. de offic. Præſid. Alberic. in l. libellorum, §. nonnulli ff. de accuſat.

18 † Vbi inter alia dicit, quod nemo debet maledicere paupertatem, ignobilitatem, infirmitatem, mortem, quia iſta à Deo

19 proueniunt. † Septimus caſus, in quo mittitur notarius ad receptionem iuramenti calumniæ eſt, cum iurare debens eſſet alias legitime impeditus, Lucas Petus in dicto capitulo tertio, numero quarto. Iſta

20 † commiſſio, quam iudex facit Notario, vt eat ad recipiendum iuramentum calumniæ, debet redigi in ſcriptis. Et de ea non debet rogari ipſemet Notarius, cui committitur, ſi fieri poſſit: Alioquin ipſe de tali commiſſione rogabitur So-

21 cinus dicto numero vndecimo. † Et quando à Iudice fit iſta commiſſio, debet pars aduerſa citari; quia poſſet ei præiudicialis eſſe, & pars forte poſſet opponere, mittendum non eſſe illud iuramentum.

22 † Et quando alius Notarius eiuſdem Tribunalis rogabitur de tali commiſſione, prout commode fieri poteſt in Curia Illuſtriſſimi Domini Auditoris Cameræ, & aliorum Tribunalium Vrbis, in quibus ſunt plures connotarij, qui ſimul in audientia coadunati legunt citationes, & proteſtationes, alioſque actus diebus iuridicis: Debet extrahi fides talis commiſſionis, & produci in actis notarij cauſæ, qui iturus eſt ad recipiendum tale iuramentum, & in productione talis fidei, neceſſario eſt pars citanda, prout citandam dixi in qualibet ſcripturarum productione ſupra capitulo decimoquinto, de-

23 claratione decimanona. † Cuius autem expenſis fieri debeat hæc miſſio notarij ad recipiendum iuramentum calumniæ eſt aliqua controuerſia. Prima opinio fuit quod expenſis petentis iurari fiat talis miſſio iuramenti, quam ex Od. recenſet Albericus in dicta l. ſecunda, numero

24 vigeſimoquinto. † Secunda vero opinio fuit Specul. in dicto §. tertio, numero decimooctauo, quod fieri debet communibus expenſis, & Socin. in dicto capitulo, inhærentes, numero decimotertio, in tri-

25 bus primis caſibus. † In qua controuerſa opinione (ſi licet meam proferre ſententiam) ideo fœdere diſtinctionis procedendum eſſe, quod aut quis iurat nemine petente, aut petente aduerſario, vt iuret. Rurſus diſtinguitur. Aut enim petitur iurari de calumnia nihil addito, aut petitur iurari de calumnia, & inſuper adijcitur, vt mittatur notarius, & ei commiſſio fiat ad recipiendum iuramentum calumniæ præſtandum per abſentem à

26 iudicio. † Quando iuratur de calumnia, a

nemine

nemine petente, prout fieri poteſt ad ſa-
tisfaciendum diſpoſitioni iuris, prout ne-
mine inſtante iurari poſſe tradidi capitul.
ſeptimo. Certe debet iurari expenſis iu-
rare debentis; Ius enim mandat, quod
omnis litigans iuret de calumnia, vt dixi
ſupra capitul. decimoquarto, & decimo-
quinto., & non dicit, quod iuret alienis
expenſis, obediat omnis litigans iuri di-
centi, quod iuret, & iuret ſine aliquibus
expenſis, ſi fieri poſſit, ſin autem coge-
tur iurare quoquo modo ſine aliqua par-
tis aduerſæ impenſa, licet ipſe tenuerim,
& teneam, quod iuramentum de calum-
nia præſtitum parte non petente non ſit
pars ſubſtantialis iudicij, capitulo deci-
27 mo, numero quadrageſimoquarto. † Ve-
niendo ad aliam diſtinctionẽ dico, quod,
ſi ſimpliciter petitur iurari, & non addi-
tur, quod committatur notario ſuſceptio
talis iuramenti, exiſtimo ſimiliter fieri de
iure debere ſumptibus debentis iurare
dictam commiſſionem. Ille enim, qui
petit iurari de calumnia, petit explicari
actum, ad quem debens iurare, de iure
tenetur. Nec video cur impedimenta
præmiſſorum caſuum, in quibus Nota-
rius tranſmittitur ad receptionẽ iuramen-
ti, accidentia in perſona debentis iurare
28 debeant nocere petenti iurari. † Et pro
corroboratione dictæ opinionis Specul.
& Soc. D. Ioã. Saluius Trebiẽſis dũ Au-
ditor erat in Ciuitate Tiburtina D. Ga-
ſparis Poli Gubernatoris dictæ Ciuitatis,
contra relatam ab Alberic. opin. ſubmi-
niſtrauit vnum ſingulare Pauli de Caſtro
numero tertio, vbi per tex. in l. ſecunda,
ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſ. eat, & in Gloſ.
voluit quod petens fieri actum iudicialem
debeat ſubminiſtrare expenſas, & actus
iudicialis fieri debeat expenſis petentis
fieri talem actum. Et arguebat, quod
cum iuramentum calumniæ debeat præ-
ſtari in actis authore Prætore, & requi-
rat ſcripturam, vt dixi in præcedentibus
capitulis, & præterea non ſolum ſit actus
iudicialis, ſed pars etiam ſubſtantialis iu-
dicij, vt dixi capitul. ſeptimo, debet pe-
29 tens ſubminiſtrare expenſas. † Verum opi
nio Specul. & Socin. non recedebat in to-
tum à iuris rigore, & etiam conſiderabat,
quod ſicut ſine culpa petentis iurare acci-
derunt in perſona iurare debentis impe-
dimenta præfata, ob quæ mittitur nota-
rius ad ſuſceptionem iuramenti, ita etiam
acciderunt ſine culpa debentis iurare,
præſertim primus præmiſſus caſus, cum
nullam culpam quis committere potue-
rit, vt mulier eſſet, niſi vellet ſibi genita-
lia abſcindere, & mulieris vuluam effi-
cere, vt de illo nefandiſſimo Caio Cali-
gula Imperatore circumfertur, qui vt
nullum voluptatis genus prætermitteret
abſcindi ſibi genitalia iuſſit, & vuluam
excauari, vt muliebrem etiam delecta-
tionem in coitu ſenſiret (in tales viros
effœminatos, & peiores, quàm anima-
lia irrationalia maximum, & inuictum
Romanum Imperium, totique orbi ter-
rarum tremendum peruenerat.) Con-
ſiderabat in quam Specul. & Socin. ri-
gorem de quo ſupra numero vigeſimo-
ſeptimo, & inſuper quandam æquitatem
cum ſine culpa debentis iurare dicta im-
pedimenta prima acciderint, & ideo ſta-
tuerunt communibus expenſis fiendam
talem commiſſionem notario, & illius
miſſionem ad recipiendm iuramentum.
30 † Quam opin. Specul. & Socin. ſi quis
tenere vellet reſpondere poſſet authori-
tati Pauli de Caſtr. obiectæ ſupra in ſing.
tertio, pro corroboratione opinionis Spe
culat. Quod dicta doctrina Pauli de Ca-
ſtro procedit in actibus iudicialibus po-
teſtatiuis, & qui poſſunt explicari, & non
explicari per illum, per quem aduerſa-
rius explicari petit. & quod in iſtis acti-
bus iudicialibus poteſtatiuis petens ex-
plicari illos debeat ſubminiſtrare expen-
ſas fiendas in explicatione dictorum a-
31 ctuum. † Vt in ſimili dicitur, quod con-
ſultor adhiberi poteſt, & non poteſt in
iudicando; & ideo, qui petit conſulto-
rem in cauſa, tenetur ſoluere conſultori
petito ſalarium, vt voluit Natta conſil.
573. numero trigeſimonono, libro tertio.
32 † Actus autem iurandi de calumnia eſt
neceſſitatiuus, is enim qui iurare debet,
neceſſariò debet explicare illum actum,
vt audiatur in iudicio, aliàs non auditur,
& cadit in pœnas, de quibus egi ſupra
33 capitulo decimoquarto. † Ego tamen in
neutram dictarum opinionum deſcendo,
ſed exiſtimo omnes expenſas in iurando
fieri debere per illum, qui iurare debet,
explicat enim actum neceſſitatiuũ iuran-

di

di de calumnia, ad quem ipſe de iure te-
34 netur, vt dixi. † Iſtud tamen non pro-
cederet, ſi debens iurare eſſet paratus con
ſtituere, vel iam conſtituiſſet procurato-
rem cum legitimo mãdato ad iurandum;
& nihilominus aduerſarius importunus
inſtaret, vt principalis ipſe, qui eſt impe-
ditus in caſibus prædictis iuret: Iſto enim
caſu omnes expenſę in iurando de calum
nia per principalemmet, debent imputa-
ri ipſi petenti iurare; Cum quilibet ad
iurandum de calumnia poſſit conſtituere
procuratorem, & per ſe non cogatur iu-
rare: & quod iuret ipſe principalis eſt cul-
pa, & obſtinatio petentis iurari, & factum
cuique ſuum ſibi, & non alij debet noce-
re iuribus vulgaribus alias allegatis. Nec
35 † releuat dicere, quod iurare debens ſit
impeditus ex ſupradictis impedimentis,
quia neſcio cur dicta impedimenta exi-
ſtentia in perſona debentis iurare magis
præiudicialia debeant eſſe petenti iurari,
36 quam ipſi iurare debenti, vt dixi. † Ve-
nio nunc ad ſecundæ diſtinctionis poſitæ
ſupra numeró vigeſimoquinto partem,
quæ eſt quando petitur quidem iurari de
calumnia, & inſuper adijcitur, quod no-
tarius tranſmittatur ad recipiendum iu-
ramentum huiuſmodi. Et in hoc etiam
caſu, omnes expenſæ ſubminiſtrandæ
ſunt à debente iurare, prout ſupra dixi
nu. 33. & ſequentibus, in caſu præcedenti.
Si autẽ dominus, qui eſt impeditus impe-
dimentis præmiſſis conſtituiſſet, vel con-
ſtituere eſſet paratus procuratorem cum
legitimo mandato ad iurandum, tunc om-
nes expenſæ in iurando, & mittendo no-
tario fiendæ, eſſent imputandæ ipſi pe-
tenti iurari, & tranſmitti notarium; ſi
importune non obſtante dicta procurato-
ris conſtitutione inſtaret vt principalis-
met dominus, qui eſt impeditus iuraret.
Non enim cogitur dominus impeditus iu
rare, ſi velit per procuratorem iurare, &
omnes expenſæ accidunt culpa petentis
iurari, & ideo ſibi ſunt imputandæ vt di-
37 xi ſupra numero trigeſimo quarto. † In-
differenter igitur teneo, quod in quocun-
que caſu præmiſſo ille qui iurare debet
teneatur facere ſumptus in iurando; ſiue
iuretur nemine petente de calumnia, vt
dixi ſupra numero vigeſimoquinto, & vi-
geſimoſexto, ſiue iuretur parte aduerſa
petente ſimpliciter iurari, & non adiecto,
quod notarius mittatur ad receptionem
iuramenti, vt dixi numero vigeſimoſe-
ptimo, & trigeſimotertio, ſiue petatur
iurari adiecto etiam, quod mittatur nota-
rius ad receptionem iuramẽti calumniæ,
vt dixi ſupra numero trigeſimo ſexto. Ni-
ſi ille, qui iurare debet conſtituiſſet pro-
curatorem cum legitimo mandato ſpe-
ciali, qui procurator de iure admitti de-
bet, aut cum generali mandato, & facul-
tate inſerta iurandi de calumnia, qui pro-
curator de communi obſeruantia admit-
ti debet, vt dixi capitulo decimoſexto.
Vel paratus eſſet conſtituere: & nihilo-
minus petens iurare pertinaciter inſtaret,
vt iuraret dominus ipſe, qui impedimen-
tis præfatis detinebatur: quia tunc ſum-
ptus ſunt ab ipſo petente iurari ſubmini-
ſtrandi, vt dixi ſupra numero trigeſimo-
quarto, & trigeſimoſexto, & hoc ſi ille
petens iurari pertinaciter, inſtaret iurari
per talem dominum principalem impe-
ditum, & habentem legitimum procura-
torem; vel paratum conſtituere procura-
torem legitimum, & nullam allegaret cau
ſam legitimam, & iuramento ſaltim pro-
batam: quia in emergentibus ſimilibus
non eſt opus facere proceſſus longa ſerie.
38 † Et antiquitus in ſimilibus emergentibus
dabatur iuramentum calumniæ particu-
lare, quod inſeruiebat loco probationis;
Bald. ad Speculat. ad rubric. de iuramen-
to calumniæ, Socin. in capitulo, in per-
tractandis, numero quadrageſimoprimo,
verſiculo, quare, de iuramento calum-
niæ, & dixi ſupra capitulo tertio, nume-
ro tertio, & quarto, & ſic iſtud iuramen-
tum præſtandum ſuper cauſa prędicta al-
legata à petente iurari per dominum im-
peditum habentem procuratorem legiti-
39 mum inſeruiet loco probationis. † An au-
tem talis cauſa allegata; & probata iura-
mento, vt proxime dixi, ſit iuſta, vel in-
iuſta, valebit multum in hoc iudicis offi-
cium, quod multum valet in ijs, quæ ac-
cidunt poſt litem conteſtatam, l. quod ſi
40 nolit, §. vt enim, ff. de ędilic. edic. † Et
opinio præmiſſa, quam recenſet Alberi-
cus in dicta l. ſecunda, dicto numero vi-
geſimoquinto, fuiſſe Od. procedere poſ-
ſet, quando debens iurare haberet con-
ſtitutum, paratusve eſſet conſtituere pro-

curatorem

curatorem legitimum ad iurandum de calumnia, tunc enim petens pertinaciter iurari per dominum impeditum non obſtante tali conſtitutione procuratoris, tenetur ad ſumptus fiendos in iurando, & & in commiſſione notario fienda, & in miſione ad receptionem talis iuramenti, vt dixi numero trigeſimoſeptimo, & ſequent.

41 † Cæterum, quid dicendum erit, ſi non pars aduerſa, ſed iudex ex officio petat iurari de calumnia, & commiſſionem faciat notario de eundo ad receptionem talis iuramenti, quo caſu non poterit dici iuramentum calumniæ eſſe partem ſubſtantialem iudicij, ad tradita ſupra capitul. ſeptimo, & an expenſis iurantis, vel aduerſarij præmiſſa debeant explicari? & dico omnia præmiſſa iſto caſu facienda eſſe ſumptibus iurare debentis: Nam iudex non onerauit aduerſarium ad iurandum, nec aliquis actus dicti aduerſarij interceſſit, per quem ad id obligaretur.

42 † Diſcuſſo articulo, quando eſt abſens à tribunali, ſed eſt in Ciuitate, & ſub iuriſdictione Iudicis, coram quo cauſa ventilatur ille, qui debet iurare; Remanet videndus articulus, quando iurare debens eſt abſens à tribunali, & à iuriſdictione iudicis prædicti, in quo articulo omitto diſcuſſionem ab aliquibus factam conſiderantibus an abſens voluntarius ſit, vel non voluntarius, & teneo indifferenter, quod in omni caſu debens de calumnia iurare de calumnia ſuis ſumptibus teneatur iurare; & non alienis, vt dixi numero trigeſimoſeptimo, per rationes adductas numeris præcedentibus. Excepto caſu, in quod abſens conſtitutum haberet, vel conſtituere paratus eſſet procuratorem legitimum ſpecialem, vel generalem cum facultate iurandi, & aduerſarius pertinaciter inſtaret, vt ipſemet dominus abſens iuraret nulla reddita, allegata, & probata cauſa legitima ſaltim eius iuramento, vt dixi ſupra numero trigeſimoſeptimo, trigeſimooctauo. Iſto enim caſu expenſæ ſubminiſtrabuntur à petente iurari, & committi notario receptionem iuramenti, vel miſſionem notarij, vt dixi numeris præcedentibus, vel petierit literas miſſiuas loco remiſſorialium, vel remiſſoriales, de quibus infra verba faciam.

43 † Quando illi, qui eſt abſens à ciuitate, & iuriſdictione iudicis, coram quo cauſa cognoſcitur, eſt mittendum iuramentum calumniæ, dupliciter procedi poteſt. Vno modo mittendo notarium cauſæ ad iuramentum recipiendum proceditur: ſed iſte modus non eſt admodum tutus, cum Prætores Ciuitatum, & Prouinciarum Gubernatores, in quibus degunt iurare debentes non faciunt libenter alienis notarijs copiam, vt ſimilia officia in eorum iuriſdictione exerceant, idque agunt non tantum pro defendenda iuriſdictione, quantum pro quibuſdam emolumentis, quæ prouenirent ipſis, & eorum notarijs, quæ auferentur eis, ſi notarius cauſæ iret ad recipiendum iuramentum.

44 † Alius modus, & minoris impenſæ eſt, vt impetrentur literæ miſſiuæ loco remiſſorialium à iudice cauſæ directas illi iudici, ſub cuius iuriſdictione degit iurare debens, & ſub geſtis monumentorum iſtius iudicis, in cuius prouincia degit iurare debens, & abſens, iurabit per tex. in dicto §. ſed ſi partes. Et iſte modus erit tutior, libentius enim Iudex ad quem literæ miſſiuæ diriguntur pro iuramento recipiendo, & eius notarius, cauſam expedient ſpe lucri inde captandi ducti.

45 † Forma literarum ſimilium dirigendarum pro iuramento deferendo abſenti a iudice ſub cuius iuriſdictione degit dictus abſens, & iurare debens, ponitur à Specul. in dicto §. tertio, numero vndecimo, & Socinus in dicto capitulo inhærentes, numero duodecimo. Vbi Socinus hanc ponit, videlicet,
„ Nos N. Iudex, &c. N. Iudici ſalutem in Domino.
„ Nouerit veſtra diſcretio, quod N. Ciuis, & ſubditus noſter, ſuper libello, quem
„ vobis mittimus interclusum, cum Ioanne Ciue, & ſubdito noſtro litem eſt conteſtatus.
„ Cæterum, quoniam ad hoc, vt lis ſine ſuſpicione procedat, neceſſarium eſt, per principalem perſonam præſtari calumniæ iuramẽtum; Fraternitatẽ
„ tuam requirimus, & rogamus, quatenus à dicto N. ſuper dicto libello, ſecundum
„ iuris ordinem iuris communis præſidio fulti iuramentum calumniæ recipientes,
„ receptionem eandem in publicam formam manu fideli redactam, nobis (ſi placet) per latorem præſentium tranſmittatis.

46 † Qui Iudex, ad quem literæ tranſmittuntur,

tuntur, vt Socin. ibi dicit non aurhoritate
rogantis, ſed iuris communis, quod id
mandat in dicto §. ſed ſi partes, recipit,
& præmiſſa habebis ante Socin. de ver-
bo ad verbum, apud Specul. in titul. de
iuramento calumniæ, §. tertio numero
47 vndecimo. † Sed quia dicta forma eſt an-
tiqua, & non conformis ambitioni no-
ſtrorum temporum, de qua tradidi ſu-
pra capitul. decimoquinto, in declaratio-
ne quinquageſimaprima, dum de Epi-
ſcopis tractaui, & Prætores, ad quos li-
teræ mittuntur, dedignari ſolent, ſi eis
non tradantur, & attribuantur tituli ma-
gni, & debiti ſecundum dictam ambi-
tionem, & ſæpe ipſi reſcribunt, & iudi-
ci mittenti literas ſubtrahunt debitos ti-
tulos. Practicus notarius attendat recen-
tiores formulas traditas à Practicis in ar-
ticulorum tranſmiſſione, & poſitionum,
& attendat ſtilum Curiæ, ac titulos iudi-
cis, cui tranſmittuntur literæ, & peccet
potius ſecundando ambitioni aliquantu-
lum excedendo in plus, quàm in minus
48 in titulis. † Iudex, ad quem tranſmiſſæ
ſunt literæ miſſiuæ cum copia libellis vt
conijcitur ex forma tradita à Socin. ibi,
Quem vobis mittimus interclusum, cum
omni modeſtia literas reſponſiuas hono-
rificas cum iuramento in publicam for-
mam redacto per ſuum notarium actua-
rium remittet iudici, coram quo cauſa
49 vertitur. † Et ſi abſens nolit iurare de ca-
lumnia requiſitus à iudice ad quem literæ
miſſiuæ directæ ſunt, tranſmittet talis iu-
dex iudici, coram quo cauſa cognoſci-
tur, requiſitionem factam dicto abſenti,
& debenti iurare per nuncium curiæ, &
dicti nuncii relationem in actis redactam,
& in publica forma tranſmiſſet illam, vt
dixi ſupra de iuramento numero quadra-
50 geſimoquinto, ex Socin. † Semper tamen
talis abſens recuſans iurare poterit excu-
ſari ab incurſu pœnarum impoſitarum no-
lenti de calumnia iurare ſupra capitul. de-
cimoquarto, ſub prætextu, quod ipſe ne-
ſciuerit, iuramentum calumniæ fuiſſe pe-
titum ab aduerſario, & ſic fuerit effectum
pars ſubſtantialis iudicij, vt dixi ſupra
capitul. ſeptimo, ſed crediderit, fuiſſe pe-
titum à iudice non inſtante parte, & ſic
non fuerit pars ſubſtantialis, vt dixi dicto
capitul. ſeptimo, & capitul. decimoquar-
to, & propterea non inciderit in pœnas
impoſitas dicto capitul. decimoquarto, re-
51 cuſantibus iurare. † Ideo ad obuiandum
huic malitiæ, quæ non leuem excuſatio-
nem præbere poſſet recuſanti iurare, con-
ſulo; Vt in literis miſſiuis inſeratur, quod
pars aduerſa petijt iurari, & tranſmitta-
tur copia dictæ petitionis partis aduerſæ,
ſicut de libello dixi ſupra. Vel cum lite-
ris miſſiuis accedat pars aduerſa, vt ſi re-
nuat iurare, inſtet coram iudice, ad quem
literæ miſſiuæ ſunt tranſmiſſæ. Sed tu-
tior erit primus modus, ne recuſans iu-
rare poſſit capere anſam, quod bene poſ-
ſit præſtari iuramentum calumniæ per di-
ctam l. ſecundam, dicto §. ſed ſi partes,
coram iudice, ad quem literæ miſſiuæ
ſunt directæ, non tamen coram eodem
fieri petitionem talis iuramenti, & quod
petitio talis iuramenti fieri debuerit co-
52 ram iudice, qui cauſam cognoſcit. † Si
etiã adhibita hac diligentia dictus abſens
noluerit iurare de calumnia, certioratus,
vt dixi de tali recuſatione, iudex qui mi-
ſit literas per publicam ſcripturam inclu-
ſam literis reſponſiuis, procedet ad decla-
ratoriam incurſus pœnarum contra di-
ctum abſentem, qui recuſauit iurare, &
ad dictam declaratoriam minime proce-
det iudex, cui tranſmiſſæ fuerunt dictæ
literæ miſſiuæ, & coram quo fuit recu-
53 ſatum præſtare iſtud iuramentum. † An-
tequàm dictæ literæ miſſiuæ concedan-
tur, debet citari pars aduerſa ad viden-
dum decerni, & relaxari literas prædi-
ctas, & concordandum de portitore di-
ctarum literarum, iudice, & notario pro
dicti iuramenti receptione: Et ſi partes
concordes fuerint in præmiſſis, iudex con
deſcendet voluntati, & concordiæ par-
tium, ipſis autem non concordantibus,
Iudex deputabit omnia prædicta. Nec
de loco eſt neceſſaria concordatio, quia
ſupra capitulo ſexto dixi in actis cauſę de-
bere interponi, & authore prætore, ideo
clarum eſt debere fieri in loco iudicij.
54 † Debet ſimiliter pars aduerſa citari in
productione, & aperitione literarum re-
ſponſiuarum miſſarum à iudice, cui lite-
55 ræ miſſiuæ directæ fuerunt. † Quia ali-
quando non tranſmittitur iuramentum
abſenti, vt in tribus infraſcriptis caſibus,
videlicet, Primo, quando ignoratur, vbi

ſit

ſit ille abſens iurare debens, Speculat. dicto §. tertio, numero vndecimo, in fine.

56 † Secundo, quando abſens iurare debens eſt vltra mare, Gloſ. in capitul. cæterum, in verbo, ab vtraque parte, de iuramento calumniæ, Speculat. dicto §. tertio, numero vndecimo, in fine. 57 † Tertio, quando abſens iurare debens eſt valde remotus, Speculat. dicto numero vndecimo.

58 † In his tribus caſibus datur curator bonis dicti abſentis, & iurare debentis, vt dixi ſupra capitulo decimoquinto, vbi dictum fuit de curatore, & in capitulo decimoſexto, numero centeſimo quinquageſimo ſeptimo, & ſequen. Ne cauſa ex facto, vel negligentia, aut ſubterfugio abſentis detrimentum patiatur.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum calumniæ quoad ſpeciem, & formam non eſt inductum iure diuino.*

2 *Rex non iurat de calumnia, & ab illo excuſatur.*

Ratio cur excuſatur, ibid.

3 *Imperator non præſtat iuramentum calumniæ, & ab eo excuſatur.*

4 *Principes multi per totam Europam iura Imperij ſibi vindicarunt, & præſcripſerunt.*

Imperator in omnibus conuentibus Chriſtianorum Principum poſt Rom. Pont. præfertur cunctis alijs Principibus.

5 *Pontifex Romanus vices Dei gerit in terris, & eſt Vicarius Ieſu Chriſti, ſucceſſor Petri, maior omnibus hominibus, dominus totius Orbis, in ſpiritualibus, & temporalibus, vt ibi.*

Non tenetur præſtare iuramentum calumniæ, & ab eo excuſatur, ibid.

6 *Papa eſt dominus non ſolum ditionis Eccleſiaſticæ in temporalibus, & omnium regnorum, & dominiorum mundi in ordinem tamen iſtud ad ſpiritualia.*

7 *Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Cardinales Sanctæ Romanæ Eccleſiæ non tenentur præſtare iuramentum calumniæ, & ab eo excuſantur.*

8 *Cardinales ſunt glorioſi Principes terræ, & eos Papa vocat fratres.*

9 *Cardinales non iurant fidelitatem Papæ, vt epiſcopi iurant, quia ſunt quaſi inuiſcerati Papæ, & pars corporis ipſius.*

10 *Cardinalium materiam apud quos authores tractetur.*

11 *Epiſcopus non iurat de calumnia, & ab eo excuſatur inconſulto Romano Pontifice.*

Iſtud de conſuetudine non ſeruatur, ibid.

12 *Clericus non tenetur præſtare iuramentum calumniæ coram iudice non ſuo ſine licentia ſui ſuperioris, & ab illo excuſatur.*

Intellige vt ibi remiſſiue.

13 *Is, à quo petitur præſtari iuramentum calumniæ ante litem conteſtatam, non tenetur præſtare iuramentum calumniæ, & ab eo excuſatur.*

14 *Procurator fiſci licet de iure teneatur de calumnia iurare, de conſuetudine non tenetur præſtare iuramẽtum calumniæ, & ab eo excuſatur.*

Dic vt numero 16.

15 *Procuratores fiſcales quod non iurent de calumnia, eſt magnum inconueniens, & abuſus.*

Procuratores prædicti multa grauamina inferunt, ibid.

16 *Procurator fiſci quod non iuret de calumnia, vt dictum eſt numero decimoquarto, reſtringendam eſt ad Procuratorem fiſcalem, qui alium procuratorem fiſcalem non recognoſcit.*

17 *Procuratores fiſcales recognoſcentes aliũ procuratorem fiſcalem ſuperiorem tenentur iurare de calumnia, & non excuſantur ab hoc iuramento ſub prætextu conſuetudinis de qua ſupra num. 14.*

Et non ſolum vellem iurare ſuper ſcripturis, ſed ſuper igne ſancti Antonij ibid.

18 *Pater non tenetur iurare de calumnia, & ab eo excuſatur dum litigat cum filio.*

Pater non excuſatur à parte, ſed à lege à iuramento calumniæ, ibid.

Iuramentum calumniæ non poteſt remitti à parte ibid.

Quomodo prædicta intelligantur, ibid. in fin.

19 *Filius non tenetur præſtare iuramentum calumniæ, & ab eo excuſatur, dum litigat contra patrem.*

20 *Filius in quibuſdam caſibus iurat de calumnia contra ſuperius dicta.*

21 *Concordia prædictorum contrariorum.*

22 *Patronus litigans cum liberto, præſtare non*

non tenetur iuramentum calumniæ, & ab eo excuſatur.

Patrono remittitur iuramentum calumniæ à lege, non autem à parte, ibid.

Omnes, qui excuſantur ab hoc iuramento calumniæ, excuſantur à lege, & non à parte.

Iuramentum calumniæ non poteſt remitti à parte.

23 *Libertus nõ tenetur præſtare iuramẽtũ de calumnia, & ab eo non excuſatur, dum litigat contra patronum.*

24 *Minor non tenetur iurare de calumnia, & ab hoc iuramento excuſatur.*

25 *Minor numeratur inter perſonas non habentes diſcretionem, iuris & facti.*

26 *Minor iurat de calumnia ipſe, & non tutor, nec curator quando ipſe eſt melius informatus, quàm tutor, & curator remiſſiue.*

27 *Hæres non tenetur iurare de calumnia, & ab hoc iuramento excuſatur.*

28 *Hæres quando petit reſtitutionem inuentarij præſtat iuramentum calumniæ.*

29 *Hæres tenetur de calumnia iurare remiſſiue, & numero 33.*

30 *Hæres ſemper tenetur de calumnia iurare, quando ipſe hæres à principio cauſæ conuenitur, vt hæres, & numero 32.*

Hæres, in quem tranſiuit ſubſtantia capta cum eius Authore, non tenetur iurare de calumnia, ſtatim ac requiritur, ibid. & numero 32.

Hæres, in quem tranſiuit inſtantia capta cum eius authore, tenetur de calumnia iurare, ſed non ſtatim, attamen data ei dilatione ad deliberandum ſuper tali iuramento calumniæ præſtando, ibid. & numero 32.

31 *Terminus, ſeu dilatio ad deliberandum ſuper iuramento calumniæ præſtando concedenda non ſunt remiſſiue.*

34 *Iuramentum eſt perſonale.*

Iuramentum calumniæ eſt iuramentum hæredis, ibid.

35 *Conſcientia alia potuit eſſe defuncti, alia poteſt eſſe hæredis.*

36 *Emptor, qui ſcit, rem emptam ad actorem ſpectare, non tenetur hoc iuramentum calumniæ præſtare ſimpliciter, & ab illo excuſatur, ſed poteſt iurare, quod habet iuſtam cauſam propter euictionem.*

37 *Emptor prædictus poteſt iurare, quod venit ad iudicium ſui iuris conſeruandi gratia, & non animo calumniæ.*

38 *Emptor prædictus poteſt iurare de calumnia adhibita diſtinctione de qua Cyn. vt ibi.*

Dicta diſtinctio non probatur ab Authore.

39 *Emptor prædictus in caſu præmiſſo potius non iurabit de calumnia, quam vtatur diſtinctione poſita ſupra numero 38. Et nihilominus agere poterit de euictione denunciando venditori, ſi ipſe venditor putet ſe munitum aliqua exceptione, vel non.*

40 *Emptor in caſu prædicto poterit, & debebit confiteri, & nihilominus aget de euictione, & hæc verior opinio.*

41 *Tutor duorum pupillorum, qui ad inuicem litigant, non tenetur iurare de calumnia pro vtroq; pupillo, ſed iſto caſu ipſe pro vno tantum pupillo iurabit, & pro alio actorem eliget.*

42 *Tutor duorum pupillorum ad inuicem litigantium, quando pro vtraque parte poteſt habere bonam fidem, vt ibi, poterit iurare de calumnia pro vtroque pupillo.*

43 *Tutor duorum pupillorum ad inuicem litigantium poteſt pro vtroque pupillo iurare de calumnia, quando per alium modum pro vtraq; parte poteſt habere bonam fidem.*

Intellectus, l. Accipientis, ff. de Auth. Tutor. ibid.

44 *Is, qui non vult præſtare iuramentum calumniæ, niſi à iudice ſibi præſtetur, non tenetur hoc iuramentum præſtare, & ab illo excuſatur.*

Declara vt numero 45.

45 *Iuramentum calumniæ ſi petatur à parte debet præſtari, etiam ſi iudex id non mandaret.*

Quando à parte petitur præſtari iuramentum calumniæ intelligitur tacitè iudicis interpoſitum decretum, vt præſtetur, ibid.

Prætores communiter non mandant de calumnia iurari, ſed ſufficit petitio alterius partis, ibid.

Iuramentum calumniæ quod deferatur, vt ſupra cap. 6. num. 1. Authore prætore, quomodo intelligatur, ibid.

Prætor non poteſt quãdocunque non mandare, vt iuretur de calumnia, ibidem.

Conſequens qui vult, videtur velle omne neceſſarium antecedens, ibidem.

46 *Ille, cui non eſt decreta copia proceſſus non tenetur iurare de calumnia, & excuſatur à dicto iuramento, niſi prius decreta dicta copia.*

Declara vt numero 47.

48 *Iuramentum calumniæ non præſtant, & ab eo excuſantur partes, quæ concordarunt de non iurando.*

49 *Partes quæ concordarunt de non iurando, excuſantur ab hoc iuramento, quoad excuſandum vtramque partẽ ab incurſu pœnarum impoſitarum, recuſantibus iurare de calumnia. Sed non facit, quod iudex ſtante tali concordia, poßit procedere ad vlteriora.*

50 *Negans ſe poßidere, non tenetur iurare de calumnia.*

51 *Qui perfectè probauit ſuam intentionem, non tenetur præſtare iuramentum calumniæ.*

52 *Qui perfectè probauit ſuam intentionem, quod non teneatur iurare de calumnia, vt dicitur ſupra, eſt periculoſa opinio. Bald. eam tenens reprobatus à Iaſ. ibidem.*

53 *Inſtrumentum eſt probatio probata, & inducit euidentißimam probationem.*

Habens pro ſe inſtrumentum, non tenetur de calumnia iurare. Et in hoc vide ibi remißiuè.

54 *Ille, de cuius bono iure conſtat, non tenetur præſtare iuramentum calumniæ.*

55 *Ille, qui non eſt de cauſa inſtructus, & informatus, non tenetur præſtare iuramentum calumniæ, & ab eo excuſatur.*

56 *Perſonæ non habentes diſcretionem iuris, & facti, non tenentur iurare de calumnia, & ab eo excuſantur.*

57 *Pater litigans contra filium, ſi conſtat iudici, quod calumnietur, poterit, & debebit cogi ad iurandum de calumnia.*

Filius litigans, debebit cogi ſimiliter, ſi conſtat iudici quod calumnietur, ibidem.

Præſumptio cedit veritati, ibidem.

Quæ perſonæ iuramentum calumniæ præſtare non teneantur, & ab illo excuſentur. Cap. XVIII.

VIDIMVS ſupra capitul. decimoquarto, decimoquinto, decimoſexto, & decimoſeptimo, perſonas, quæ iurare de calumnia debent. Remanet nunc videre perſonas, quæ præſtare
nõ teneantur hoc noſtrum iuramentum,
& ab illo excuſentur, excuſantur enim ab
1 eo aliquæ perſonæ. † Vnde colligitur iuramentum calumniæ quoad ſpeciem, & formam non eſſe inductum iure diuino, prout dixi ſupra cap. 3. quia tunc nullus ab eo
2 excuſaretur. † Hoc iuramentum præſtare non tenetur, & ab illo excuſatur. Primo, Rex, vt voluit Bald. ad Specul. in rubr. de iuram. calumn. poſt mediũ. Idem Specul. ibid. §. 3. nu. 13. verſ. præterea, Natta conſ. 487. nu. 47. vol. 3. Et ratio eſt, quia ꝓpter dignitatis excellentiam in eo ceſſat calumniæ præſumptio, de qua dicam infra c. 22.
3 nu. 10. † Secundo, ſi de Rege dr̃, quod iurare non teneatur de calumnia, & à tali iuramento excuſetur, multo fortius id dicendum eſt de Imperatore, qui eſt Rex regũ, Princeps principum, & ſub quo ſunt oẽs Reges terræ, ꝑ ea quæ tradit Bartholom. de Capua, in Gl. ad Proœm. Cõſtit. Regn.
4 † Licet multi Reges, magni Principes, & Reſpublicæ per totã Europã ſibi libertatẽ, & iura imperij vendicauerint, & ꝑſcripſerint: ſed nihilominus, quamuis in eos Imperator non habeat iuriſdictionem noſtris temporibus, remanſit in Imperatore maieſtas, & præcedentia: in oĩbus enim actibus, & conuentibus Chriſtianorũ Principum poſt Roman. Põtific. ipſe Impera-
5 tor cæteris omnibus præfertur. † Tertio, Romanus Põtifex, qui vices Dei in terris gerit, & eſt Vicarius Ieſu Chriſti, ac ſucceſſor Petri, & maior oĩbus hominibus, & dominus totius orbis in ſpiritualibus, & in temporalibus, quantum ad ditionem Status Eccleſiaſtici, excuſabitur multo

fortius ab hoc iuramento, & illud præſta-
6 re non tenebitur. † Et non ſolum eſt do-
minus in temporalibus, quoad ditionem
Eccleſiaſticam, verùm etiam omnium
Regnorum, & dominiorum mūdi, in iſtis
tamen in ordine ad ſpiritualia; vnde ſi co-
gnoſcit Rom. Pontif. Imperatorem; Re-
gem Galliæ, ſeu Hiſpaniæ, vel quoſcun-
que alios Principes, & Reſpublicas mun-
di damnum allaturos Chriſtianæ Religio
ni, & Eccleſiæ Dei, poteſt tales Imperio,
Regnis, ſtatibus, & dominijs priuare, &
conferre illa alijs, qui Religionem, & Ec-
cleſiam prædictam augeant, & ſic poteſt
procedere in omnibus caſibus in ordine
tamen ad ſpiritualia, vt dixi, ad quæ con-
ferunt ea, quæ tradit Panormit. in c. nouit
ille, nu 13. de iudic. & in d. c. vide eundem
ſparſim, & annotantes ibidem, Et omnes
tractantes, de poteſtate Papæ, & an Pa-
pa habeat poteſtatem temporalem actu,
7 vel habitu, vt diſcutit ibi Panorm. † Quar-
to, Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domi-
ni Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardina-
les, (quamuis de eis nihil in ſpecie repe-
rerim in hoc ſtatutum) non debent teneri
iurare de calumnia, & à dicto iuramento
excuſantur ob eorum qualitates, quæ ceſ-
ſare in eis faciunt præſumptionem calum
8 niæ, vt dicam infra cap. 21. nume. 3. † Sunt
enim glorioſi Principes terræ, & eos Sū-
mus Pontifex vocat fratres in grauibus
deliberationibus, dum in expeditionibus,
& rebus Eccleſiæ grauibus, & maturè in
Conſiſtorio eius deliberatis ponit clauſu-
lam, *De fratrum noſtrorum conſilio*, vt
9 quotidie videtur fieri. † Prout videmus,
quod licet Epiſcopi iurēt fidelitatem Pa-
pæ, ipſi tamen Cardinales non iurant di-
ctam fidelitatem, tanquam inuiſcerati, &
partes corporis ipſius, vt Cotta in Memo-
10 ralibus, in verbo, Cardinales, in fin. † Et
multa de Cardinalibus habes apud dictū
Cott. in d. verbo, Cardinales; & Cardina
liū, & apud ab eo relatū, Barbat. in tracta.
11 de preſtan. Cardin. † Quinto à iuramento
calumniæ excuſatur, & illud præſtare non
tenetur Eps inconſulto Rom. Pōtific. text.
in c. 1. & c. fi. de iuram. calumn. Pet. Van-
deran. in Pract. iudiciali, lib. 3. cap. 2. Axio
ma 2. Iſtud tñ de cōſulendo Romano Pō
tifice de conſuetudine nō ſeruatur, & ſup
hoc vide tradita ſupra c. 15. in declar. 51.

12 † Sexto, Clericus ſine licentia ſui ſuperio-
ris excuſatur à iuramento calumniæ, & il-
lud præſtare nō tenetur, Gloſ. in l. 2. §. ſed
quia veremur, in verbo, remitti, circa me-
diū, verſic. item quid clericus. Intellige tñ
prædicta, vt procedant coram iudice non
ſuo, & in hoc dic, vt ſupra cap. 15. in decla
13 ratione 46. † Septimo, ab hoc iuramento
excuſatur, & illud non tenetur præſtare is,
à quo petitur hoc iuramentum ante litem
conteſtatam, Socin. reg. 209. in 1. fallētia.
14 † Octauo, procurator fiſci licet de iure te-
neatur de calumnia iurare, de conſuetudi
ne non tenetur iurare, & à tali iuramento
excuſatur ob officij neceſſitatem, Andr.
Gaill. pract. obſer. lib. 1. obſer. 90. num. 5.
Rota Mantuana, vt per Surdū decil. 18.
15 de hoc dixi ſup. c. 16. ante fi. † Sed iſtud eſt
magnū incōueniens, & eſt abuſus nō tole
randus paſſim, cū per Ciuitates noſtri tpis
adſint quidā procuratores fiſci, in qb. nul
lus Dei timor impreſſus vr̄, oīa enim hu-
mana, & diuina iura cōculcant, nullis legi-
timis terminis ſeruatis cauſas reorū ſtran
gulant, de facto carcerāt non carcerādos,
vt per cōcuſſiones ſubditos excoriēt, & oīa
per fas, & nefas ipſis licere arbitrātur, dum
crumenam impleāt; Et non ſolū nō exhi-
bent ſe ſubditis procuratores fiſci, & paſto-
res tondentes lanā pecudum pelle tenus;
ſed exhibent ſe lupos rapaces lacerātes vi
ſcera, & ēt inteſtina populorū. Et iſtud ex-
periētia rerū magiſtra paſſim docet. Ideo
16 † reſtringendā duco pdctā noſtrā cōclu-
ſionē, quod habeat locū in ſupremo pcu-
ratore fiſci, q aliū procuratorē ſuperiorē
nō recognoſcit tūtis enim eligitur à Prin
cipe, vel Republica integer vitæ, & pro eo,
q ſemper eſt in conſpectu Principis, & ſuæ
Republicæ militat nō leuis pſumptio pro
bitatis, q̄ ipſum excuſat ab hoc iuramēto
17 de conſuetudine, vt dixi. † Iſtos autē pro-
curatorellos fiſcales, qui peregrinantur
de Ciuitate in Ciuitatem, & cuncta expo-
liant, non excuſandos ab hoc iuramento
cenſeo; & in eis non poſſe allegari aliquā
conſuetudinem, quia non habet requiſi-
ta conſuetudinis, & potius dicitur corru-
ptela; & eos teneri iurare dico, prout de
iure teneri dixi ſupra capitulo 16. Et non
ſolùm eos vellem iurare tactis ſcripturis;
ſed etiam ſuper igne Sancti Antonij, vt
magis eos terrerem more villicorum, qui

ſi iurare debent, ad iurãdum prompti ac-
cedũt ſiue falſum, ſiue verum dicturi ſint,
quaſi floccipendentes iuramẽtum eis de-
ferendum; ſi vero eis proponatur iuramẽ-
tum ſuper igne Sancti Antonij, effugiunt
tale iuramentum, & recedunt nolentes
iurare: Et ego noui, & vidi villicos ad iu-
randum venientes prõptos, dum autem
à notario peteretur iurari per Sanctum
Antonium, & eius ignem, ſtatim receſſe-
runt nolentes iurare. Et hoc modo ſimi-
les Procuratores Fiſcales, ſi liceret, vel-
18 lem iurare. † Nono, pater non tenetur iu-
rare de calumnia dum litigat cum filio,
Bartholom. Socin. d. reg. 209. in 4. fallent.
Specul. ex ſentẽtia Azon. in tit. de iuram.
calumn. §. 2. nu. 3. verſic. Azo dicit, vbi ſe-
quitur Ioan. Andr. in addit. in litera K, in
verbo, ſed quia, Cyn. in l. 2. nu. 19. vbi di-
luit multa contraria, C. de iureiur. propter
calumn. text. in l. iuſiurandum, §. qui iuſiu-
randum, & ibi Gloſ. in verbo, exigatur, in
3. notabili, verſic. ſed magis puto, & ibid.
Bart. nu. 11. verſic. hoc iuſiurandum, text.
in l. ſi patronus, & ibi Gloſ. fin. ff. de iure-
iur. & Bart. in d. l. 2. num. 11. C. de iureiur.
propter calumn. vbi dicit eum non excu-
ſari à parte, nec ab eadem parte remitti
iuramẽtum calumniæ, quia illud pars ne-
quit remittere; ſed remitti hoc iuramen-
tum patri à lege: vide remiſſiuè Bar. in ea-
dem l. 2. §. ſed quia veremur, nu. 3. Panor
mit. in c. cum in cauſa, nu. 5. in fin. de iura-
mento calum. Nec obſtant ea, quæ dixi
ſupra capitul. 15. in declaratione 9. dum
dixi, quod pater iurat de calumnia. Nã ibi
19 non litigat contra filiũ. † Decimo, filius dũ
litigat cõtra patrẽ, iurare nõ tenet̃ de ca-
lumnia, vt voluit Bart. in d. l. iuſiurandum,
in d. nu. 11. Additio poſt Ioan. Andr. in di-
20 cto verbo, ſed quia. † Contrarium autem,
& quod iuret, traditur ſupra cap. 15. in de
claratione 8. ex Socin. quod filiusfamilias
iurat de calumnia in omnibus caſibus, in
quibus habet legitimam perſonam ſtan-
di in iudicio ſine conſenſu patris: Et ibi in
caſu 16. ex ſententia eiuſdem Socin. di-
ctus filiusfamilias poteſt ſtare in iudicio
ſine conſenſu patris, dum ipſe filius litigat
21 contra patrem. † Horum contrariorum ſo
lutio mihi videtur, vt vterque caſus ſit po
teſtatiuus filio ita, vt iurare poſſit, ſi vult
iurare, dum litigat contra patrem, & ha-
bet legitimam perſonam ſtandi in iudi-
cio ſine eius conſenſu; & ſic habebit lo-
cum caſus, Socin. relatus dicto cap. 15. in
dicta declaratione octaua ſupra: Si autem
iurare non vellet, non tenebitur, & excu-
ſabitur, ac poterit non iurare, & ſic habe-
bit locum opinio relata ſupra proximè nu
mero 19. Vide ſupra cap. 15. in dicta de-
22 claratione octaua. † Vndecimo, patronus
litigans cum liberto, præſtare non tenetur
iuramentum calumniæ, & ab eo excuſa-
tur, Specul. dicto §. 2. num. 3. ex ſententia
Azon. vbi ſequitur Ioan. Andr. in d. ver-
bo, ſed quia, Cyn. in d. l. 2. d. nu. 19. vbi di-
luit contraria, Bart. ibi d. nu. 11. vbi voluit
tale iuramentum patrono remitti non à
parte aduerſa, quia non poteſt, ſed à lege.
Et quod Bart. hic dicit de patrono, & de
patre ſupra dixit, quòd non excuſentur à
parte, ſed à lege, tu extende ad omnes a-
lios, qui excuſantur. Et Panormit. in d. c.
cum in cauſa, nu. 5. in fin. dicit quod excu-
ſantur, quia non præſumuntur calumnia-
ri, pater, & patronus, text. in d. l. iuſiuran-
dum, & ibi Gloſ. in d. verbo, exigatur, in
23 d. 3. notabili. † Duodecimo, idem dictur
de liberto, dum litigat cum patrono, Ioã.
Andr. in d. verbo, ſed quia, Bart. in d. verſ.
24 hoc iuſiurandum. † Decimotertio, minor
non tenetur de calumnia iurare, & ab hoc
iuramento excuſatur, Ioannes de Vico-
mercato in repetit. l. is, apud quem, nu. 51.
25 & ibid. Purpurat. nu. 35. C. de eden. † Enu
meratur enim minor inter perſonas non
habentes diſcretionem iuris, & facti, vt
per Bald. in dicta l. 2. §. quod obſeruari,
26 numero 2. † Iſtud tamen fallit, quando
minor eſſet melius informatus, quàm tu-
tor, & curator, quia tunc ipſe minor de ca
lumnia iurabit, ad hoc vide, quæ dixi ſu-
pra cap. 15. in declaratione quinta, & ſex-
27 ta. † Decimoquarto, hæres non tenetur
præſtare iuramentum calumniæ, Specul.
in tit. de iuram. calumn. §. 2. num. 7. & §. 3.
28 nu. 16. † Iſtud tamen fallit, cum hæres petit
reſtitutionem aduerſus confectionem in-
uentarij, quia tunc tenetur iurare, Ioann.
Andr. in addit. ad Specul. in d. §. 2. nume-
ro 4. litera Y, in verbo, §. penult. vide alia,
quæ in ſimili citaui, capit. 15. numero 28.
29 † Contrarium autem, & quod hæres te-
neatur de calumnia iurare, habes ex mul-
tis relatis ſupra cap. 15. in declaratione 11.

30 † Omiſſa diſtinctione poſita à Specular. dicto numero ſeptimo, dico pro præmiſſorum opinionum concordia, quod opinio relata ſupra capitulo decimoquinto, in declaratione vndecima, numero centeſimo vigeſimoſexto, quod ſcilicet hæres iurare teneatur eſt indubitabilis, cum ipſe hæres à principio litis, & cauſæ conuenitur, vt hæres. Cum verò ipſe hæres à principio non fuit conuentus, ſed in eum tranſiuit inſtantia cum eius authore cœpta, diſtingui poſſet, quod aut quæritur de ipſo hærede cogendo ſtatim ad iurandum, nullo ei dato termino ad deliberandum; Aut quæritur de ipſo cogendo ad iurandum data ei tamen dilatione ad deliberandum ſuper tali iuramento, & non de cogendo ipſo ſtatim. Primo caſu habet locum opinio poſita ſupra numero vigeſimoſecundo ita, vt iurare non teneatur ſtatim. Secundo caſu habeat locum opinio poſita ſupra cap. 15. in declaratione 11. prædicta, numero 126. ita, vt iurare teneatur, data tamen ei dilatione, ſeu termino ad deliberandum ſuper tali iura-

31 mento præſtando. † Nec obſtat, quod dilatio, ſeu terminus ad deliberandum ſuper tali iuramento præſtando concedendus non ſit, vt dixi ſupra cap. 11. quia dicta regula fallit in hærede, vt ibi dixi. Con-

32 cludendum † igitur eſt, quod ſi hæres à principio conuenitur debet iurare; ſi verò à principio ipſe non conuenitur, ſed in inſtantia defuncti ſuccedit, tunc diſtinguitur; quod aut agitur de cogendo hærede ſtatim, vel de cogendo data dilatione ad iurandum, vt ſupra dixi. Quod abſolutè non teneatur iurare non credo verum; ſed bene adhibita præmiſſa diſtinctione circa tempus, & dilationem duntaxat. Quod

33 † enim teneatur iurare cum ſit litigans, eſt ſupra poſitum cap. 14. & cap. 15. in prin. ꝑ regulas ibi generales, & deinde in d. c. 15. in d. declar. 11. nu. 126. Et cum mutata ſit ꝑſona in iudicio, & ſucceſſerit defuncto, ꝓut dixi de mutatione perſonę ſupra c. 9. in prima declaratione principalis conclu-

34 ſionis. † Et iuramentum defuncti etiam ſi iuraſſet ante mortem de calumnia, non liberat ab hoc iuramento hæredem, q̃a iuramentum eſt perſonale, & iuramentum defuncti non eſt iuramentum hæredis, vt per Bal. in Auth. principales perſonæ, nu.

35 1. C. de iureiur. propt. calumn. † Et inſuper alia potuit eſſe cõſcientia defuncti, & alia põt eſſe conſcientia hæredis, vt poſt Gemin. tradit Frãc. in c. 2. de iuram. calumn.

36 in 6. † Decimoquinto emptor, q. ſcit, rem emptam ad actorem ſpectare, nõ tenetur hoc noſtrum iuramentũ præſtare ſimpliciter, & ab illo excuſatur: ſed põt iurare, quod habet iuſtam cauſam ꝓpter euictionem. Franc. Marc. deciſ. 182. facit Glo. in d. l. 2. in verbo, inſtãtia, Bart. in l. at qui natura, §. cum me abſente, nu. 5. de neg. geſt. facit Gl. ibid. in verbo, cõmittat, vbi vide.

37 † Poteſt etiam iurare dictus emptor, quod venit ad iudiciũ ſui iuris conſeruandi gratia, & non animo calumniandi, Specul. in tit. de iuram. calumn. §. 5. nu. 7. verſic. licet poſſit iurare, idem recitat Soc. in c. cum in

38 cauſa, nu. 33. de iuram. calumn. † Petr. aũt diſtinguit ſecundum Cynũ in d. l. 2. nu. 12. quod aut ipſe reus emptor ſcit ſolus rem ſpectare ad actorẽ, & iſto caſu iurare poteſt: Aut ſciunt alij etiã plures, & eſt notũ, & iſto caſu iurare nõ debet, ſed debet ſequi, & cognoſcere bonam fidẽ. Quam diſtinctionẽ nullo modo ꝓbo: Nã ſcientia, vel non ſciẽtia aliorum nõ purgat cõſciẽ-

39 tiam rei emptoris. † Et dictus emptor potius nõ iurabit de calumnia, quia nihilominus agere poterit ꝓ euictione, denunciando tñ vẽditori, ſi ipſe vẽditor putet ſe munitũ aliqua exceptione, vel nõ. & hãc dicit veriorẽ eſſe opi. Spec. d. §. 5. nu. 7. in fi.

40 † Vel cõfitebitur dictus reus emptor, & ẽt ſi cõfiteatur, agere poterit de euictione. & hãc tradũt veriorẽ opinionem ꝑ Gl. in d. verbo, inſtãtia, Cyn. in d. l. 2. Bart. ibid. nu.

41 20. & Soc. in d. c. cũ in cã, nu. 33. in fi. † Decimoſexto, tutor duorũ pupillorũ, q. ad inuicẽ litigãt, nõ tenetur iuramentũ calũniæ p̃ſtare ꝓ vtroq; pupillo; ſed iſto caſu ipſe ꝓ vno tñ pupillo iurabit, & ꝓ alio actorẽ eliget, Specul. in tit. de iuram. calumn. §. 2. nu. 6. vbi additio in litera P, in verbo, contra plures, facit Gl. in d. l. 2. §. ſin autem, in verbo, vel curatores, ꝓpe fi. & Cy. in ead. l. 2. ad d. Gl. Soc. in c. in ꝑtractãdis, nu. 45.

42 in fi. de iur. calumn. † Primo iſtud fallit, q̃n tutor dictorũ duorũ pupillorũ ꝓ vtraque parte poſſet habere bonã fidẽ, puta ꝓ cõſeruãda euictione, quia iſto caſu ꝓ vtroq; poterit iurare, Soc. d. nu. 45. & iſto caſu iurabit, vt dixi ſup. nu. 36. & ſic. de emptore.

43 † Secun-

43 †Secundo fallit, quando per alium mo-
dum dictus tutor pro vtraque parte ha-
beret bonam fidem, Socin. dicto nume-
ro quadrageſimoquinto. Nec præmiſſis
obſtat l accipientis, ff.de Authorit.tutor.
quia dicta l. intelligitur, quod erant di-
uerſæ actiones, ſiue cauſæ diuerſorum
pupillorum, vt per Barthol. in dicta l. ſe-
cunda, dicto §. quod obſeruari, numero
44 ſexto, in fine. † Decimoſeptimo, non te-
netur noſtrum iuramentum præſtare, &
ab illo excuſatur is, qui non vult iurare,
niſi tale iuramentum ſibi à iudice præſte-
tur, Addentes ad Mathesil. ſingul. ſexa-
geſimoquinto, verſiculo, ſecundo limi-
tatur, Barbat. conſilio quadrageſimono-
no, numero quarto, volumine quarto,
Cotta in Memorialibus, in verbo, iura-
45 mentum calumniæ. † Iſtud autem decla-
ratur procedere, ſi petitum à parte ad-
uerſa non fuit iurari de calumnia, ita Bar-
bat. dicto conſilio quadrageſimonono,
numero nono, quia ſi petatur à parte, vt
præſtetur, debet præſtari, etiam ſi iudex
id non mandaret; cum lex, quæ eſt ſu-
pra iudicem illud mandet. Et quando à
parte petitur, vt præſtetur iuramentum
calumniæ, intelligitur tacitè interpóſi-
tum decretum iudicis de tali iuramento
præſtando:& communis obſeruantia eſt,
quod prætores, & iudices, vt plurimum
non mandant de calumnia iurari, ſed ſuf-
ficit petitio alterius partis litigantis. Nec
obſtant poſita ſupra capitulo ſexto, nu-
mero primo, vbi habetur, iſtud iuramen-
tum præſtari Authore Prætore, quia pr̨e-
miſſa procedunt in decreto expreſſo, &
de facto interpoſito, non autem in decre-
to tacito, & de iure: Non enim poteſt
Prætor quandocunque non mandare, vt
iuretur, & cum iuramentum eſt petitum
de calumnia, iudex non poteſt procede-
re ad vlteriora, nec partes audire, vt in
præcedentibus capitulis dixi, prohibente
hoc l. ſecunda, C.de iureiurando propter
calumniam, & cum iudex in cauſa pro-
cedat ad vlteriora, videtur mandaſſe iu-
rari de calumnia: Qui enim vult conſe-
quens, videtur velle neceſſarium ante-
cedens, quod eſt iuramentum calumniæ,
Roman.conſilio ſeptuageſimoprimo, nu-
mero tertio, Buiſat. conſilio trigeſimo-
octauo, numero decimooctauo, volumi-
46 ne primo. † Decimooctauo, ille cui non
eſt decreta copia proceſſus, non tenetur
præſtare calumniæ iuramentum,& ab eo
excuſatur, niſi prius decreta ſibi dicta co-
pia, Grauat. ad Veſtr. libro quinto, ca-
pitulo ſecundo, numero decimo ſexto,
in fine, Vantius in Tracta. de nullitat. in
titulo de nullitat. ſentent. ex defect. pro-
47 ceſſ.numero vigeſimonono, in fin. † Iſtud
tamen declaratur procedere dummodo
dicta copia petatur, vt per Grauat. dicto
48 numero decimoſexto. † Decimonono,
non tenentur de calumnia iurare partes,
quæ concordarunt de non iurando, So-
cinus dicta regula ducenteſimanona, in
tertia fallentia, Speculat. in titulo de iu-
ramento calumniæ, §. quinto, numero
49 quinto. † Iſtud autem declaratur proce-
dere quoad excuſandum vtramque par-
tem ab incurſu pœnarum impoſitarum,
recuſantibus de calumnia iurare, de qui-
bus ſupra capitulo decimo quarto egi;
tunc enim compenſatur delictum cum
delicto; ſed non facit, quod iudex ad vl-
teriora procedere poſſit in cauſa, quia
etiam ſtante tali pacto iudex non valebit
ad vlteriora procedere, Speculat. dicto
§. quinto, numero quinto, vbi ponit, quid
faciet iudex iſto caſu, & Socin. dicta fal-
50 lentia tertia. † Vigeſimo, negans ſe poſſi-
dere non tenetur de calumnia iurare, ita
Bald. ad Speculat. in rubrica de iuramen-
to calumniæ, verſiculo, ille, qui negat,
& idem Speculat. ibidem, §. ſecundo, nu-
mero 15. & ibid. Ioan. Andr. in Addition.
litera Z, verſic. & ſic obtinuit. Quod in-
tellige vt ſupra poſui capitul. decimoquin-
to in declaratione vigeſima, vide quæ
dixi ſupra capitul. decimoquinto in decla-
ratione vigeſima, numero 182. & dicam
infra capitul. vigeſimo, numero decimo-
51 tertio. † Vigeſimoprimo ille, qui perfecte
probauit ſuam intentionem non tenetur
de calumnia iurare. Addent. ad Mathe-
ſil. dicto ſingul. ſexageſimoquinto, verſic.
hoc tamen limitatur, Grauat. ad Veſtr.
dicto capitul. ſecundo, numero decimo-
tertio, Cotta in dicto verbo, iuramen-
tum calumniæ, vbi id exemplificat, Iaſ.
in l. admonendi numero octuageſimo-
quarto, ff. de iureiurando in quo articulo
vide etiam Pariſium in addit. ad Bart. in
d. l. 2. §. hoc etiã, litera A, in verbo, calum-

52 nia. † Sed iſta opinio eſt periculoſa, & non tranſit ſine difficultate, & placuit dominis de Rota in ſæpe citata Bononien. Attentatorum, vigeſimo octauo Octobris 1588. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Cardinali Mantica tunc Rotæ prædictæ Auditore, verſic. neque etiam refragatur, & Bald. eam tenens reprobatur à Iaſ. in l. iuſiurandum §. ſecundo, numero tertio, ff. de iureiuran-
53 do. † Et cum inſtrumentum ſit probatio probata, & inducat euidentiſſimam probationem, vt Pariſ. conſil. 100. numero ſeptuaginta, libro primo, Ruin. conſil. 128. numero primo, libro quarto, Grat. conſil. ſeptuageſimoſexto, numero quinto, volumine ſexto, videtur idem dicendum in eo, qui pro ſe habet inſtrumentum, ſed de eo dic, vt dicam infra capitul. decimonono, in declaratione decimaſeptima, numero ſexageſimo, & ſequen.
54 † Vigeſimoſecundo ille, de cuius bono iure conſtat non tenetur iurare de calumnia, Rota in vna Chien. Pecuniaria, die decimoſexto, Decembris 1592. coram R.P.D. Mellino. Sed iſte caſus reincidit
55 fere cum præcedenti. † Vigeſimotertio ille, qui non eſt de cauſa inſtructus, & informatus iurare de calumnia non tenetur, cum ad iurandum inſtitui debeant illi, qui cauſæ veritatem ſciunt Gloſ. in dicto capitul. in pertractandis, in verbo,
56 cogere non debemus. † Vigeſimoquarto Perſonæ, quæ non habent diſcretionem iuris, & facti, non iurant de calumnia, Bald. in dicto §. quod obſeruari, numero
57 ſecundo. † Diximus ſupra numero decimooctauo, quod pater litigans contra filium, & numero decimonono, quod filius litigans contra patrem non tenetur iurare de calumnia, & ab ipſo iuramento calumniæ excuſentur. Quæ vera ſunt quia in eis ceſſat præſumptio quod ad inuicem calumnientur, immo in eis intrat præſumptio, quod non calumnientur, vt ſupra numero vigeſimoſecundo, ex Panormitan. tradidit; Et plus eſt habere præſumptionem; quod non calumnietur quis, quàm quod in eo ceſſet præſumptio contraria calumniæ. Sed quando iudex conijceret aliquos prædictorum calumniari, vel euidenter id conſtaret; ſunt enim aliqui patres ita crudeles contra filios, vt non recordentur dictos filios eſſe carnes de carnibus, & oſſa de oſſibus eorum, & eos domo eijciant denegatis alimentis, & varijs modis, & litibus eos opprimant; & è conuerſo aliqui filij immemores præcepti diuini, quo obſtringũtur habere in honore parentes, ſunt ita iniqui, vt quærant anſam quãcunque vexandi litibus patres; Tunc non obſtante, quod à iure excuſentur prædicti ob prædictam præſumptionem, quod non calumnientur, ex quo conſtat calumniari, exiſtimo poſſe, & debere cogi ad iurandum de calumnia, cum præſumptio veritati cedat, Decius conſil. 400. numero octauo, Tiraquell. in rep. l. ſi vnquam in præfat. numero octuageſimoſeptimo, C. de reuoc. donat.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum calumniæ præſtandum eſt in omnibus cauſis regulariter.*

2 *Iuramentum calumniæ præſtatur in cauſis ciuilibus.*

3 *Iuramentum calumniæ præſtatur in cauſis ciuilibus extraordinarijs, in quibus lis con conteſtatur.*

4 *Iuramentum calumniæ præſtatur in cauſis ciuilibus, & extraordinarijs, etiam ſi in eis procederetur ſummariè, de plano, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij.*

5 *Clauſula*, Summariè, de plano, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij, *appoſita in reſcripto non excludit iuramentum calumniæ.*

6 *Iuramentum calumniæ præſtandum eſt etiam in cauſis ſummarijs.*

7 *Cauſa non poteſt dici ſummaria, niſi conſtet iudicem velle procedere ſummariè.*

8 *Iuramentum calumniæ requiritur in cauſa, etiam ſi ſummaria ſit ex diſpoſitione legis.*

Siue ſit ſummaria ex diſpoſitione hominis, ibid.

9 *Iuramentum calumniæ in ſummarijs, neque tacite remitti poteſt.*

In alijs cauſis tacite remitti poteſt, remiſſiue, ibid.

10 *Iuramentum calumniæ in ſummarijs præſtari poteſt, etiam poſt concluſum in cauſa.*

cauſa.

11 *Iuramentum calumniæ regulariter non poteſt præſtari poſt concluſum in cauſa, remiſſiue.*

Iuramentum calumniæ in ſummarijs non ſolum ex officio poteſt Iudex exigere, verum etiam ad partis inſtantiam, ſecundum aliquos, ibid.

12 *Iuramentum calumniæ ſi non præſtatur in ſummarijs proceſſus, & ſententia ſunt ipſo iure nulla.*

13 *Iuramentum calumniæ præſtandum eſt etiam in cauſis criminalibus, ſecundum communem, numero 14. nume. 15. 20. & 25.*

14 *Iuramentum calumniæ præſtandum eſt etiam in criminalibus, licet de conſuetudine Italiæ ſeruetur contrarium, ſecundum Socin.*

15 *Iuramentum calumniæ præſtandum eſt in criminalibus ſi actor, aut reus illud petat, & numero 20.*

16 *Iuramentum calumniæ non præſtatur in mere criminalibus, ſecundum Cyn.*

17 *Iuramẽtum calumniæ non præſtatur in criminalibus ſecundum Bald.*

Ratio Bald. eſt, quia in criminalibus non iuratur de credulitate, ſed de veritate, ibid.

Iuramentum calumniæ eſt de credulitate, remiſſiue, ibid.

18 *Iuramentum calumniæ non præſtatur in criminalibus, ſecundum Paul.*

19 *Iuramentum calumniæ ſi omitteretur in cauſis criminalibus, non vitiaretur proceſſus.*

20 *Cyn. Bald. & Pauli opinio præmiſſa reprobatur.*

Iuramentum calumniæ præſtandum eſt in cauſa criminali, ſi pars aduerſa illud petat, ibidem.

21 *Baldi ratio reddita ſupra numero 17. reprobatur. Et numero 23. & 24.*

Iuramentum calumniæ eſt de credulitate, ibid.

Iuramentum calumniæ quamuis ſit de credulitate præiudicat, ac ſi fuiſſet de veritate, ibidem.

22 *Poſitionibus reſpondetur de credulitate, & nihilominus dicta reſponſio æquè præiudicat, ac ſi reſponderetur de veritate.*

23 *Contradictionem non implicat, quod in eadem cauſa iuretur de veritate, & de credulitate.*

24 *Ratio cur Baldi opinio poſita, ſupra numero 17. reprobetur. & numero 25.*

Iuramenta veritatis reſpiciunt probationes, & iuramenta probationis ſunt, ibidem.

Iuramentum calumniæ non reſpicit probationes, nec eſt probationis, ſed ſolemnitatis, & pars ſubſtantialis iudicij, ibidem, remiſſiue.

25 *Iuramentum calumniæ præſtandum eſt in criminalibus, ſecundum communem ſententiam, quæ ſequenda eſt.*

Iuramentum calumniæ, & veritatis poſſunt eſſe in eodem ſubiecto vno, & eodem tempore, non enim ſunt contraria, ibid.

26 *Contraria non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto vno, & eodem tempore.*

27 *Opinio. Cyn. Bald. & Paul. præmiſſa, quod non iuretur de calumnia in criminalibus, poſſet habere locum quoad reum.*

Reo licet pecunia corrumpere accuſatorem ad redimendum ſanguinem ſuum, ibid.

Quod alicui liceat corrumpere aduerſarium ad redimendum ſanguinem ſuũ, id intelligitur tranſigendo, non autem calumniando, ſecundum Panormitanum, ibidem.

28 *In cauſis criminis læſæ Maieſtatis diuinæ, & humanæ, ſimoniæ, ſodomiæ, falſitatis, & aliorum criminum exceptuatorum non ſeruarem, quod præmiſſa opinio Cyn. Bal. & Paul. habeat locum, neque in reo, prout habere locum dixi quod poteſt ſupra numero 27.*

29 *Iuramentum calumniæ præſtandum eſt etiam in cauſis mixtis.*

30 *Iuramẽtum calumniæ præſtatur etiam in cauſis Eccleſiaſticis.*

31 *Iuramentum calumniæ præſtatur in cauſis annexis Eccleſiaſticis.*

Etiam ſi tales cauſæ annexæ ſpiritualibus, non eſſent ſpirituales.

32 *Iuramentum calumniæ præſtandum eſt etiam in cauſa iuriſpatronatus. Et numero 34.*

33 *Iuſpatronatus eſt res ſpiritualis, vel ſpirituali annexa ex Gloſ. opin.*

35 *Iuramentum calumniæ præſtandum eſt in cauſis etiam ſpiritualibus, & numero 37.*

In

In dictis cauſis ſpiritualibus præſtandum non eſt iuramentum calumniæ, ſecundum opinionem aliquorum, ibid.

36 *Iuramentum malitiæ, ſeu veritatis, præſtandum eſt in cauſis ſpiritualibus, ſecundum quoſdam.*

38 *Iuramentum calumniæ præſtatur in cauſis ſpiritualibus eo maxime, ſi pro dictis rebus ſpiritualibus ageretur poſſeſſorio.*

39 *Iuramentum calumniæ, in ſpiritualibus non eſt neceſſarium, ſed vtile, ſecundum Socinum.*

40 *Iuramentum calumniæ in cauſis ſpiritualibus, non ſolum eſt vtile, ſed neceſſarium. Et huius dicti ratio.*

41 *Petri Vanderani ratio, cur non iuretur de calumnia in cauſis ſpiritualibus, in Practic. libro tertio, capitul. ſecundo, confutatur, & retorquetur.*

Vbi imminet maius præiudicium, ibi cautius eſt agendum, ibid.

42 *Iuramentum calumniæ in cauſis ſpiritualibus præſtatur tantùm in illis caſibus, in quibus vera confeſſio noceret, non autem in alijs caſibus.*

Quid dicendum in cauſa matrimoniali ſuper præmiſſis, ibid.

Quid dicendum in cauſis decimarum ſuper præmiſſis, ibid.

43 *Recuſans iurare de calumnia in ſpiritualibus, habetur pro confeſſo quoad ſui præiudicium, non autem quoad hoc, quod aduerſarius acquirat titulum in cauſa ſpirituali, niſi ponens de titulo legitimè probet, ne ad ſpiritualia per colluſionem pateat vitioſus ingreſſus.*

44 *Matrimonialis cauſa eſt ſpiritualis.*

Iuramentum calumniæ præſtatur in cauſa matrimoniali, maxime ſi agitur poſſeſſorio, ibid.

45 *Iuramentum calumniæ eſt præſtandum etiam in cauſa modica, & vili.*

Acrius ſunt puniendi recuſantes iurare in cauſa modica, & vili, quam in grauibus.

46 *Iuramentum calumniæ non præſtatur in cauſa modica, cum iudex ex officio, & extra ordinem cauſam cognoſcit.*

47 *Iuramentum calumniæ præſtatur in nunciatione noui operis.*

Intellige vt ibid.

48 *Iuramentum calumniæ præſtandum eſt in omni cauſa, quæ probationem deſiderat.*

In cauſis, quæ probationem non deſiderant, non præſtatur iuramentum calumniæ, ibidem remiſſiue.

49 *Iuramentum calumniæ præſtandum eſt etiam in cauſa, in qua officium iudicis imploratur.*

50 *Iuramentum calumniæ eſt præſtandum, quando agitur ratione ætatis, vt ſi aliquis dicat ſe maiorem, & ideo velle per ſe litigare; Aduerſarius verò dicat ipſum minorem, & ideo ei dandum eſſe curatorem.*

Non videtur iſtud eſſe iuramẽtum calumniæ, ibid.

51 *Iuramentum calumniæ præſtandum eſt, cum aliquis, vt ſibi viam ad reſtitutionem aperiat, dicit ſe minorem: Aduerſarius verò dicit eum maiorem, & petit iurari de calumnia, & ſuper iſto articulo eſt diſceptandum.*

Vide etiam numero 54. in fin.

Cautus debet eſſe omnis, ne litiget cum curatore eius quem putat maiorem, quia aperit ei viam ad reſtitutionem, ibid.

52 *Minor reputatur ille, qui habet curatorem, præſumptione iuris.*

53 *Minor probatur eo ipſo, quo quis citatur ad comparendum legitimè alias videndum deputari ſibi curatorem.*

54 *Maioritas ſi probatur, apparet nulla datio curatoris facta, neque ex datione talis curatoris aliquis ſibi aperiret viam ad reſtitutionem.*

Iuramentum calumniæ præmiſſum ſuper ætate videtur potius malitiæ, vel veritatis, quàm de calumnia, quia eſt ſuper articulo particulari, ibid.

55 *Iuramentum calumniæ eſt præſtandum etiam quando agitur pro reſtitutione in integrum aduerſus confectionem inuentarij.*

56 *Iuramentum calumniæ dicitur præſtandum ſuper petitione reſtitutionis in integrum ad confectionem inuentarij, quando dicta reſtitutio intentatur principaliter.*

Si reſtitutio in integrum peteretur incidenter non diceretur iuramentum calumniæ, ſed malitiæ, ſeu veritatis.

57 *Reſtitutio conceditur minori etiam ſi ha-*

beat

beat regreſſum contra tutorem, ſecundum Sfort. Oddum.

58 *Reſtitutio nõ conceditur minori aduerſus confectionem inuētarÿ, ſi dictus minor habet regreſſum contra tutorem, & curatorem, quando dictus tutor, & curator eſt ſoluendo, & niſi prius diſcuſſo dicto tutore, vel curatore.*

Et ita obſeruatum fuit in ſignatura Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ, ibid.

59 *Iuramentum calumniæ præſtandum eſt in Prætorÿs ſtipulationibus.*

60 *Iuramentum calumniæ præſtatur, etiam quando agitur vigore inſtrumenti.*

61 *Iuramentum calumniæ præſtandum eſt, etiam quando ageretur vigore inſtrumenti Guarentigiati ex forma ſtatuti, & peteretur exequutio non ordinarie porrecto libello, ſed ſolum produceretur inſtrumentum, & peteretur mandari exequutioni, & pars citata contradiceret.*

Hoc pro notabile tradit Bald. ibid.

Dic vt infra numero 64.

62 *Inſtantia dicitur etiam ſi agatur vigore inſtrumenti.*

63 *Iuramentum calumniæ præſtatur, etiam ſi agatur vigore inſtrumenti in forma Cameræ, prout dictum fuit de inſtrumento Guarentigiato.*

Forma Cameræ non eſt arctior Guarentigia, ibid.

64 *Iuramentum calumniæ præſtandum eſt, dum agitur vigore obligationis Guarentigiatæ, vel in forma Cameræ, ſi contra dictam obligationem opponerentur exceptiones aptæ remorari exequutionem dictæ obligationis Guarentigiatæ, & in forma Cameræ.*

Exceptiones remorantes exequutionem obligationis Guarentigiatæ, vel in forma Cameræ apud quos Doctores habeantur, ibid.

Exceptiones prædictæ remorantes exequutionem ſi non opponerentur, non eſſet iurandum, quando agitur vigore inſtrumenti Guarentigiati, vel in forma Cameræ.

65 *Conſtitutiones Aegidianæ ſeruantur in toto ſtatu Eccleſiaſtico.*

Dictæ conſtitutiones tollunt iuramentum calumniæ, quando agitur vigore inſtrumenti.

Dictæ conſtitutiones an valuerint tollere iuramentum calumniæ.

66 *Iuramentum calumniæ præſtatur in iudicio moto coram arbitris.*

67 *Arbitri poſſunt etiam vtraq; parte contradicente exigere iuramentum calumniæ.*

68 *Iuramentum calumniæ præſtatur etiam coram Vrbis Gubernatore, & numero 68. in fin.*

69 *Gubernator Vrbis procedit manu Regia, & ſola facti veritate inſpecta ſecundum eius facultates.*

Paul. Granuccius vbi tractet de præmiſſis facultatibus Gubernatoris, ibid.

Iuramentum calumniæ numeratur inter terminos ſubſtantiales, ibid.

70 *Terminorum ſubſtantialium omiſſio percutit defectum citationis.*

71 *Terminorum ſubſtantialium omiſſio percutit defectum iuriſdictionis.*

72 *Termini ſubſtantiales ſeruari debent etiam coram Gubernatore Vrbis.*

73 *Motus proprÿ Pontificÿ tollentes nullitates, non tollunt nullitates in ſubſtantialibus.*

74 *Exclamatio contra notarios.*

75 *Iuramentum calumniæ præſtatur etiam in iudicio moto coram Principe.*

76 *Iuramentum calumniæ præſtatur in cumulatione actionis.*

77 *Iuramentum calumniæ præſtatur in mutatione actionis.*

78 *Socin. in capitul. literas numero 13. declaratur.*

79 *Iuramentum calumniæ iterum præſtatur, & conteſtatur iterum lis quando libelli mutatio eſt circa ſubſtantialis ſecundum Bald.*

Quando mutatio libelli non eſt circa ſubſtantialia eſt dubium, vt ibi per eundem Bald. remiſſiue.

80 *Iuramentum calumniæ præſtatur in inſtantia appellationis.*

81 *Iuramentum calumniæ præſtatur in inſtantia appellationis, etiam ſi in priori inſtantia præſtitum ſit.*

82 *Recuſans iurare de calumnia in inſtantia appellationis habetur pro confeſſo, ſicut in priori inſtantia habetur pro confeſſo.*

83 *Contrarium autem, & quod in inſtantia appellationis non ſit iurandũ de calum-*

nia

nia ſecundum aliquos.

Inſtantia appellationis eſt eadem cum priori ſecundum aliquos ibid.

Inſtantia appellationis quod ſit eadem cum priori eſt falſum, ibid.

84 *Iuramentum præſtitum in cauſa principali non extenditur ad cauſam appellationis.*

85 *Iuramentum calumniæ præſtatur, etiam ſi mutentur perſonæ, vt quando reus excipiendo fit actor, quia ſuper tali exceptione iuratur de calumnia.*

Intellige hoc vt ibid.

86 *Iuramentum calumniæ præſtatur etiam perempta inſtantia, per lapſum triennij, & ſi vult de nouo actor intentare actionem perempta inſtantia, iterum iuratur de calumnia.*

87 *Iuramentum calumniæ præſtatur in exceptionibus.*

88 *Iuramentum calumniæ præſtatur ſuper exceptionibus declinatorijs.*

Forma iurandi ſuper talibus exceptionibus ex Bald. ibid.

Iſtud procedit, quando excipiens arctat actorem in onere probandi, ex Bald. ibid.

89 *Iuramentum præmiſſum ſuper exceptionibus non dicitur calumniæ, ſed malitiæ, ſeu veritatis.*

90 *Iuramentum calumniæ præſtitum generaliter extenditur ad omnia emergentia poſt lit. conteſtatam.*

91 *Iuramentum calumniæ præſtatur ſuper præparatorijs, vbi vide exempla.*

92 *Interrogatoria quomodo ab aliquibus vocentur, & quæ ſint propriè interrogatoria.*

93 *Interrogatoria, Poſitiones, & Præparatoria ſunt ferè ſinonima.*

Iuramentum calumniæ præſtitum ſuper Præparatorijs, interrogationibus, & Poſitionibus dicitur malitiæ, vel veritatis, non autem de calumnia, ibid.

94 *Iuramentum calumniæ præſtatur in omnibus incidentibus, & emergentibus quæſtionibus.*

95 *Iuramentum calumniæ præmiſſum præſtitum ſuper incidentibus, & emergentibus quæſtionibus non dicitur iuramentum calumniæ, ſed malitiæ, vel veritatis.*

96 *Iuramētum calumniæ præſtitum generaliter ſuper negocio principali extenditur ad omnia acceſſoria.*

97 *Iuramentum calumniæ præſtandum eſt in iudicio, & cauſa duelli.*

Actor ſolus iurat de calūnia in cauſa duelli, ibid.

98 *Actor, & Reus iurant de calumnia in cauſa duelli, per conſtitutiones Regni Siciliæ.*

99 *Duellum eſt prohibitum.*

100 *Pœnæ loquentes de duello non habent locum in eo qui in rixa calore iracundiæ vocat alium ad ſingulare certamen dicendo, euagina enſem, quia volo tecum præliari, & duellum facere.*

101 *Contrarium autem, & quod præliantes ex condicto loco, & tempore incidunt in pœnas ſtatutas per Concilium Trident. contra committentes duellum.*

102 *Duelli materia eſt tractata, quia aliqui iniqui Principes præbent duellum committentibus campum Francum.*

103 *Duelli materia apud quos authores habeatur.*

104 *Iuramentum calumniæ præſtatur in cauſa ſindicatus.*

In quibus cauſis iuramentum calumn. præſtandum ſit.
Cap. XIX.

1 REGVLA † generalis eſt, quod hoc noſtrum iuramentum ſit præſtandum in omnibus cauſis text. in l. prima, in princip. & in l. ſecunda, prope fin. Gloſ. in dicta l. ſecunda, in verbo in omnibus, vbi recenſet Mart. limitantem ad cauſas pecuniarias, C. de iureiurando propter calumniam, Specul. in tit. De iuramento calumniæ, §. ſecundo, in princip. Gloſ. in capitul. primo, in verbo, criminali, Marian. Socin. in capitul. literas numero ſexto, de iuramento calumniæ, Laur. à Pinu conſil. octuageſimo,
2 numero quinto. † Quam regulam in pluribus caſibus reperio à Doctoribus declaratam, & primo declaratur procedere in

cauſis

cauſis ciuilibus Gloſ. in capitul. inhærentes, in verbo, criminali, & in dicto capitul. literas in verbo, Rebus ſpiritualibus, & in dicto capitul. literas Socin. idem dicit ſub numero ſexto, verſicul. primo declaratur, & ibid. Panormitan. in capitul. literas numero decimo, de iuramento calumniæ, Barthol. in dicta l. ſecunda, in principio Bald. numero ſeptimo, vbi dicit
3 id eſſe verum ſecundum omnes. † Secundo declaratur procedere in cauſis ciuilibus extraordinatorijs, in quibus lis non conteſtatur, Bart. dicto numero decimotertio, Panormit. in capitul. inhærentes numero decimoquarto, in princip. de iuramento calumniæ, Socin. in dicto capitul. literas dicto numero ſecundo, verſic. ſecundo procedit.
4 † Quæ declarationes ampliantur etiam ſi in dictis cauſis procederetur ſummarie, de plano, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij, Socin. in dicto verſic. ſecundo procedit.
5 † Quia dicta clauſula, etiam in reſcripto appoſita non excludit iuramentum calumniæ, vt habetur in clementina, ſæpe, §. citationem vero, De verb. ſignific. Ioan. Andr. ad Specul. in tit. de iuramento calumniæ, §. ſecundo, numero decimo, in litera S, in verbo,
6 in princ. † Tertio declaratur procedere dicta regula in cauſis etiam ſummarijs, Pariſius in addit. ad Barth. in l. prima, litera A, in verbo, in omnibus, C. de iureiurando propter calumniam, Ant. Franc. in Annotation. ad Panormit. in capitul. ſignificaſti numero octauo, in verbo, ſibi iuraret, de foro competenti, Alex. in l. qui bona, §. ſi alieno nomine, numero quarto, ff. de damn. infect. Grauat. in addit. ad Veſtr. libro quinto, capitul. ſecundo, numero ſexto, Cotta in memor. in verbo, iuramentum calumniæ, Moder. Annotan. in Pragmat. Regn. Sicil. incipien. ſi reus exceptionem litis ingreſſum, numero tertio, Addent. ad Mattheſil. ſingul. ſexageſimoquinto, verſic. in cauſis tamen, Roland. conſil. ſeptuageſimoprimo, numero nono, volumine primo, Barbat. conſil. quadrageſimonono, numero ſeptimo, volumine tertio, vbi eum vide, Vant. in tract. de nullitat. in tit. de nullitat. ſentent. ex defect. proceſſ. numero vigeſimonono, Alberic. in dicta l. ſecunda, numero tertio, vbi dicit, quod quamuis in ſummarijs non ſit neceſſaria litis conteſtatio, nihilominus eſt iurandum de calumnia poſt narrationem actoris, & reſponſionem rei, quæ æquipollent conte-
7 ſtationi. † Nec dici poterit cauſa ſummaria, niſi conſtet iudicem velle procedere ſummarie. Lapus allegat. tertia, nume-
8 ro quinto, in fin. † Quæ tertia declaratio regulæ principalis multipliciter ampliatur, & Primo ampliatur dicta declaratio, ſiue cauſa ſit ſummaria ex diſpoſitione legis, Barbat. dicto conſil. quadragesimonono, numero primo, ſiue ſit ſummaria ex diſpoſitione hominis Barbat. dicto nu-
9 mero primo. † Secundo ampliatur dicta declaratio in tantum, vt in ſimilibus ſummarijs tale iuramentum neque tacite omitti poſſit, Barbat. dicto conſil. quadrageſimonono, numero primo, verſicul. & etiam, & numero vigeſimoprimo, licet in alijs cauſis remitti poſſe tacite traditum ſit ſupra capitul. decimo ſecundo.
10 † Tertio ampliatur dicta declaratio, & duæ præmiſſæ eius ampliationes in tantum, vt iuramentum calumniæ præſtari poſſit in ſimilibus ſummarijs etiam poſt concluſum in cauſa, Cotta in memorial.
11 in dicto verbo, iuramentū calumniæ. † Et licet poſt concluſum in cauſa regulariter non poſſit præſtari noſtrum iuramentum per ea, quæ tradidi ſupra capitul decimo. Tamen in ſimilibus ſummarijs non ſolum ex officio poſt concluſum in cauſa iudex poteſt illud exigere; verum etiam ad partis inſtantiam ſecundum Roland. conſil. ſeptuageſimoprimo, numero trigeſimotertio, libro primo. facit cappella Tholoſ. & ibi addit. in deciſio. 108. & in hoc
12 dic vt ſupra d. capit. decimo. † Quarto ampliantur dicta declaratio, & eius primæ duæ ampliationes præmiſſæ in tantum, quod ſi non præſtetur hoc iuramentum in ſimilibus cauſis ſummarijs, proceſſus, & ſententia ſint ipſo iure nulla, Barbat. dicto conſil. quadrageſimonono, numero ſecundo, in fin. ſuper quo articulo perpendendæ ſunt Aegidianæ conſtitutiones libro quinto, capit. ſecundo, vbi mandant à certa quantitate infra procedi debere ſummarie, & ſine tali iuramento, & in hoc dic, prout dicam infra hoc eodem capitul. in decimaſeptima declaratione, numero ſexageſimoquinto, ad eaſdem conſti-

conſtitutiones libro quinto, capitul. ter-
13 tio. † Quinto declaratur dicta regula pro-
cedere etiam in cauſis criminalibus, Spe-
cul.in tit.de iuramento calumniæ, §.ſe-
cundo, numero primo, & §.ſecundo,nu-
mero octauo, & nono, Gloſ. in capitul.
primo, in verbo, Criminali, in princip.
& in dicto capitul. literas, in verbo, ſpi-
ritualibus, de iuramento calumniæ, &
in l.prima, in verbo, Quicquam, vbi di-
luit contraria multa, & Cyn. in ead.l.nu-
mero tertio, C. de iureiurando propter
calumniam, Socin.in dicto capitul.literas
numero ſeptimo, in princip.& in capitul.
cum in cauſa numero quadrageſimoquin
to, verſic. vigeſimo quarto, & in capi-
tul.inhærentes numero decimo, Alberic.
in l.in omnibus cauſis numero ſecundo,
C. de iureiurando propter calumniam,
Iul. Clarus, §.fin.quæſtio.decimaoctaua,
numero tertio, dicit etiam Bart. vbi Cla-
rus tradit hanc eſſe communem ſenten-
tiam, licet ibi dicat apud ſuos non ſerua-
ri.Admittit tamen ex Foller.in Pract.cri-
min. Canon.quod aduerſario petente ſer
uatur, vt præſtetur hoc iuramentum in
14 criminalibus. † Et Socin. in dicto capitul.
literas dicto numero ſeptimo, in fin.aſſe-
rit hanc eſſe regulam. Et licet de con-
ſuetud ne, & ſtilo Italiæ contrarium ſer-
uari d cat, nihilominus in fine dicti nu-
meri concludit, quod iurandum eſt: &
ibi diluit omnia in contrarium adducta.
15 † Maxime autem procederet dicta decla-
ratio, & proxime Socin. opin. quod in
criminalibus iurari debeat, ſi actor, aut
reus id petat, vt Socin.dicto numero ſe-
ptimo, conſonant relata ſuperius ex Cla-
ro in hoc eod.capitul. numero decimoter
16 tio, in fin.† Cyn.autem in dicta l.ſecunda,
numero quinto, ex ſententia Petri dicit,
quod in mere criminalibus non præſta-
17 tur noſtrum iuramentum. † Et Bald. in l.
prima, C.de iureiurando propter calum-
niam, numero octauo, dicit in crimina-
libus non iurari de calumnia, & ibi eius
ratio eſt, quia in cauſa criminali non iu-
ratur de credulitate, ſed de veritate. Et
iſtud iuramentum calumniæ eſt de cre-
dulitate non de veritate, vt dixi ſupra ca-
18 pitul.octauo.† Paul.quoque in l.prima, nu
mero nono. C.eod.videtur ſentire, quod
19 in criminal bus non iuretur. † Subdit e-
tiam Bald.dicto numero octauo, quod ſi
in cauſa criminali omitteretur hoc iura-
mentum, ex hoc non vitiaretur proceſ-
20 ſus. † Cyn.Bald.& Pauli magna eſt autho
ritas, nihilominus cum nulla ratione præ-
miſſa eorum ſententia iudicio meo ſal-
uari poſſit, puto eam non ſequendam, &
ob eam non recedendum à regula conſti-
tuta in princip. huius capitul. quod iura-
mentum calumniæ ſit præſtandum in om
nibus cauſis, & à communi ſententia, ſ
quod in criminalibus iuretur de calumnia
ſi pars id petat, vt retuli in princip. huius
quartæ declarationis numero decimoter
tio, decimoquarto, & decimoquinto.
21 † Nec ratio Bald. dicto numero octauo,
(parcat mihi tantus vir) mouere me de-
bet: non enim formaliter concludit, quo-
niam arguit, in criminalibus non iuratur
de credulitate, ſed de veritate, ergo non
iuratur de calumnia. Cuius enim ma-
tis ſi negatur antecedens, quod in crimi-
nalibus non iuretur de credulitate, quo-
modo iſtud antecedens negatiuam pro-
babit? Hoc opus, hic labor eſt ſiquidem
ſi in criminalibus iuratur de calumnia, vt
præmiſſum eſt numero decimotertio, de-
cimoquarto, & decimoquinto, neceſſa-
rio iuratur de credulitate, quia iuramen-
tum calumniæ præſtatur de credulitate,
& non de veritate, vt dixi capitulo octa-
uo ſupra,& nihilominus dictum iuramen
tum de credulitate præiudicat reſponden
22 ti, ac ſi de veritate reſponderetur. † Sicut
in ſimili poſitionibus reſpondetur de cre-
dulitate, nihilominus talis reſponſio de
credul.tate facta poſitionibus æquè re-
ſpondenti præiudicat, ac ſi reſpondiſſet
de veritate, Cyn.in dicta l. ſecunda, §.
quod obſeruari, Rimin. Iunior conſilio
ducenteſimo trigeſimo ſexto, numero
23 nono, libro tertio, vbi videatur. † Præ-
terea non implicat contradictionē, quod
in eadem cauſa iuretur de veritate, & iu-
retur etiam de calumnia; in ciuilibus e-
nim datur iuramentum ſuppletorium,
deciſiuum, iuramentum teſtis, & alia iu-
ramenta, quæ ſunt de veritate; & nihi-
lominus in eiſdem ciuilibus iuratur de
calumnia. Et ſi per poſitionem, & af-
firmatiuam alterius ex prædictis iuramē-
tis, videlicet, veritatis, & calumniæ, ſe-
queretur alterius remotio, & negatiua,
vt

vt ex Bald. loco præcitato arguitur, in cau
ſis ciuilibus nunquam iuraretur de calum
nia : Nam nulla, vel rara eſt cauſa ciui-
lis, in qua de veritate non iuretur, vnde
ſequeretur de calumnia in eadem cauſa
34 non poſſe iurari. † Ratio eſt in promptu
cur Baldi argumentum non procedat, vl-
tra alias rationes præmiſſas, quæ ratio
eſt, & potiſſima; Quod ſcilicet iuramen-
ta veritatis reſpiciunt probationes, & iu-
ramenta probationis ſunt; Iuramentum
verò calumniç non reſpicit probationes,
nec eſt probationis, vt dixi ſupra capitu-
lo tertio, poſt princip. ſed ſolemnitatis,
& pars ſubſtantialis iudicij eſt, vt dixi ſu-
35 pra capitulo ſeptimo. † Concludo igitur
cum Doctoribus relatis ſupra nume. de-
cimotertio, decimoquarto, & decimo-
quinto, ſequendam communem ſenten-
tiam, & obſeruantiam, de qua ex Folle-
rio teſtatur Clarus loco relato, in fin. ſu-
pra numero decimotertio. Quod in cri-
minalibus parte inſtante iuramentum ca-
lumniæ ſit præſtandum, licet Barthol. in
l. prima, numero ſexto, C. de iureiurando
propter calumniam, tradat de vſu com-
muni Italiæ id non ſeruari, vt retuli ex So
cin. ſupra numero decimoquarto. Et vno,
& eodem tempore poſſunt in eodem ſu-
biecto iuramentum calumniæ, & verita-
tis eſſe contra mentem Bald. ſupra relati;
36 Non enim ſunt contraria, † quç in eodem
ſubiecto ſtare vno, & eodem tempore,
non poſſunt, quidam Neotericus Ger-
manus conſil. ſexto, numero vndecimo,
poſt princip. per l. ſi vt certo, §. ſi duo-
bus, ff. commodat. l. ſi inter me, de except.
rei iudic. l. Pomponius, §. ſi is, de procura-
tor. l. hæc verba, de verborum ſignifica-
37 tio. † Opin. Cyn. Bald. & Pauli poſſet ha-
bere locum quoad reum proceſſatum cri-
minaliter, & quod reus non teneatur de
calumnia iurare in criminalibus, quia ſu-
pra capitulo ſecundo dixi ante fin. dicti
capituli, quod licet corrumpere pecunia
accuſatorem ad rediměndum ſanguinem
ſuum reo, & non comprehendetur dictus
reus ob id inter contrafacientes iuramen
to calumniæ, etiam ſi iuraſſet de calum-
nia : Et ſi per ea quæ nunc dicimus, quod
in criminalibus iuretur de calumnia, ne-
ceſſe eſſet iurare de calumnia reo, & ex
alio latere liceret reo ad redimendum
ſanguinem ſuum contrauenire iuramen-
to calumniæ per ſe præſtitum abſque pœ
næ incurſu, vt dictum eſt ſupra dicto ca-
pitulo ſecundo, vtique fruſtra præſtare-
tur hoc iuramentum à dicto reo. Niſi in-
telligere velimus cum Panormitan. in ca-
pitul. inhçrentes, numero vndecimo, ver-
ſiculo, eodem modo reſpondetur, de iu-
ramento calumniæ, quod intelligatur,
quod quis poſſit corrumpere aduerſariũ
tranſigendo, & non calumniando, & a-
liàs, vt ibi Panormitan. at ſic etiam reus
teneretur iurare, cuius ſententiæ liben-
28 ter ſubſcribo. † In cauſis tamen criminis
læſæ maieſtatis diuinæ, & humanæ, ſi-
moniæ, ſodomiæ, falſitatis, aſſaſſinij,
alijsque ſimilibus criminibus exceptua-
tis, quæ non veniunt in generali Princi-
pis abolitione, & remiſſione, non admit-
terem dictam opin. Cyn. Bald. & Paul. ne-
que etiam in reo, in ijs enim receditur
29 à regulis iuris communis. † Quinto de-
claratur procedere principalis regula in
cauſis mixtis, ita voluit Socinus in dicto
capitulo literas, numero ſexto, verſicul.
ſexto procedit; & ibidem Gloſ. in dicto
verbo, rebus ſpiritualibus, verſiculo, aliç
mixtæ, Speculat. in titulo de iuramento
30 calumniæ, §. ſecundo, numero 1. † Sexto
declaratur procedere dicta principalis re-
gula in cauſis Eccleſiaſticis, Socin. in d. c.
literas, nu. 6. verſi. ſeptimo procedit, Spe-
cul. vbi ſupra, §. 1. nu. 10. verſ. ego tamen.
31 † Ampliatur hæc ſexta declaratio, vt pro-
cedat etiam in cauſis annexis cauſis Ec-
cleſiaſticis, Specul. d. §. 1. d. verſic. ego ta-
men. Etiam ſi tales cauſæ annexæ ſpiri-
tualibus non eſſent ſpirituales, Socinus in
32 dicto verſic. ſeptimo procedit. † Septimo
declaratur procedere principalis regula
in iure patronatus, in cuius cauſa, licet
prius non crederetur iurandum eſſe, quia
prætendebatur ſpiritualis, vel ſpirituali
33 annexa, † vt ſentire videtur, quod ſit ſpi-
ritualis, vel ſpirituali annexa, Gloſ. in di-
cto capitul. literas, in dicto verbo, ſpi[illegible]
34 libus, in principio. † Sed ho[illegible] ...tua-
eſt, vt in iuriſpatr[illegible] ...natus cauſa iurari de-
beat, Speculat. in dicto titulo §. ſecundo,
numero nono, verſ. alij contra, & nume-
ro decimo, in fine, quia in cauſis etiam
ſpiritualibus iuratur, vt infra dicam. Octa-
35 uo † declaratur dicta principalis regula,

vt procedat etiam in cauſis ſpiritualibus;
In quibus licet dixerint non eſſe præſtan-
dum iuramentum calumniæ, Speculat.
in rubric. de iuramento calumniæ, nume-
ro ſeptimo, verſiculo, breuiter ergo te-
neas, Gloſ. in dicta l. ſecunda, §. ſed
quia veremur, in verbo, remitti, circa,
medium, verſiculo, item in ſpiritualibus,
& in capitulo, in pertractandis, in ver-
bo, non paſſim, & in verbo, rebus ſpi-
ritualibus, de iuramento calumniæ, & in
dicto capitulo, literas, vbi etiam text. &
refert Socin. in dicto capitulo, literas, nu-
mero primo, Andr. Gaill. Practic. obſer-
uation. libro primo, obſeruatione trigeſi-
maoctaua, nume. quarto, pagina ſeptua-
geſimaquinta, columna prima, Bonacoſſ.
in Tracta. de æquit. Canon. concluſio. 73.
vbi dicit, id procedere de æquitate ca-
36 nonica. † Sed in eis præſtandum eſſe iu-
ramentum malitiæ, ſeu veritatis, tenue-
runt in ſpecie, Speculat. in dicto verſi-
culo, breuiter ergo teneas, & §. primo,
numero decimo, in principio, & Socin. in
capitulo finali, & ſparſim alibi in repetit.
37 titul. de iuramento calumniæ, extra. † Ta-
men hodie contrarium ſeruatur, cum in
ſpiritualibus, ſicut in prophanis indiffe-
renter iuretur de calumnia, text. in capi-
tulo primo, §. finali, & ibidem Gloſ. pri-
ma, in quarto notabili, de iuramento ca-
lumniæ, in ſexto, Speculat. in dicto §. pri-
mo, numero decimo, verſicul. ego tamen
vtrumque, & ibidem ſequitur Ioan. And.
in additio. in litera K, in verbo, ad caute-
lam, Marian. Socin. in dicto capitul. inhæ-
rẽtes, numero decimoquinto, & in dicto
capitulo, literas, numero primo, & ſexto,
verſicul. tertio procedit, vbi id late diſcu-
tit, & in capitulo, cum in cauſa, numero
quadrageſimoſexto, de iuramento calum-
niæ, Paul. in l. prima, in fin. & Alberic. nu-
mero tertio, & Bald. in dicta l. ſecunda, C.
de iureiurãdo propter calumniam, & ibi-
dem Barthol. numero decimotertio. † Et
38 dec[illegible] quod in ſpiritualibus de ca-
iſta conclu[illegible] [illegible]edit maxime, ſi pro
lumnia iuretur, pro[illegible] poſſeſſoria, &
re ſpirituali ageretur via [illegible] Gloſ. in dicto capi-
cauſa poſſeſſoria eſſet, G[illegible]ualibus, verſi-
tulo, literas, in verbo, ſpiri[illegible] idem Socin.
culo, & nota quod licet, & ib[illegible] procedit,
numero ſexto, verſiculo, quinto [illegible]
Andr. Gaill. dicta obſeruatione trigeſi-
39 maoctaua, numero quarto. † Alij tenue-
runt, vt per Socinus dicto numero ſexto.
Quod iuramentum calumniæ in ſpiritua-
40 libus non ſit neceſſarium, ſed vtile. † At
non vtile ſolùm, ſed neceſſarium eſt iu-
dicandũ in ſimilibus cauſis tale iuramen-
tum, & plures rationes, quæ ad id mo-
uere debent, tradit Socinus dicto nume-
ro ſexto. Quartum potiſſimũ eſt, quia
in dictis cauſis, vt plurimum calumniari
videmus, quæ ratio eſt deſumpta ex tex.
ipſo in dicto capitulo primo, §. finali, de
41 iuramento calumniæ, in ſexto. † Nec ob-
ſtat Petr. Vanderan, in ſua Practic. libro
tertio, capitulo ſecundo, verſicul. formu-
la autem, vbi dicit in ſpiritualibus non
ſeruari, vt iuretur de calumnia, quia cau-
ſæ ſpirituales ſunt maioris præiudicij.
Nam dicta ratio facit pro nobis contra
ipſum, cum vbi maius imminet præiu-
42 dicium, ibi ſit cautius agendum. † Fateor
tamen, quod in cauſis ſpiritualibus iu-
ratur de calumnia tantùm, in illis caſi-
bus, in quibus vera confeſſio noceret,
non autem in alijs caſibus, vt Socinus in
dicto capitul. cum in cauſa, numero qua-
drageſimoſexto, verſiculo, ſecundo exi-
gitur, vbi tradit, quid dicendum in cau-
ſa matrimoniali, quid in cauſa vſura-
rum, & refert ad dicta ab ſe in titul. de
confeſſ. faciunt dicta ſupra capitulo de-
cimo quarto vbi ponitur ſecunda quali-
tas, vt talis ſit cauſa, in qua confeſſio
vera noceret confitenti, ad faciendum
incurrere contumacem in non iurando,
in pœnas impoſitas nolentibus iurare.
43 † Et circa præmiſſa nota, quod in ſimi-
libus ſpiritualibus recuſans iurare, ha-
betur pro confeſſo quoad ſui præiudiciũ,
non autem quoad hoc, quod aduerſarius
acquirat titulum in cauſa ſpirituali, niſi
de titulo ponens legitimè probet, ne per
colluſionem ad ſpiritualia pateat vitio-
ſus ingreſſus, Bald. in dicta l. ſecunda, di-
44 cto numero ſeptimo. † Ex quibus infer-
tur, quod in cauſis matrimonialibus, cum
ſpirituales ſint, iurandum eſt de calum-
nia, vt etiam in ſpecie ex Alberic. in d. l. 1.
d. nu. 3. Maxime, ſi in eis agatur poſſeſſo-
rio, vt ſupra ex Socin. & Gaill. tradidi, &
45 cap. decimoquinto, numero 338. † Nono
declaratur procedere principalis regula
in cauſa modica, & vili, in qua ẽt iurari de
calumnia

calumnia debet, Speculat. in dicto titulo,
§. ſecundo, numero decimo, verſiculo, dic
contra, Panormitan. in dicto capitul. inhæ-
rentes, dicto numero decimoquarto, in
principio, Marian. Socin. in dicto capitul.
cum in cauſa, nume. quinquageſimo, vbi
ſubdit acrius eſſe puniendos recuſantes
iurare in ſimilibus cauſis, quàm in cauſis
grauibus, & arduis per rationem ibi ab eo
redditam, vide in hoc ea, quæ dixi ſupra
numero duodecimo ad Conſtitutiones
46 Aegidianas. † Quæ declaratio nona fal-
lit, quando iudex ex officio, & extra ordi-
nem cauſam cognoſceret, quia tunc non
præſtatur tale iuramentum in cauſa mo-
dica, Speculat. dicto numero decimo, in
47 fin. † Decimo declaratur procedere prin-
cipalis regula in cauſa nunciationis noui
operis, text. in l. de pupillo, §. qui opus, ff.
de noui operis nunciatione, Alexand. ibi-
dem numero primo. Dummodo tamen
exigatur iuramẽtum calumniæ in tali cau
ſa authore Prætore, vt in dicto §. qui o-
pus, & dixi ſupra capitulo ſexto, numero
48 primo. † Vndecimo declaratur procedere
principalis regula in omni cauſa, quæ pro
bationem deſiderat, vt voluit Bald. in di-
ct. l. prima, numero primo, C. de iureiu-
rando propter calumniam, & in cauſis,
quæ probationem non deſiderant, non
iuratur de calumnia, vt dicam infra capi-
49 tulo vigeſimo. † Duodecimo declaratur
procedere principalis regula etiam in cau
ſa, in qua officium iudicis imploratur,
quia in ea etiam iuramentum calumniæ
requiritur, Socinus in dicto capitulo lite-
50 ras, numero octauo, in principio. † Deci-
motertio declaratur procedere principa-
lis regula, & quod iuretur de calumnia,
etiam, quando agitur ratione ætatis, vt
quia aliquis dicat ſe maiorem, & ideo vel
le per ſe litigare: Aduerſarius verò di-
cat ipſum minorem, & ideo ei dandum
eſſe curatorem, Socin. in dicto capitulo li-
teras, numero octauo, verſiculo decimo
procedit. Sed non teneo iſtud eſſe iura-
mentum calumniæ, quia non præſtatur
ſuper tota cauſa, at ſuper articulo, & e-
mergenti particulari. Et ſi iſtud diſcu-
teretur ante litem conteſtatam diceretur iu-
ramentum malitiæ; ſi poſt litem conte-
ſtatam diceretur iuramentum veritatis, vel
etiam malitiæ, vt dixi ſupra capitulo pri-

51 mo, & ſparſim in toto opere ſæpe. † De-
cimoquarto declaratur procedere prin-
cipalis regula, quando è conuerſo aliquis
malitioſus dicit ſe minorem, vt ſibi viam
aperiat ad reſtitutionem in integrum, &
aduerſarius verò dicit eum maiorem, &
petit iurari de calumnia. Et iurandum
eſſet, & ſuper iſto emergenti diſceptan-
dum, & pronunciandum, Bald. in Au-
thentic. principales perſonæ, numero de-
cimo, C. de iureiurando propter calum-
niam, per Gloſ. in dicta Authentic. quam
Gloſ. ibidem, dicit ſingularem Bald. &
menti tenendam, quod quis debet eſſe
cautus, vt non litiget cum curatore eius,
quem putat maiorem, quia aperit ei viam
52 ad reſtitutionem. † Nam præſumptio-
ne iuris reputatur minor ille, qui habet
curatorem, vt Bald. dicto numero deci-
53 mo. † Neque citet eum, qui dicit ſe mi-
norem, ad comparendum legitimè, aliàs
videndum ſibi deputari curatorem, ex
hac enim citatione probaretur minor,
Corn. conſil. 91. numero ſecundo, libro
primo, Ruin. conſil. 99. numero ſexto, li-
bro quarto, Rimin. conſil. 149. numero 4.
54 † Sed ſi probaretur maioritas ex hoc ap-
pareret dationem curatoris fuiſſe nullã,
neque ex hoc poterit conſequi viam ad
reſtitutionem, ſed quia diſceptatio hæc
ſuper maiori, vel minori ætate fit ſuper
articulo particulari, videtur potius iura-
mentum malitiæ, vel veritatis, quàm
55 calumnię, iſtud de quo numero 51. † De-
cimoquinto declaratur procedere prin-
cipalis regula, quando agitur pro reſtitu-
tio. in integrum ad confectionem inuen-
tarij, quia iſto etiam caſu de calumnia iu-
ratur, Ioann. Andr. in Addit. ad Speculat.
in tit. de iuramento calumniæ, §. 2. in ver-
bo, §. *penult.* verſic. procedit autem, So-
cin. in d. cap. literas, nu. 12. Et ſi eſt maior
iſte iurare debens, iurat per ſe, vt Socin.
d. nu. 12. ſi vero dictus iurare debens eſt
minor, iurat per alium, id eſt per curatorẽ
56 ſuũ, Socin. d. nu. 12. † Quę declaratio prin
cipalis regulę intelligẽda eſt, vt procedat,
ſi iudiciũ ſit principaliter motũ ſuper re-
ſtitutione in integrũ, & reſtitutio in inte-
grũ principaliter intentaretur: ſecus autẽ
eſſet, ſi reſtitutio peteretur incidẽter, q̃a
tunc iuraretur de malitia, ſi eſt ante litem
conteſtatam; ſi vero poſt litem conteſtatã

eſſet iuramentum veritatis, vel malitiæ, per ea quæ dixi ſupra numero 50. in fin.
57 † Nec ab re monitum te eſſe velim, quod licet Sfortia Odd. in Tracta. de reſtitutio. in integrum, parte prima, quæſtio. vigeſimaſecunda, numero decimoſexto, velit, quod reſtitutio minori concedatur, etiam
58 ſi habeat regreſſum contra tutorem. † Tamen talis reſtitutio aduerſus confectionem inuentarij nullo modo concedenda eſt, quando eius tutor, vel curator eſt ſoluendo, & ipſe minor habet reſeruationem contra tutorem, vel curatorem; & niſi prius diſcuſſo dicto tutore, vel curatore, ad text. in l. properandum, §. finali, C. de iudic. Montic. de inuentar. in reg. 51. numero 43. Balb. de præſcrip. in prima parte quintæ partis principalis, quæſtio. ſexta, numero quarto, Turzan. inter communes, numero 125. Soarez inter communes in verbo, minor, numero 174. Afflict. ſuper Conſtitutio. Regni, libro ſecundo, rubrica vigeſimanona, numero quadrageſimo, & ſequenti libro quinto, Ruin. conſilio centeſimo decimonono, numero decimooctauo, & ſeq. libro quinto, vbi de communi, Beto. conſi. 120. numero vigeſimoſexto, libro primo, Roland. conſi. 10. numero 19. & ſeq. libro ſecundo, Natta conſi. 492. numero 67. & ſeq. libro tertio, Alciat. viden. conſil. 119. numero 18. & ſeq. libro quinto, Rimin. Iun. conſi. 72. numero 74. libro primo, & conſil. 593. numero 27. libro quinto, Burſat. conſi. 3. numero 47. libro primo, Caſſad. deciſ. quinta, de appell. & ita reſolutum fuit coram Sanctiſſimo Domino Noſtro Clemente Papa Octauo, in Signatura gratiæ proponente R. P. D. Horatio Spinola, vbi filij Conſtantini Saracini, pro quo ego fideiuſſeram; petebant reſtitui aduerſus confectionem inuentarij à Maria eorum matre, & tutrice, ac curatrice non confecti de bonis hæreditarij. Vide quæ dixi ſupra capitulo decimoquinto, in declaratio
59 ne vndecima. † Decimoſexto, declaratur procedere principalis regula etiã in Prætorijs ſtipulationibus, in quibus præſtatur hoc iuramentum quoque calumniæ, Specular. in dicto titulo, §. ſecundo, numero decimoſeptimo, Socin. in dicto cap. literas, numero ſeptimo, & decimo, verſicul.
60 ſexto decimo procedit. † Decimoſeptimo declaratur principalis regula, vt procedat etiam quando agitur vigore inſtrumenti, text. eſt expreſſus in dicta l. 1. C. de iure
61 iurando propter calumniam. † Quæ decimaſeptima declaratio ampliatur, etiam ſi ageretur, & peteretur exequutio inſtrumenti guarentigiati ex forma ſtatuti, licet dicta exequutio non peteretur ordinariè porrecto libello, aut lite conteſtata; ſed ſolùm produceretur inſtrumentum, & peteretur mandari exequutioni, & pars citaretur, quare non debeat exequi, & pars aduerſa contradiceret, Marian. Socin. in dicto capit. literas, numero octauo, Bald. in dicta l. prima, numero tertio, verſiculo, facit ad ſtatutum, C. de iureiurando propter calumniam, vbi dicit hoc eſſe menti
62 tenendum. † Et quod inſt. ...itia dicitur etiam ſi agatur vigore inſtrumenti. † Ex qui
63 bus infero idem dicendum de inſtrumento celebrato in forma Cameræ, ſub ditione ſtatus Eccleſiaſtici, quæ forma non eſt
64 arctior guarentigia. † Maximè procedere puto hanc declarationem, quando cõtra inſtrumentum opponeretur aliqua exceptio, quæ ex ſui natura eſſet apta remorari exequutionem obligationis guarentigiatæ, vel vallatæ iuramento, & obligatione Camerali, prout ſunt illæ, quæ in ſtatutis ſæpe ponuntur, quod opponi poſſint contra ſimilia inſtrumenta, & eæ, quas recenſent, quod poſſint opponi ad reprimendam exequutionem talium inſtrumentorum, Barz. in Tracta. de guarentigia, & Galleſius in Tractatu de forma Cameræ. Alioquin ſi nihil opponeretur contra talia inſtrumenta, nec peteretur calculari, aut quid ſimile; ſed ſimpliciter peteretur nihil fieri, niſi iurato de calumnia, & ſibi petenti intimato; non crederem de neceſſitate iurandum de calumnia: quia inſtrumentum eſt probatio probata, & inducens euidentiſſimam probationem, vt dixi ſupra capitulo decimooctauo, in declaratione vigeſimaprima, numero quinquageſimo tertio. Et prædicta tene menti perpetuo, vt Bald. ſupra relatus dicit; quia eius authoritas te defendet ab oppoſitionibus, quas aliquando iudices, & aliquando notarij faciunt vni parti litiganti fauentes alteri parti, ſub prætextu arctæ obligationis prædictæ, & quod habẽs inſtrumentum

ſtrumentum guarentigiatum, vel cum obligatione Camerali non teneatur de
65 calumnia iurare. † Prædictæ decimæſeptimæ Declarationi videntur obſtare Aegidianæ Conſtitutiones, quas obſeruandas in omni ditione temporali Status Eccleſiaſtici, dixi ſupra capitulo decimoquinto, numero vigeſimoſexto. In quibus Conſtitutionibus libro quinto, capitulo tertio, habetur quod non iuretur de calumnia in cauſis vbi agitur vigore inſtrumenti: & ibi redditur in principio dicti capituli tertij, ratio à ſtatuentibus, quæ ratio eſt, vt finis imponeretur litibus. Quam rationem non puto ſufficere ad tollendum hoc iuramentum, quod eſt inductum à iure communi ob publicam vtilitatem, vt dixi ſupra capitulo tertio, numero ſexto, & ſequentibus, & capitulo quarto, numero quarto, & ob alias cauſas expreſſas dicto capitulo quarto, quæ concernunt vtilitatem publicam, quoad animam etiam, vt ibi videre licet. Ideo non puto valere in hoc dictas Conſtitutiones, niſi meliorem reddant rationem, vt dixi de ſtatuto ſupra capitulo decimotertio. Nec obſtant motus proprij Pontificij, confirmantes dictas Conſtitutiones, quia l. ſecunda, C. de iureiurando propter calumniam, indiget ſpeciali derogatione, vt dixi dicto
66 capitulo decimotertio ſupra. † Decimooctauo, Declaratur procedere dicta regula in iudicio moto coram Arbitris, in quo etiam iuratur de calumnia, Ioannes Andreas in Additio. ad Speculat. in dicto titulo, §. quinto, in principio, litera C, in verbo, §. *primo*, text. in dicta l. ſecunda, §. ſed quia veremur, circa medium, & ibidem Gloſ. in verbo, ſancimus, & ibidem Barthol. numero primo, Socinus in capitulo inhærentes, numero decimoquarto; & in capitulo cum in cauſa, numero quadrageſimo ſexto, verſiculo, decimonono quæro, de iuramento calumniæ, Bald. in dicto §. quod
67 obſeruari, in principio. † Qui Arbitri poſſunt etiam vtraque parte contradicente exigere hoc iuramentum calumniæ, ſecundum Bald. ibidem, numero primo. Prout etiam de iudice dixi ſupra capitulo duodecimo, numero trigeſimotertio.
68 † Decimonono, Declaratur dicta regula, vt procedat coram Illuſtriſſimo Domino Vrbis Gubernatore etiam, Burſat. conſil. ſecundo, numero tertio, libro primo, Anton. Auguſt. in Repertor. de iureiurando, in verſiculo, coram Gubernatore, Puteus deciſio. trecenteſima nonageſima ſeptima, libro ſecundo, die vigeſimoſexto Februarij, 1546. incipien.
69 in vna Paduana iniuriarum. † Licet dictus Gubernator procedat manu Regia, & ſola facti veritate inſpecta, ſecundum eius facultates in tantùm, vt aliquæ eorum videantur auferre hominibus etiam iura naturalia. Et Paul. Granucc. theorema. decimo ſeptimo, numero decimoquinto, dicit ſe de hac materia tractare libro quinto, theoremate centeſimo ſecundo, ſed quicquid ipſe dicat ibi, Ego ſentio, quod in dicto Tribunali Domini Gubernatoris etiam iurandum ſit de calumnia, cum iuramentum calumniæ ſit inter terminos ſubſtantiales numeratum, vt dixi ſupra capitulo ſeptimo, à numero vigeſimoquinto incluſiuè, ad nume-
70 rum trigeſimum primum incluſiuè. † Et talium terminorum omiſſio percutiat defectum citationis, vt Rota coram Reuer. P. D. Robuſterio, in vna Romana artis
71 furnariæ, nono Iunij, 1574. † Et percutiat etiam defectum iuriſdictionis, vt Rota, coram Brauo in vna Anconitana terrarum, vigeſimo quarto Nouembris,
72 1578. in principio, in manuſcriptis. † Dicti termini debent ſeruari etiam coram dicto Gubernatore, vt expreſſe voluit Rota in dicta artis Furnariæ coram Ro-
73 buſterio. † Nec præmiſſis obſtant motus proprij Pontificij, ſuper nullitatibus non attendendis, quia non tollunt obiectionem nullitatum in ſimilibus ſubſtantialibus, Puteus dicta deciſio. trecenteſima nonageſima ſeptima, & idem nouiſſimè firmauit Rota coram Reueren. P. Domino Orano, in vna Romana Pecuniaria, in manuſcriptis, die quarto Iunij,
74 1593. † Contra iſtud Tribunal eiuſque Notarios multa exclamat Veſtr. in Practic. libro ſecundo, capitulo quinto, numero quinto, in fine. Et quid diceret Veſtri. ſi videret illud temporibus noſtris? morbus Notariorum huius Tribunalis infecit omnia Vrbis Tribunalia, & eorum exemplo, omnes Notarij cæ-

terorum Tribunalium illecti, rapinæ in-
cumbunt, cum laterna, (vt dicitur)
eunt quęritantes quaſcunque querelas,
incitantes querelantes, anhelantes face-
re magnos regeſtos, & omnia median-
te pecunia peruertentes; Vnde non im-
merito Sanctiſſimus Dominus Noſter
Clemens Octauus de eis male ſentit, &
quotidie dictus Sanctiſſimus Dominus
Noſter eos coercere quærit, & quotidie
deſuper fiunt congregationes reforman-
tes.& ſi congregationes hodie reformãt,
ipſi nouis commentis craſtina die defor-
mant. Habent etiam in officijs quoſdam
lupiculos, qui nunquam ſaturantur bi-
balijs, & litigantes de eis diſponere, nec
ab officio per latitudinem vnius digiti tra-
here eos poſſunt, niſi additis calcaribus
aureis, ſiue argenteis. Quanta alia dici
poſſent? Sed eas dicat lucerna, ſub cuius
lumine multa gerunt. Parcant mihi bo-
75 ni. † Vigeſimo declaratur principalis re-
gula, vt procedat etiam in iudicio moto
coram Principe, & quod in eo etiam iu-
rari de calumnia debeat, vt colligitur ex
tex. in capitul. fin. de iuramento calum-
niæ, Vbi in fin. dicit Rom. Pontific. quod
fecit coram ſe iurari de calumn.& tex. in
Auth. principales perſonæ, §. ſed ſi in
ſacro conſiſtorio, C. de iureiurando pro-
76 pter calumniam.† Vigeſimoprimo decla-
ratur procedere regula prædicta in cumu
latione actionis, in qua de calumnia e-
tiam iuratur, Cyn. in dicta l. ſecunda, nu-
mero decimoſeptimo, vbi reprehendit
Gloſ. male loquentem; de quo vide eum
ibi, Socin. in dicto capitul. literas nume-
77 ro decimo, in fin.† Vigeſimoſecundo de-
claratur principalis regula procedere in
mutatione actionis, Specul. in dicto tit.
§. ſecundo, numero vndecimo, Socin.
in dicto capitul. literas numero nono, &
numero decimo, verſic. quartodecimo.
78 † Et quod Socin. in eod. capitul. dicit ſub
numero decimotertio, regulam noſtram
habere locum in inſtantia mutata, pote-
rit referri ad hanc declarationem, vel
etiam referri ad inſtantiam appellatio-
79 nis, de qua proxime dicam infra.† Huius
declarationis quæſtionem Bald. tractat
in Auth. hoc ſacramentum numero ter-
tio, C. de iureiurando propter calum-
niam, & ibi dicit; hoc continere illam
quæſtionem. An poſt lit. conteſtat. mu-
tatio, vel emendatio libelli permittatur,
& tradit, quod quando emendatio eſt cir-
ca ſubſtantialia, iterum conteſtatur lis,
& de calumnia iuratur, quando verò eſt
circa qualitatem libelli, tunc dubium. Vi-
80 de ibi eum. † Vigeſimotertio declaratur
dicta regula procedere etiam in inſtantia
appellationis, & quod in ea etiam iurari
debeat de calumnia, Bart. in dicta l. ſecun
da, numero decimoquarto. Alex. in l. edi-
ta nume. decimonono, C. de eden. Albe-
ric. in dicta l. prima, numero tertio, C. de
iureiurando propter calumniam, Specul.
dicto titul. §. ſecundo, numero tertio, in
princip. & ibi Ioan. Andr. in addit. litera
E, in verbo, Cauſa appellationis, Ma-
rant. in Speculo parte ſexta in ſecunda iu
dicij parte, in titul. de iuramento, actu pri-
mo, numero nono, Addent. ad Mat-
theſil. ſingul. ſexageſimoquarto, verſic.
& ibi etiam ponit, Marian. Socin. in dicto
capitul. literas numero decimotertio, ver
ſic. vigeſimoprimo, vbi reddit rationem
eius dicti, & in capitul. cæterum nume-
ro decimoſecundo, & in dicto capit. cum
in cauſa numero vigeſimoſexto, & text.
in capitul. in appellationibus, de iuramen-
to calumniæ, Bald. in dicta Auth. hoc ſa-
cramentum numero tertio, verſic. quod
autem, vbi aſſerit hanc opinionem eſſe
hodie receptam, & recenſet contraria,
& ſub numero quarto, ſoluit illa, & con-
cordat; atque ponit differentiam quan-
do appellatur ab interloquutoria, & quan
81 do à diffinitiua. † Quæ declaratio am-
pliatur, vt procedat, etiam ſi in priori
inſtãtia de calumnia iuratum fuiſſet, Mat-
theſil. dicto ſingular. ſexageſimoquarto,
verſiculo, & ibi. Cyn. in dicta l. ſecun-
da, §. ſed quia veremur. text. in capitul.
cum in appellationis, de iuramento ca-
82 lumniæ, in ſexto. † Et ſi non iurat in in-
ſtantia appellationis, habetur pro con-
feſſo renuens, ſicut in priori inſtantia ha-
betur pro confeſſo. Bald. in dicta Au-
thent. hoc ſacramentum, numero tertio,
83 verſiculo, qui ergo. † Contrarium au-
tem, & quod non iuretur in inſtantia ap-
pellationis, vt præmittitur per nos iura-
ri debere, tradit tenuiſſe Azonem Gloſſ.
in dicta l. ſecunda, in verbo, mouiſſe, mo-
tum ea ratione, quod inſtantia appella-
uonis

tionis ſit eadem cum priori; quod fal-
ſiſſimum eſt, & non eſt eadem inſtantia,
teſte Barthol. in dicta l. ſecunda, dicto
84 numero decimoquarto. † Et iuramen-
tum præſtitum in cauſa principali non ex-
tenditur ad cauſam appellationis, ad De-
cius in capitulo, paſtoralis, numero ſe-
85 ptuageſimoſexto, de exceptionibus. † Vi-
geſimoquarto, declaratur procedere di-
cta regula principalis etiam ſi mutentur
perſonæ ita, vt de reo fiat actor, velu-
ti quando reus excipiendo fit actor, quia
tunc ſuper tali exceptione eſt iurandum
de calumnia, aliàs renuens iurare cade-
ret à cauſa, ſi eſt actor; & ſi eſt reus ha-
beretur pro confeſſo ſuper dicta excep-
tione, vt ſupra capitulo decimoquarto,
numero ſexto, & ſequent. ex Socinus in
dicto capitulo, cum in cauſa, numero tri-
geſimo. Iſtud tamen non videtur iura-
mentum calumniæ, ſed potius malitiæ,
ſi eſt ante litem conteſtatam; ſi verò eſt
poſt litem conteſtatam, poſſet eſſe de
malitia, vel etiam de veritate, quia eſt
86 ſuper hoc emergenti particulari. † Vi-
geſimoquinto, Declaratur procedere di-
cta regula perempta inſtantia per lapſum
triennij, vt quando actor perempta in-
ſtantia vellet iterum inſtituere actionem;
quia tunc renouatur iuramentum calum-
niæ, Barthol. in dicta l. ſecunda, nume-
ro decimoquinto, Albericus in l. prima,
numero tertio, in fine, C. de iureiuran-
87 do propter calumniam. † Vigeſimoſex-
to, Declaratur procedere dicta regula in
exceptionibus, Lallus ſuper Conſtitutio.
Regni Siciliæ, libro ſecundo, rubric. de
exception. dilator. in iudic. numero ſexto.
88 † Et de exceptionibus declinatorijs tra-
dit Socinus in dicto capitulo literas, nu-
mero vndecimo. Baldus in dicta l. prima,
numero primo, C. de iureiurãdo propter
calumniam, vbi ponit formam talis iura-
menti, quę eſt quod iuret excipiens, ſe nõ
opponere animo calumnię, vel cauſa litis
differendæ. Et dicit id procedere, quan-
do excipiens actorem arctat in onere pro
89 bandi. † Aliqui dicunt iſtud eſſe iuramen-
tum veritatis, vel malitiæ, ſi præſtetur
poſt lit. conteſtat. quia eſt ſuper articulo,
& emergenti particulari; idemque ego
90 exiſtimo. † Iuramentum autem calumniæ
præſtitum generaliter extenditur ad om-
nia ſimilia emergentia poſt lit. conteſtat.
abſque alio iuramento Gloſ. in capitul. li-
teras, in verbo, iuramento præſtito de
reſtitutione ſpoliatorum, quæ Gloſ. eſt
91 notab. † Vigeſimoſeptimo declaratur pro
cedere principalis regula in præparato-
rijs: Vnde ſi aliquis agit ratione hære-
ditatis, & facit interrogationem, & reus
alleget titulum pro dote, pro donato, vel
ſimilem iuratur de calumnia, Socin. in
dicto capitul. literas, numero decimo, ver
92 ſic. decimoſeptimo. † Tales interrogatio-
nes aliqui vocant interrogationes, vt Ro-
landin. in ſumma, & alij Practici ex eo,
quod per ea aduerſarius interrogetur.
Alias eas vocant poſitiones ex eo, quod
illas dans ponit eas, ſuper quibus aduer-
ſarius debeat reſpondere. Alij eas vo-
cant Præparatoria, & iſta eſt genuina de-
nominatio, quia ante initium iudicij fi-
unt, & illud præparant. Qui vtuntur no-
minibus Poſitionum, & interrogatio-
num, illas diſtinguunt dicendo poſitio-
nes ante, vel poſt lit. conteſtat. & idem
dicitur de interrogationibus. Poſitiones
enim, & interrogationes fiunt ante, &
93 poſt lit. conteſtat. † Si fiunt poſitiones an-
te lit. conteſt. non dicetur iuramentum ca-
lumniæ, ſed malitiæ; ſi vero poſt lit. con-
teſt. fiunt, dicetur iuramentum veritatis,
vel etiam malitiæ, & quod dico de Po-
ſitionibus, dico de interrogationibus, &
Præparatorijs; ſunt enim fere ſinoni-
ma. Quia iuramentum, quod in iſtis præ-
ſtatur non eſt generale, vt eſt iuramen-
tum calumniæ, ſed eſt ſuper articulo, &
94 emergenti particulari. † Vigeſimooctauo
declaratur procedere principalis regula
in omnibus incidentibus, & emergenti-
bus quæſtionibus, Socin. in dicto capitul.
literas, numero duodecimo, vbi tradit
de petente reſtitutionem ad confectio-
nem inuentarij, vt dixi ſupra in declara-
95 tione decimaquinta. † Sed iſtud potius
videtur iuramentum malitiæ, vt Socin.
dicit ibi, vel veritatis, cum poſt lit. con-
teſta. præſtetur ſuper articulis particula-
96 ribus. † Iuramentum autem calumniæ
generaliter pręſtitum ſuper negocio prin
cipali extenditur ad omnia acceſſoria,
Speculat. in dicto titulo, §. primo, nume-
ro ſeptimo, & nono, verſiculo, item ad
hoc faciunt tradita per eundem ibidem.

§. ſecundo,

97 §.ſecundo, numero decimoquarto. † Vi-
geſimonono, Declaratur procedere prin
cipalis regula in cauſa, & iudicio duelli.
Et in dicto iudicio Actor ſolus iurat de ca
lumnia iure Longobardo. Idemque ſe-
qui videtur Ioannes de Lignano in Tra-
cta. de duello in ſeptimo membro, nu-
mero nono, ante finem, folio mihi 111.
columna quarta, licet in contrarium ar-
guat ſupra numero octauo, in fine, per
iura ibi adducta, & quod vterque tenea-
98 tur iurare. † Per Conſtitutiones Regni
Siciliæ vterque iurat de calumnia, actor
ſcilicet, & reus duellum aggredi volens
ante omnia, vt tradit Paris de Put. de Re
milit. & duell. libro primo, capitulo deci-
mooctauo, ſub rubric. de iuramento præ-
ſtando à Pugnatoribus, numero primo.
99 † De duello hodie non eſſet tractandum,
cum ſit prohibitum, vt Paris in dicto tra-
cta libro nono, quæſtio. ſeptima, numero
tertio, Claud. Cotoreus in Tracta. de iu-
re militum, libro tertio, capitulo vigeſi-
motertio, in principio, licet poſtea con-
trarium firmet de conſuetudine, Concil.
Tridentin. ſeſſio. vigeſimaquinta, de Re-
formatione, Gregorij Decimi tertij, in
motu proprio emanato Nonis Nouem-
bris, 1582. incipiente, ad tollendum.
100 † Et quamuis aliquis in rixa calore ira-
cundiæ vocet alium ad ſingulare certa-
men dicendo, euagina enſem, quia vo-
lo tecum præliari, & duellum facere, in
eo non habeant locum pœnæ loquentes
de duello, vt per Plotum in l. ſi quando,
§.quadrageſimoſecundo, numero ſecun-
101 do, C. vnde vi. † Tamen eſt attenden-
dus dictus motus proprius Gregorij De-
cimitertij, vbi punit prælianies ex con-
dicto tempore, & loco, & declarat inci-
dere in pœnas ſtatutas per dictum Con-
cilium, contra committentes duellum.
102 † De materia duelli tractaui, quia aliqui
iniqui Principes præbent duellantibus
campum francum, nō timentes iura duel
lum prohibentia, nec motus proprios Ro
manorum Pontificum, mandata Conci-
103 lij Vniuerſalis, nec Deum ipſum. † Et
de dicta materia vide dictum Concilium,
& dictum motum proprium; Atque di-
ctos Parid. Claud. Ioann. de Lignano,
Alciat. Mutium Iuſtinopolitanum, Da-
rium Attendolum, Antonium Maſſam,
Bonuiſium, Ioannem Baptiſtam Poſſe-
uinum, in Dialogo honoris, Antonium
Poſſeuinum, Andr. Gaill. Practic. obſer-
uation. libro ſecundo, obſeruatione cen-
teſima, Guid. Pap. deciſio. 617. & multis
104 ſequentibus. † Trigeſimo, declaratur pro-
cedere in cauſa ſindicatus, quia ſindica-
tus etiam eſt iudicium conſtitutum per
perſonas Iudicis, actoris, & rei; ſed in
eo termini tantùm breuiantur. Et in cau-
ſis etiam ſummarijs, prout eſt cauſa ſin-
dicatus, iuratur de calumnia, immo eſt
neceſſarium in ſummarijs noſtrum iura-
mentum calumniæ, vt dixi ſupra in de-
claratione tertia, numero ſexto, & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *In omnibus cauſis iuramentum calumniæ præſtandum eſt regulariter.*

Fallit dicta regula multipliciter, ibid.

2 *Fallit dicta regula, & iuramentum calumniæ non præſtatur in cauſa non deſiderante probationem.*

3 *Fallit dicta regula in notorijs, in quibus notorijs iuramentum hoc non requiritur.*

In notorijs iuramentum calumniæ non eſt de ordine iudicij, ibid.

4 *Fallentia prædicta intelligitur in notorijs, in quibus neceſſitas probationis non incumbit.*

5 *Fallit dicta regula in cauſa, in qua remanet ſola quæſtio iuris, quia in ea non iuratur de calumnia, ſecūdum aliquos.*

6 *Contrarium autem & quod iuretur de calumnia vbi remanet quæſtio iuris ſecundum alios.*

7 *Prima opinio eſt verior.*

Aduocati ſupplent quæ ſunt facti, & alia iniqua gerunt, vt ibid.

8 *Fallit dicta regula cum litis conteſtatio fit per partis aduerſæ confeſſionem, quia iſto caſu non eſt neceſſarium iuramentum calumniæ.*

9 *Terminum ſuſcipiens ad ſoluendum coram Illuſtriſſimo Domino Auditore Cameræ non poteſt petere, vt aduerſarius iuret de calumnia, quia confeſſus eſt debitum.*

Intellige vt ibid.

10 *Fallit dicta regula in cauſa voluntariæ iuriſdictionis quia in ea non iuratur de*

calumn. a.

calumnia.

11 *Fallit dicta regula, quando quis conuenitur rei vendicatione, vel alia actione reali, & reus conuentus negat ſe rem petitam poſſidere, & aſſerit dolo deſijſſe poſſidere, quia tunc non iuratur de calumnia.*

12 *Conuentus rei vendicatione, & negans ſe poſſidere rem petitam, vel aſſerit ſe non dolo deſijſſe poſſidere, tenetur iurare de calumnia ſuper tali negatione ex Socin.*

13 *Opin. Socin. relata dicto numero duodecimo, reprobatur, & videtur potius ſine iuramentum calumniae.*

14 *Fallit dicta regula, & non iuratur de calumnia, quando iudex ex officio procedit.*

Iuramentum calumniae non eſt de ſubſtantia tunc, quando iudex ex officio procedit, ibid.

15 *Cauſe aliae, in quibus de calumnia non iuratur, remiſſiue.*

16 *Inter iudices particulares, & generali animo non iuratur de calumnia.*

In quibus cauſis iuramentum calumniae non ſit neceſſarium.

Cap. XX.

1 IN omnibus cauſis praeſtandum eſſe iuramentum calumniae regulariter tradidi ſupra capitul. decimonono numero primo, & poſtmodum dictam regulam declaraui habere locum in quibuſdam cauſis ſpecialibus ibi enumeratis. Remanet nunc videre aliquas cauſas, in quibus non iuratur de calumnia, & fallit dicta principalis regula poſita dicto capitul. decimonono, dicto

2 numero primo. † Et prima dicta regula fallit in cauſa non deſiderante probationem, & in dicta cauſa iuramentum calumniae non praeſtatur, Bald. in l. prima, numero primo, verſicul. primo, C. de iureiurando propter calumniam, Socin. in capitul. literas numero decimoquinto, in

3 princip. de iuramento calumniae. † Secundo fallit dicta regula in notorijs, in ijs enim iuramentum calumniae praeſtandum non eſt, vt per Specul. in tit. de iuramento calumniae, verſic. an in notorijs, Bald. in dicta l. prima, numero primo, verſic. à contrario ſenſu. Vbi dicit tunc non eſſe de ordine iudicij tale iuramentum,

4 quando ſumus in notorijs. † Intelligo hanc fallentiam in notorijs, in quibus neceſſitas probationis non incumbit, Marian. Socin. in dicto capitul. literas nume-

5 ro decimoquinto, verſic. tertio fallit. † Tertio fallit dicta regula in cauſa, in qua remanet ſola quaeſtio iuris, & in dicta cauſa non requiritur tale iuramentum, Socin. in dicto capitul. literas numero decimoquarto, vbi vide quid de aduocatis ſeruetur, Bald. ad Specul. in rub. de iuramento calumniae, & in dicta l. prima numero primo, C. de iureiurando propter

6 calumniam. † Contrarium autem, & quod praeſtandum ſit etiam in cauſa, quae iuris, videtur tradidiſſe Cyn. in l. ſecunda, §. quod obſeruari numero quinto, C. de iureiurando propter calumniam.

7 † Prima opinio eſt verior, quia contenta ſub iuramento calumniae, de quibus tractaui ſupra capitul. ſecundo, reſpiciunt factum non autem ius, & ita tenendum eſt reiecta opinione à Cyn. tradita, nec obſtat quod Aduocatus tenetur iurare de calumnia vt dixi capit. decimoquinto, declaratione trigeſimaquarta, numero 240. & ſeq. & officium Aduocati ſit circa ea, quae ſunt iuris, Nam iſtud verum eſſet, quando aduocatus ſe contineret in terminis Aduocationis, & in ijs, quae ſunt iuris, ſed ſaepe quidam aduocati ſupplent ea quae ſunt facti, & aliquando inique citant leges abrogatas, vel ſenſum genuinum legis contorquent, vel mutilata citant iura, inſtruunt partes negare poſitiones, & alia iniqua faciunt vt dixi dicto capitul. decimoquinto, numero 243. ex Panormit. ideo debet iurare circa haec vt dixi dicto capitul. decimoquinto, nume-

8 ro 240. & ſequentibus. † Quarto fallit dicta regula, cum litis conteſtatio fit per confeſſionem partis aduerſae, in hoc caſu enim non eſt neceſſarium iuramentum calumniae, Marian. Socin. in dicto capitul. literas, numero decimoquinto, verſic.

quarto

9 quarto fallit. † Vnde is, qui coram Illu-
ſtriſſimo Domino Auditore Cameræ,
vel alio iudice confitendo debitum exad-
uerſo petitum ſuſcipit terminum, non po
teſt petere, vt de calumnia iuretur, nec ad
uerſarius ad id cogitur, cum ipſe iam ſit
confeſſus debitum intellige tamen iſtud,
quod ſuſcipiens talem terminum coram
dicto Domino Auditore Cameræ non
poſſit petere iurari de calumnia ab aduer
ſario dummodo poſt ſuſceptum termi-
num prædictum ille, qui petit iurari, non
opponat contra aduerſarium exceptio-
nem ſolutionis, vel alias ſimiles exceptio-
nes aptas remorari exequutionem gua-
rentigiæ, & obligationis Cameralis, vt
dixi ſupra capitul. decimonono; nu. ſexa-
geſimoquarto, quia tunc poſſet petere iu-
10 rari. † Quinto fallit dicta regula in cauſa
voluntariæ iuriſdictionis, quia in ea tale
iuramentum neceſſarium non eſt, vt col-
ligit Bald. in dicta l. prima, dicto numero
11 primo, in fin. † Sexto fallit dicta regula,
quando quis conuenitur rei vendicatio-
ne, vel alia actione ad rem, & reus con-
uentus negat ſe poſſidere talem rem pe-
titam, & dolo deſijſſe poſſidere: tunc
enim ſuper hoc iudicio non iuratur de ca
lumnia, quia iudicium fundari non po-
teſt, ſi aduerſarius negat ſe poſſidere, vel
dolo poſſidere deſijſſe, Socin. in dicto
capitul. literas, numero decimoquinto,
verſic. quinto fallit; & ad hoc vide, quæ
dixi capitul. decimoquinto, declaratione
vigeſima, nu. centeſimo octuageſimo ſe-
cundo, & c. decimooctauo, declaratione
12 vigeſima, numero quinquageſimo. † Sed
bene iurabitur de calumnia, ſuper hac
negatione, quod non poſſideat, & quod
non dolo deſierit poſſidere, vt Socin. pla-
13 cuit in dicto verſic. quinto fallit. † Mihi
tamen iſtud non videtur iuramentum
calumniæ, ſed potius malitiæ; ideo dic,
vt poſui ſupra capitul. decimoquinto, in
declarat. 20. nu. centeſimo octuageſimo-
14 ſecundo. † Septimo fallit dicta regula,
quando iudex ex officio procedit, quia
tunc iuramentum calumniæ non eſt ne-
ceſſarium, Bald. in dicta l. prima, dicto
nume. 1. in fin. & tunc iuramentum ca-
lumniæ non eſt de ſubſtantia iudicij, &
ſic non dicetur proprie iuramentum ca-
lumniæ, vt poſui ſupra capitul. ſeptimo,
& capitul. decimo, & dicam infra capi-
15 tul. vigeſimoſecundo. † Vide alias cauſas,
in quibus de calumnia non iuratur ex te
ſupra capitul. decimoquarto, decimo-
quinto, & ſequentibus, quoad munda-
16 nas cauſas. † Sed quid dicendum eſt in iu-
dicio animæ tum vniuerſali, tum parti-
culari, An iurabitur de calumnia? & dic
quod non. Rationes plures ſunt. Pri-
ma ratio eſt, quia iuramentum calum-
niæ quoad formam eſt inductum iure
poſitiuo, vt dixi ſupra capitul. tertio, nu-
mero decimooctauo, & ſequentib. capi-
tul. decimotertio, & capitul. decimoocta-
uo, in princip. & ſic leges humanorum
principum non habent locum in cæleſti,
& diuino iudice. Secunda ratio eſt, quia
etiam ſi iudicium huiuſmodi eſſet huma-
num in eo non iuraretur de calumnia,
quia tempus ad faciendum aliquod me-
ritorium eſt dum viuimus in hac vita
mortali; poſtquam autem mortui ſumus
non datur vlterius nobis promerendi
tempus, ſed vbicunque ceciderit lignum
ibi erit, ſiue ad Auſtrum, ſiue ad Aqui-
lonem vt dicit ſcriptura, & in cauſa iam
eſt concluſum, & ideo eccleſia canit in
,, commemoratione defunctorum. Liber
,, ſcriptus proferetur, in quo totum con-
,, tinetur, vnde mundus iudicetur. Et cum
ſit concluſum in cauſa etiam ſi iudicium
eſſet humanum in dicta die non iurare-
retur, poſt enim concluſum in cauſa
non iuratur, vt dixi ſupra capitul. deci-
mo, numero quadrageſimoſeptimo, &
ſequentib. & dictus dies eſt præfixus iu-
dici diuino ad ſententiam, ad quæ vi-
de Dioniſium Carthuſianum de qua-
tuor nouiſſimis in iudicio particulari, &
generali animæ: Ideo, dum tempus
habemus operemur bonum, maxime
autem ad Domeſticos fidei, vt Apoſto-
lus ait.

SVMMARIVM.

1 *Primus effectus iuramenti petiti, & non præſtiti, & quod proceſſus, ſententia, ac omnia inde ſequuta ſunt nulla ipſo iure.*

2 *Secundus effectus eſt, quod omittens iuramentum calumniæ petitum præſumitur calumniari.*

3 *Quali-*

3 *Qualitate perſonæ concurrente dictus effectus ſecundus locum non habet, dicta enim qualitas excuſat à dicta præſumptione.*

4 *Tertius effectus eſt, quod renuens præſtare iuramentum petitum tenetur iniuriarum parti aduerſæ.*

5 *Quartus effectus eſt, quod actor recuſans præſtare iuramentum petitum cadit ab inſtituta actione.*

6 *Prædictus quartus effectus fallit, vt ibi remiſſiue.*

7 *Quintus effectus eſt, quod reus recuſans iurare habetur pro confeſſo, vt ibi remiſſiue.*

8 *Non habetur pro confeſſo reus in cauſis, & perſonis, vt ibi remiſſiue.*

Actor non cadit ab actione vt ibid.

9 *Reus non habetur pro confeſſo, quando vellet purgare contumaciam.*

Intellige, vt ibi remiſſiue.

10 *Reus non habetur pro confeſſo, quando vtraque pars concordaſſet de non iurando, vbi remiſſiue.*

11 *Reus pupillus, vel minor non habetur pro confeſſo, licet tutor, & curator iurare noliſ de calumnia.*

12 *Eccleſia non habetur pro confeſſo, ſi ſindicus, & Prælatus recuſet iurare de calumnia.*

13 *Reus Dominus principalis non habetur pro confeſſo, ſi procurator ſuus nolit iurare de calumnia in animam propriam.*

14 *Sextus effectus eſt, quod emptor conuentus ſuper re empta, & detrectans iurare de calumnia, amittit actionem euictionis contra ſuum authorem.*

15 *Præmiſſus ſextus effectus non eſt generalis, & declara, vt ibi remiſſiue.*

16 *Septimus effectus eſt, quod detrectans iurare de calumnia in vniuerſitate perdit priuilegium vniuerſitatis.*

17 *Præmiſſus effectus non eſt generalis, & vide vt ibi.*

18 *Octauus effectus eſt, quod ſi petatur iuramentum calumniæ, & non præſtetur, non currit aduerſario terminus præfixus ad probandum, donec iuretur de calumnia.*

19 *Nonus effectus eſt, quod recuſans iurare de calumnia cenſetur remiſiſſe aduerſario iuramentum calumniæ.*

De effectibus iuramenti calumniæ petiti, & non præſtiti.

Cap. XXI.

IVRAMENTVM calumniæ varios parit effectus. Alios enim parit ſi non præſtetur, alios ſi præſtetur, & alios ſi præſtetur, & falſo præſtetur: Quos effectus in tria capitula diſtribui diuerſa. de Primis tractabo in præſenti capitulo, de alijs vero in duobus alijs ſequentibus capitulis ſecun-
1 dum præmiſſum ordinem. † Primo igitur effectus eſt iuramenti de calumnia petiti, & non præſtiti, quod proceſſus, ſententia, ac omnia inde ſequuta ſunt nulla ipſo iure, vt dixi ſupra capitul. ſeptimo, numero vndecimo, & ſequent. capitul. decimo, numero vigeſimoſecundo, capitul. decimoquinto, in fin. & capitul. decimoſexto, numero octuageſimotertio,
2 & ſequentibus. † Secundus effectus eſt, quod omittens iuramentum calumniæ petitum præſumitur calumniari, Barbat. conſil. quadrageſimonono, numero ſe-
3 ptimo, volumine tertio. † Iſte ſecundus effectus fallit concurrente qualitate perſonæ, quæ qualitas à dicta præſumptione excuſat, Andr. Gaill. Practicar. obſer. libro primo, obſeruatione nonageſima,
4 numero quinto. † Tertius effectus eſt, quod renuens præſtare iuramentum petitum ab aduerſario tenetur aduerſario hoc iuramentum petenti iniuriarum, Specul. in tit. de iuramento calumniæ, §. quinto, numero ſecundo, Marian. Socin. in capitul. cum in cauſa, numero trigeſimotertio, vbi ſoluit contraria, de iuramento calumniæ, & ad hoc vide Gloſ. allegantem duas contrarias opiniones in l. ſecunda, §. ſin autem reus in verbo, Rei qualitas in fin. C. de iureiurando propter
5 calumniam. † Quartus effectus eſt, quod actor detrectans præſtare iuramentum calumniæ ab aduerſario petitum cadit ab inſtituta actione, vt dixi ſupra capitul.

decimo-

6 decimoquarto. † Iſte ſecundus effectus fallit in cauſis, & perſonis enumeratis ſupra capitul. decimoquarto, decimooctauo, & vigeſimo, ac alijs præmiſſis.
7 † Quintus effectus eſt, quod reus recuſans iurare de calumnia parte aduerſa petente iurari de calumnia, habetur pro confeſſo, vt dixi ſupra dicto capitul. decimoquarto, vbi plura vide etiam in cauſa cri-
8 minali. † Qui effectus pluribus modis fallit, & Primo fallit in omnibus perſonis, de quibus tractaui ſupra capitul. decimooctauo, quæ iurare non tenentur: & in omnibus cauſis, in quibus dixi dictum iuramentum non eſſe neceſſario præſtandum ſupra capitul. vigeſimo, & iſta fallentia cum aliquibus ſequentibus, acco-
9 modatur quarto effectui præmiſſo. † Secundo fallit iſte effectus, quando reus vellet purgare contumaciam, quia tunc non habetur pro confeſſo, & poſſet illam purgare, vt dixi ſupra d capit. decimoquarto, numero 166. dummodo tamen id faceret ante ſententiam, quia poſt ſententiam non poſſet, cum non ſit res integra, & mora purgari poſſit re integra, & non alias, vt dixi dicto capitul. decimoquarto, numero centeſimoſeptua-
10 geſimonono. † Tertio fallit dictus effectus, quando vtraque pars concordaſſet de non iurando, quia tunc reus non habetur pro confeſſo, & compenſat delictum cum delicto vt dixi ſupra d. capit. decimoquarto, numero ſexageſimotertio, & cap. decimooctauo, nume. quadrageſimooctauo, & ſeq. intellige vt in
11 dictis locis. † Quarto fallit dictus effectus in tutore, & curatore, qui licet iurare nolint, ob id pupillus, & minor non habentur pro confeſſis, Socin. reg. ducenteſimanona, in quarta fallentia, & dixi la-
12 tius ſupra capitul. decimoquinto. † Quinto fallit dictus effectus in ſindico, & prælato reſpectu ſuæ eccleſiæ qui ſi non iurant, non ob id eccleſia habetur pro confeſſa, Socin. dicta reg. ducenteſimanona, in ſexta fallen. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de iuramento calumniæ, §. quinto, numero quarto, in verbo, Epiſcopum, vbi eum videas, & nouam addit. ibid. de præmiſſis, & alijs fallent. ad dictum effectum quintum vide plura ſupra capitul. decimoquinto, & decimoſexto, vbi habes latius de ſimilib. contumacijs, an noceant ſuis principalibus.
13 † Sexto fallit dictus effectus in procuratore nolente iurare in animam propriam, quia eius dñs ob id nõ poterit haberi pro confeſſo, ſecundum opinionem Salicet. quam æquiorem tradit Gaill. vbi ſupra obſeruatione nonageſimanona, numero quinto, in fin. ad quod vide, quæ latiſſime tradidi ſupra capitul. decimoſexto, & ibid. quid deſuper ſeruetur in Cameræ
14 Imperiali †. Sextus effectus eſt, quod emptor conuentus ſuper re empta, & detrectans iuramentum calumniæ præſtare, amittit actionem euictionis contra ſuum authorem, Socin. in capitul. cum in cauſa, numero trigeſimotertio, de iuramen-
15 to calumniæ. † Iſte effectus non eſt effectus generalis ad omnes cauſas, ſed ad caſum tantum emptoris, & neque eſt generalis ad omnes emptores, quia aliqui ſunt emptores, qui iurare non tenentur, & illæſam habent actionem euictionis vt dixi ſupra capitul. decimooctauo, in declaratione decimaquinta numero trigeſimoſexto, & ſeqq. vbi plura habes, & quid agere debeat emptor conuentus cir-
16 ca iſtud iuramentum. † Septimus effectus eſt, quod detrectans in vniuerſitate iuramentum præſtare de calumnia perdit priuilegium vniuerſitatis Soc. in dicto capit. cũ in cauſa nu. 34. verſicul. tertio prin-
17 paliter. † Iſte effectus non eſt generalis, ſed eſt reſtrictus ad eum, qui in vniuerſitate non vult iu-
18 rare. † Octauus effectus eſt, quod ſi petatur noſtrum iuramentum, & non præſtetur: Donec illud non præſtetur non currit terminus aduerſario præfixus ad probandum, Bald. in l. prima, numero quarto, in princ. C. de iureiurando propter calumniam, vide quæ dixi ſupra capitul. decimoquarto, numero centeſi-
19 mononageſimotertio. † Nonus effectus eſt, quod ſi petatur iurari de calumnia, & non præſtetur, cenſetur ille, qui renuit iurare, remiſiſſe iuramentum calumniæ aduerſario, qui iurari petijt de calumnia, ita voluit Gloſ. prima, in l. ſi non fuerit, ff. de iureiurando, vbi tex. in fin.

SVMMARIVM.

1 *Primus effectus iuramenti calumniæ petiti, & præſtiti eſt, vt euitetur calumnia, & impleantur ea, quæ ſupra cap. ſecundo, dicta ſunt contineri ſub iuramento calumniæ.*

2 *Secundus effectus iuramenti calumniæ petiti, & præſtiti eſt, vt hoc iuramentum ſit iudicij confirmatiuum, ſi à parte petatur præſtari.*

3 *Tertius effectus iuramenti calumniæ petiti & præſtiti eſt, quod illud præſtans excuſatur ab expenſis, ſecundum aliquos.*

4 *Contrarium autem, & quod iurans de calumnia non excuſetur ab expenſis, ſecundum alios.*

5 *Conciliatio dictarum duarum contrariarum opinionum, quod prima opinio præmiſſa procedat in ciuilibus, ſecunda opinio in criminalibus iuxta Gloſ. in capitul. finem, in verbo, expenſas, de dolo, & contum.*

6 *Gloſ. in dicto verbo, expenſas, eſt communiter reprobata teſte Paulo Granuccio.*

7 *Conciliatio dictarum duarum opinionum ex Authore, quod ſcilicet prima opinio procedat in reo, & ſecunda opinio procedat in actore.*

8 *Ratio conciliationis proxime præmiſſa eſt quia reus eſt fauorabilior actore.*

9 *Ratio ſecunda dictæ conciliationis eſt, quia per iuramentum calumniæ excuſatur iurans à præſumpta calumnia.*

Quando agitur de excuſando aliquem ab expenſis ſemper intelligitur de reo, & non in actore.

10 *Quartus effectus iuramenti petiti & præſtiti de calumnia eſt, quod iurans excuſatur à præſumpta calumnia.*

Non excuſatur tamē ab euidēti calumnia.

11 *Quintus effectus eſt, quod euitatur pœna, in quam inciderent actor, & reus non iurando, ſi petitum fuerit iurari.*

12 *Sextus effectus iuramenti petiti, & præſtiti eſt, quod poſt iuramentum calumniæ præſtitum aliquis litigantium fuerit iuſſus reſpondere poſitionibus à iudice, & nolit reſpōdere habebitur pro cōfeſſo.*

Quod extenditur, vt ibi.

13 *Septimus effectus eſt, quod iuramentum calumniæ habet vim litis conteſtatæ ſecundum aliquos.*

14 *Contrarium autem, & quod tale iuramentum non habeat vim litis conteſtatæ ſecundum alios.*

Et hæc eſt verior opin.

15 *Iuramentum calumniæ, ſi haberet vim litis conteſtatæ, actiones perpetuarentur, vt litis conteſtatio eas perpetuat.*

16 *Opin. Gloſ. in l. ſi ex multis, in verbo, ſi ex multis, poſt medium, C. de annal. præſcript. circa perpetuationem quarundam actionum creditoris ex pluribus cauſis in diuerſis ſummis.*

De effectibus iuramenti calumniæ petiti, & præſtiti. Cap. XXII.

VIDIMVS præcedenti capitul. de effectibus iuramenti calumniæ petiti, & non præſtiti. Secundum aſſumptum ordinem in dicto capitul. præcedenti ſequitur videre, de effectibus
1 iuramenti petiti, & præſtiti. †Primus effectus iuramenti calumniæ petiti, & præſtiti eſt, vt verbum ipſum ſonat, videlicet vt mediante tali iuramento euitetur calumnia, & impleantur ea, quæ tradidi ſuperius capit. ſecundo, contineri ſub hoc noſtro iuramento, Socin. in c. cum in cauſa, nu. 29. verſ. primus effectus, de iur. calum.
2 †Secundus effectus eſt, vt tale iuramentū ſit iudicij cōfirmatiuū, ſi ad petitionē partis pręſtetur, iuxta ea, quę tradidi ſup. c. 7. & c. 10. & ſecundū Socin. in d. c. cū in cā, d. nu. 29. verſ. ſecundus effectus. †Tertius
3 effectus eſt, quod pręſtās hoc iuramentū excuſetur ab expenſis, vt ſecundū aliquos refert Socin. in d. c. cū in cā, d. nu. 29. verſ. quartus effectus, Frāc. Marcus deciſ. 776.
4 nu. 3. †Contrariū aūt, & quod nō excuſetur ab expēſis, voluit Gulelm. de Ludo in ſing. 55. incipiē. Gloſę ſunt, & refert idem Socin. d. nu. 29. d. verſic. quartus effectus.
5 †Quæ duæ contrarię opiniones videntur poſſe cōciliari, ſecundum diſtinctionem, Gloſ. in c. finem, de dolo, & contumac. in

verbo, expenſas, quæ diſtinguit inter iu-
dicia ciuilia, & criminalia; & ſimiliter
diſtinguit inter ciuilia; ſed tandem con-
cludit in ciuilibus indifferenter excuſari,
in criminalibus non excuſari. Et ſic pri-
ma opinio præmiſſa procederet in ciuili-
6 bus, ſecunda in criminalibus. † Paulus
autem Granucc. theoremate decimo, nu-
mero duodecimo, verſicul. ſolue nam, di-
cit dictam Gloſ. in verbo, expenſas, eſſe
communi Doctorum calculo reproba-
7 tam. Et ſic quod non excuſetur. † Ego
diſtinguendum eſſe duco, quod aut loqui-
mur de actore, aut de reo. ſi loquimur
de actore, quod non excuſetur cenſeo.
ſi loquimur de reo, teneo excuſari; Dum-
modo reus non eſſet in manifeſta calum-
nia, & id iudici conſtaret, quia tunc non
cenſeo excuſandum aliquo modo. Et
ſic in reo habebit locum prima opinio re-
lata ſupra numero tertio, in actore autem
ſecunda opinio, de qua ſupra numero
8 quarto. Et moueor ea ratione, † quia
reus eſt fauorabilior actore, Gloſ. in ca-
pitulo cauſam quæ, in verbo, ad domum,
in fin. extra, de dolo, & contumacia,
Boer. deciſio. 30. numero octauo, capitul.
cum ſunt partium, de regulis iuris, in ſex-
9 to. † Alia etiam ratione moueor, quæ eſt,
quod per tale iuramentum excuſatur liti-
gans à præſumpta calumnia, vt dicam in-
fra in effectu quarto, numero decimo, vn-
de veniret excuſandus ab expenſis. Et
quoties agitur de excuſando aliquem ab
expenſis ob aliquam cauſam, ſemper in-
telligitur de reo, & non habebit aliquo
modo locum in actore, Boſſ. in titulo de
præuaricatoribus, & calumniatoribus, nu-
mero vndecimo, verſic. & concluſio, Af-
flict. deciſio. 328. numero quinto, Grama-
tic. deciſio. 83. numero ſecundo, Ioannes
de Vicomercatè in repetit. l. prima, nume-
ro decimoſexto, C. de eden. vide quæ in
præmiſſis tradidi ſupra capitulo decimo-
10 quarto, nume. 183. & ſequentibus. † Quar-
tus effectus eſt, quod iurans excuſatur à
præſumpta calumnia, addent. ad Matthe-
ſil. ſingul. 64. verſic. operatur autem, Ma-
ranta in Speculo, in titulo de iuramento,
actu primo, num. 12. Socin. in d. cap. cum
in cauſa, num. 29. verſic. quartus effectus.
11 † Sed non excuſat ab euidenti calumnia
dictum iuramentum, addent. ad Matthe-
ſil. dicto verſic. operatur autem, Marant.
12 dicto numero 12. † Quintus effectus eſt,
quod euitatur pœna in quam inciderent
actor, & reus non iurando, ſi peteretur iu-
rari, de qua pœna dixi ſupra cap. decimo-
quarto, Socin. in dicto capit. cum in cau-
ſa, nume. 29. verſic. quintus effectus. Sex-
tus effectus eſt, quod ſi iuramentum ca-
lumniæ præſtitum ſit, & aliquis litigan-
tium fuerit iuſſus à iudice reſpondere po-
ſitionibus, & nolit reſpondere, habetur
pro confeſſo ſuper illis poſitionibus, vt
per Lallum ſuper Conſtitutio. Regni, in
rubr. de proceſſu iudicis, numero 22. vbi
id extendit etiam ad procuratorem, & e-
tiam ſi principalis, aut procurator, ſe con-
13 tumaciter abſentaſſet. † Septimus effectus
eſt ſecundum aliquos, quod dictum iura-
mentum habet vim litis conteſtatæ, vt
refert Socinus in dicto capitulo cum in
cauſa, dicto numero 29. verſicul. tertius
14 effectus. † Contrarium autem, & quod
non habeat vim litis conteſtatæ hoc iura-
mentum tradit idem Socinus in dicto ver
ſic. tertius effectus, & in capitul. inhærcn-
tes, numero decimoquinto, de iuramen-
to calumniæ, Addit. ad Speculat. in titulo
de iuramento calumniæ, §. primo, in ver-
bo, litis conteſtatio, Gloſ. in l. ſecunda, §.
ſed quia veremur, in verbo, ſancimus, in
fine, C. de iureiurando propter calum-
niam, & hanc vltimam opinionem cre-
15 do veriorem. † Et ſi haberet vim litis con-
teſtatæ, eſſet eius vtilitas maxima, quia
per illud actiones perpetuarentur, vt de
litis conteſtatione, quod per eam actio-
nes perpetuentur, voluit Gloſ. in l. fina-
li, in verbo, finiendæ, & in verbo, ge-
neraliter ergo, C. de dol. mal. Bellon.
in commun. ſentent. in litera L, in verbo,
lite conteſtata, Balb. de præſcript. in ter-
tia parte, ſextæ partis quæſtio. quarto prin
cipaliter quæro, numero trigeſimoſecun-
do, verſic. ampliatur ſecundo, Tiraquell.
in tract. ceſſante cauſa, limitat. 12. numero
16 ſexto. † Hinc Gloſ. in l. ſi ex multis, in ver-
bo, ſi ex multis, poſt medium, C. de annā-
li except. concludit, quod quando tu mi-
hi debes ex vna cauſa puta tria, ex alia
decem, ex alia viginti, & nihilominus
petij decem, & conuiteor medio iuramen
to calumniæ, me ſenſiſſe de vna certa ex
prædictis ſummis, per litis cõteſtationem

à me

à me factam ſuper dicta ſumma non perpetuantur aliæ duæ actiones, ſuper qua Gloſ. opinione cogita ne ſit potius iuramentum malitiæ, vel veritatis, vel aliud ſimile, quia præſtatur ſuper articulo particulari, & non ſit iuramentum calumniæ.

SVMMARIVM.

1 Primus effectus iuramenti calumniæ petiti, & falſo præſtiti eſt, quod incurritur pœna diuina exitij.

2 Secundus effectus iuramenti calumniæ petiti, & falſo præſtiti eſt, quod in magnum dedecus incidit apud probatæ opinionis viros ille, qui falſo iurat.

3 Tertius effectus iuramenti calumniæ petiti, & falſo præſtiti eſt, quod ſi quis acceperit pecuniam. vt aliquem iniuſte litibus vexaret, intra annum in ſimplum, extra annum in quadruplum eius pecuniæ, quam accepit, punitur.

Idque procedit etiam ſi de calumnia iuratum non ſit, dummodo calumnia ſit commiſſa.

4 Quartus effectus eſt, vt eidem pœnæ ſubiaceat actor, cui ſubiaceret reus crimine probato.

5 Quintus effectus iuramenti petiti, & falſo præſtiti eſt, quod de calumnia conuictus condemnatur in expenſis.

Intellige vt ibid.

Victus victori in expenſis condemnatur.

6 Aduocatus calumniã committens punitur in expenſis de ſuo proprio.

Procurator calumniam committens punitur in expenſis de ſuo proprio.

Tutor calumniam committens, & mouens litem illicitam punitur ipſe, & non pupillus.

Prælatus mouens litem iniuſtam, & calumnioſam an puniatur ipſe, vel noceat Eccleſiæ remiſſiue.

7 Omnes agentes alieno nomine calumniam committentes puniuntur in expenſis de eorum proprio.

8 Sextus effectus eſt, quod iurans de calumnia, & calumniam committens poteſt finita cauſa puniri criminaliter pro periurio, & calumnia commiſſa.

9 Iuramentum litis deciſiuum a parte delatum non poteſt retractari, ſiue ſit iniuſte, ſiue iniuſte, & inique iuratum.

Quod intellige, vt numero 10.

10 Præſtans falſo iuramentum litis deciſiuum a parte delatum, ſi de mendacio cõuincatur, poterit criminaliter inquiri, & puniri.

11 Gloſ. in l. prima, in verbo. Poteſt C. De rebus credit. procedit quoad intereſſe partis, & ciuilem cauſam.

12 Periurus in iuramento calumniæ non poteſt criminaliter inquiri, & puniri ſecundum aliquos.

13 Reprobatur iſtud quod periurus non poſſit criminaliter inquiri, & puniri in iuramento calumniæ.

Expedit reipublicæ ne delicta remaneant impunita.

14 Iudices non debent eſſe admodum procliues ad inquirendum de ſimilibus periurijs in iuramento calumniæ.

15 Accuſator poterat de calumnia puniri ſtatim, quod accuſabat, & non probabat ſuam eius accuſationem, & quare.

16 In regno non punitur aliquis de calumnia niſi probetur eſſe in manifeſte calumnia.

17 Quando quis dicatur eſſe in manifeſta calumnia in regno.

18 In calumnia euidenti quando quis dicatur eſſe præſumptiue.

19 A calumnia quomodo quis excuſetur remiſſiue.

20 Cautela ad conuincendum accuſatorem de euidenti calumnia ex Giacchario.

21 Accuſatus poteſt accuſatorem querelare de calumnia.

Modus ponendi prædictam querelam accuſati.

22 Querela de calumnia poſita per reum contra accuſatorem, quando intelligatur probata.

23 Accuſans vigore inſtrumenti, vel teſtium ſi de calumnia iuret, & inſtrumentum, & teſtes reprobentur, non tenetur de calumnia.

24 Septimus effectus iuramenti calumniæ petiti, & falſo præſtiti eſt, quod periurus punitur etiam pœna corporis afflictiua.

25 Actus iurandi tactis ſcripturis eſt tranſitorius.

Vires iuramenti calumniæ tranſeunt ad omnes actus fiendos.

Periurus non dicitur, qui non iurauit.

De effectibus iuramenti calumniæ petiti, & falſò præſtiti. *Cap.* XXIII.

REMANET tractare de vltimis
effectibus iuramēti calumniæ
petiti, de quibus
ſupra capit. vigeſimo primo,
in princip. ſcilicet, de effectibus
dicti iuramenti petiti, & falsò præſti-
1 ti. Et † Primus effectus noſtri iuramenti
petiti, & falsò præſtiti eſt, quod incurritur
pœna diuina exiij, vt habetur ab
ipſiſmet gentilibus legibus à Priſcis illis
Romanis editis duodecim Tabularum,
» ibi. Periurij pœna diuina exitium, hu-
» mana dedecus. Offendit enim Deum
Creatorem, Redemptorem, & conſeruatorem
ſuum periurus; & ſicut obiectum,
quod offendit infinitum eſt, ita
pœnas infinitas incurrit, & æternales patiendas
in igne æterno, qui paratus eſt
Diabolo, & Angelis eius, vt habetur apud
Beatum Lucam, cap. vigeſimoquinto,
in fine. In hac materia contra offendentes
Deum multa eſſent dicenda, ſed
in his non immoror, quia ante æuum deficeret,
quàm materia expleretur: & tales
homines iniqui habent Scripturas,
Prophetas, Sacros Patres, Concionatores,
totque Librorum Volumina, contra
offendentes tantum obiectum fabricata;
quibus ſi non obediunt, nec me audient,
vt in Sacro Euangelio apud eūdem Beatum
Lucam, capitul. decimoſexto, in fine,
de Lazaro ad diuitem in Inferno ſepul-
2 tum dixit pater Abrahām. † Secundus effectus
eſt, quod vti periurus, ille, qui falſo
iurat, incidit in magnum dedecus apud
probatæ opinionis viros, vt in dictis legibus
duodecim Tabularum ſupra citatis:
& Iulius Clarus in §. periurium dicit ſub
numero ſecundo, quod ſimiles periuri
3 ſunt infames. † Tertius effectus eſt, quod
ſi quis acceperit pecunias, vt aliquem iniuſtè
litibus vexaret, intra annum in ſimplum
eius pecuniæ, quam accepit, extra
annum in quadruplum punitur, Petr. Vanderan.
in ſua pract. libro tertio, cap. ſecundo,
verſicul. cæterum hæc, per l. prima, de
pœna iud. mal. iudican. Vbi dicit id habere
locum etiam in criminalibus, & extendit
etiam id ad iudices, per l. quin etiam,
ff. eodem titulo. Quæ procedunt etiam ſi
de calumnia iuratum non ſit, dummodo
calumnia ſit commiſſa; Ergo multo for-
4 tius, ſi iuratum eſſet de calumnia. † Quartus
effectus eſt, vt eidem pœnæ ſubiaceat
in criminalibus actor, cui ſubiaceret reus
crimine probato, quod locum habet etiā
in calumniatore ſine iuramento calumniæ,
vt ibidem Vanderan. dicto capitulo
2. poſt princ. Et quia ipſe dictos duos vltimos
effectus, ponit ſub tit. iuramenti ca-
5 lūniæ, hic eoſdē poſui. † Quintus effectus
eſt, quod de calumnia conuictus condemnabitur
in expenſis, victus enim victori
in expenſis condemnatur, vt dixi
late ſupra capitul. decimoquarto, numero
183. & multis ſequentibus ad quod vide
Bart. in l. prima, numero ſeptimo, C.
de iureiurando propter calumniam, &
iſta condemnatio differt à condemnatione
poſita dicto capitul. decimoquarto,
quia ibi condemnatur in contumacia
non iurantis, hic condemnatur non quia
ſit contumax in iurando, ſed quia iura-
6 uit, falſo tamen. † Et ſi eſt Aduocatus,
vel procurator ille, qui calumniam committit,
punitur in expenſis de ſuo proprio.
Rota Mantuana relata per Surdum
deciſio. decimaoctaua, & tutor puniendus
eſt, & non pupillus ob litem illicitam
& calumnioſe motam, vt Panormit.
in capitul. cum in cauſa numero
vigeſimoſecundo, in princip. vbi etiam
vide de Prælato calumnioſe litem mo-
7 uente, de iuramento calumniæ. † Quod
habere locum duco etiam contra omnes
alios agentes alieno nomine, vt tutores,
curatores, actores, & ſimiles de quibus
8 ſupra capitul. decimoquinto. † Sextus effectus
eſt, quod iurans de calumnia, &
calumniam committens poteſt finita cauſa
pulſari criminaliter pro periurio incurſo,
& calumnia commiſſa. Et ita
reperio tenuiſſe addentes ad Matthesil.
ſingul. ſexageſimoquarto, verſicul. hinc
eſt, quod. Marantam in Speculo parte
ſexta, in ſecunda iudicij par. in titul. de
iuramen-

iuramento actu primo numero duodeci-
mo, idque etiam colligitur ex Panor-
mitan.in capitul.cæterum numero quar-
to, de iuramento calumniæ, vbi vult,
quod ſi conſuetudo differret hoc iura-
mentum in calculo ſententiæ, ille, qui
iurare debet, ſi reſpondiſſet falſum, vel
fruſtratorias dilationes petijſſet iuraret in
fine, ne puniretur; Vnde colligitur ſe-
9 cundum eum poſſe puniri. † Prout in ſi-
mili dicitur, quod licet iuramentum litis
deciſiuum à parte delatum non poſſit re-
tractari, ſiue ſit iuſte, ſiue iniuſte, & ini-
que iuratum l. non erit §. dato l. admo-
nendi in fin. ff. de iureiurando l. prima, C.
10 eod. tit. † Tamen ſi de mendacio conuin-
catur iurans poterit criminaliter inquiri,
& puniri, Maranta in dicta rubr. de iura-
mento, actu nono numero vigeſimoter-
tio, Cagnol. in l. ſi quis maior numero
nonageſimoprimo, C. de tranſact. Mar-
cus Ant. Cuccus in tract. de mentiente nu
mero 120. & 130. facit Menoch. de Ar-
bitr. Iudic. libro ſecundo, centur. quarta,
caſu 319. numero decimo, & vndecimo,
11 text. in l. num ſufficit, ff. de dolo. † Nec
obſtabit Gloſ. in l. prima, in verbo, po-
teſt, C. de reb. credit. & iureiurando,
quia eſt intelligenda quoad intereſſe par-
12 tis, & ciuilem cauſam. † Contrarium au-
tem & quod criminaliter non poſſit in-
quiri, & puniri periurus in iuramento ca-
lumniæ tradit Decian. in ſua Practic. cri-
min. tomo ſecundo, libro ſexto, capi-
tulo vndecimo, numero quadrageſimo-
primo. Et idem ſentire videtur ex doctri-
na ab eo citati, Speculat. §. finali, ad fin. de
iuramento calumniæ, Socin. in capit. cum
cauſam, numero octauo, poſt medium, de
iuramento calumniæ. Dum dicit, quod iu-
rans de calumnia poteſt ſtatim reſponde-
re, Credo, vel non Credo, abſque nota
periurij, idem etiam ſentit Sebaſt. Sapia
in Annotat. ad Panormitan. in cap. literas,
numero vndecimo, in litera D, in verbo,
reſpondere, dum ex mente Barthol. An-
geli, & Bald. tradit quod in iuramento ca-
lumniæ non cadit periurium, & quod Bal.
in l. de tutela, C. de in integrum reſtitutio.
exclamat pro Conſultoribus, & Docto-
ribus diuerſimode conſulentibus, Albe-
ricus in dicta l. ſecunda, numero ſecũdo.
13 † Quam opinionem Decian. & aliorum
prædictorum, nullo iure ſuffultam non
probo, ſed priorem: Expedit enim Rei-
publicę, ne delicta remaneant impunita,
text. in l. locatio, §. quod illicitè, ff. de pu-
blican. & vectigal. Et quamuis iſtud no-
ſtrum iuramentum ſit de credulitate, vt
dixi ſupra cap. octauo, in princip. pręiudi-
cat tamen, ſicut eſſet de veritate, vt dixi
ſupra dicto cap. octauo, numero ſecundo.
Quam rationem nõ ponderant tenentes
14 cõtrarium. † Attendant tamen iudices ne
ſint admodum procliues ad recipiendum
querelas, & inquirendũ de ſimilibus per-
iurijs, & calumnijs; niſi cum partis que-
rela concurrant alia vrgentia indicia ad
inquirendum, & proceſſandum: Quia ſę-
pe litigantes videntes eorum cauſam ciui-
liter periclitare recurrunt ad lenocinium
criminaliter, vt hoc modo terreant ad-
uerſarius, & ſic per indirectum obtineant,
15 quod directè habere non poſſunt. † Pote-
rat accuſator olim puniri de calumnia ſta-
tim, quod ipſe accuſabat, & non proba-
bat eius accuſationem: quia pręſumeba-
tur eſſe in calumnia, niſi ipſe probaſſet,
quod non eſſet in calumnia; vt quod ac-
cuſauerit, quia erat publica vox, & fama
de delicto, de quo accuſauit, vt per Fol-
ler. in pract. crimin. in 2. parte, ſecundę par
tis; in tit. audiantur exceptiones proponē-
16 dę per eos, num. 58. † Vbi dicit hoc in Re-
gno eſſe correctum per Conſtitutiones,
& non puniri aliquem de calumnia, niſi
probetur accuſator eſſe in euidenti calum
17 nia. † Et num. 59. ſubdit, quod in regno di-
citur eſſe in euidẽti calumnia duobus mo
dis. Primo, quando ex actis conſtat, & ap-
paret, quod ſit in euidenti calumnia clare.
Secundo, quando prę̨ſumptiuè id cõſtat.
18 † Pręſumptiuè dicitur eſſe in calumnia e-
uidenti, ſi accuſator dixit, Dabo ei ma-
gnam brigam. Item ſi pręter id, quod non
probauit ſuam accuſationem, concurrat
probatio, quod accuſator conuerſatur
cum accuſato, vel ſi concurrat prohibitio
accuſationis à iure, & aliter, vt per Foller.
dicto numero quinquageſimonono, poſt
Afflictum ab eo relatum in Conſtit. regni
incipiente. Pœnam calumniæ, ſub rub.
19 de pœna calumnię libro ſecundo. † Quo-
modo vero quis excuſetur à calumnia,
vide capitul. ſtatuimus, de elect. in ſexto,
capitul. ſacro, de ſentent. excommunic.

capitul.

capitul. Paulum, ſecunda quæſt. tertia, Speculat. in titul. de accuſationib. §. finali,
20 verſiculo finali. † Et ad conuincendum accuſatorem de euidenti calumnia dat cautelam Hieron. Giacchar. in Additio. ad Clar. §. fin. quæſtio. decimaoctaua, verſiculo, dicit etiam Barth. in verbo, non ani-
21 mo calumniandi. † Et quod reus poteſt querelare accuſatorẽ de calũnia, & quod „ qrela hoc modo eſt formãda. Dico quod „ Titius ſcienter accuſauit me contra ve- „ ritatem. Et vbi ſcienciam non poſſet probare, ſed tantum calumniam in ſe, debet interrogare actorem, An velit querela vti, & ſi reſpondet velle vti, dicitur ſcienter produxiſſe illam querelam falſam. Et ante eum idem firmauit ex Boſſ. in tit. de accuſat. numero vigeſimoquarto, Clar. dicto §. fin. q. ſexageſimaſecunda, numero ſeptimo, verſic. ſed quid ſi accuſator, in fin. licet Giacchar. referat eundem Boſſ. vbi ſupra, & non referat
22 Clar. † Et ibid. Giacchar. dicit ex Boſſ. dicto titul. numero vigeſimoſexto, quod prædicta de contineendo modo præmiſſo de calumnia accuſatorem procedunt, quando querela poſita contra reum ab accuſatore contineret factum alienum puta, quod A, accuſat B, quod dictus B, percuſſit F, ſed ſi querela ſit ſuper facto proprio ipſius accuſatoris, & factum proprium contineat puta A, accuſat B, quod dictus B, percuſſit ſe A, accuſatorem, tunc eo ipſo, quod A, non probat ſuam intentionem, & querelam contra B, ſi B, ponat contra A, querelam de calumnia, ſatis videtur fundata intentio B, querulantis de calumnia con-
23 tra A. † Hic quæri poſſit, Num is, qui accuſauit vigore inſtrumenti, vel teſtium & iuramentum calumniæ præſtitit, & inſtrumentum, & teſtes reprobentur, teneatur de calumnia, & negatiue reſpondit quidam neotericus Germanus conſil. vigeſimoſecundo, numero decimotertio, ex Socin. conſil. 118. numero no-
24 no, volumine primo. † Septimus effectus, ſiue mauis ampliatio omnium præmiſſorum effectuum eſt, quod periurus punietur etiam pœna corporis afflictiua à maioritate rationis, per l. ſi duo patroni, §. finali, ff. de iureiurando, vbi habetur, quod iurans per genium Princi-
pis, & peierans fuſtibus cæditur, ergo
25 multo maius iurans per Deum. † Poſtremo nota, quod quamuis in rubrica dicatur de effectibus iuramenti petiti, & falſo præſtiti, & ſic videatur, quod qui prius iurat, & deinde tractu temporis committat calumniam, non dicatur falſo iurare, quia tempore præſtiti iuramenti non commiſerat aliquid contra illud, & periurus non poteſt dici ille, qui non iurauit, Cagnol. in l. ſi quis maior, numero ſeptuageſimoſeptimo, in fin. C. de tranſactionibus. Dicitur, quod quamuis actus iurandi tactis ſcripturis ſit tranſitorius, & non remaneat, remanent tamen vires iuramenti præſtiti, quę tranſeunt ad omnes actus fiendos, & continuo perdurant. Et pręterea dicitur periurium non ante factum, nec in facto, ſed poſt factum, quando iuratur de calumnia, & poſtea contrafit iuramento.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum calumniæ non poteſt ſpecialiter committi, niſi etiam committatur tota cauſa.*
2 *Iuramento calumniæ debens reſpondere poſitionibus non debet illarum copiam habere.*
3 *Poſt litem conteſtatam admittitur reus ad reconuentendum actorem, etiam ſi non ſit iuratum de calumnia.*
4 *Submiſſio Authoris iudicio melius ſentientis circa legalia dogmata, & cenſura Sanctæ Matris eccleſiæ Romanæ circa dogmata Eccleſiæ.*

De varijs notabilibus circa iuramentum calumniæ. Cap. XXIIII.

TOTAM materiam iuramenti calumniæ, aliquo ordine digeſtam, in vigintitribus Capitulis tradere ſum conatus, ſed quia remanent aliqua, quæ de facili accommodari præmiſſis capitulis non poterant, operęprecium

precium duxi ſtatuere iſtud vltimum ca-
pitulum, in quo fragmenta, & notabi-
lia varia de iuramento noſtro cumularen
1 tur. † Et Primo nota, quod iuramentum
calumniæ non poteſt ſpecialiter com-
mitti, niſi etiam committatur cauſæ pro-
ſequutio, Bald. ad Speculat. in rubric. de
iuramento calumniæ, verſicul. iuramen-
tum calumniæ non poteſt ſpecialiter
committi, Marian. Socin. in capitul. in
pertractandis, numero decimoſeptimo,
2 de iuramento calumniæ. † Item nota,
quod reſpondere debens poſitionibus iu
ramento calumniæ non debet habere co
piam poſitionum, Franc. Curt. in l. is
apud quem numero nono, C. de eden.
ſed iſtud non poteſt eſſe iuramentum ca-
lumniæ, quia eſt ſuper articulo, & emer-
3 genti particulari. † Item nota, quod poſt
litem conteſtatam admittitur reus ad re-
conueniendum actorem etiam ſi non ſit
de calumnia iuratum, Tiraquell. de re-
tract. conuent. §. primo, Gloſ. quinta, nu-
mero tertio, & millia millium ſimilium
fragmẽtorum inuenire ex te poteris, quæ
ſimul colligere eſſet opus magnum, &
aſſumens onus omnia ſimilia colligendi
aſſumeret onus exiccandi Oceanum.
Ideo ex te addere huic capitulo poteris.
4 † Vnum reſtat ponendum, quod ſi quid
in hoc meo opere dixi contra communia
legalia dogmata, id ſubmitto cuiuſuis al-
terius melius ſentientis iudicio, ſi quid
vero dixi contra dogmata Sanctę Ma-
tris eccleſiæ (quod non ſpero) id omne
ſubmitto humiliter cenſurę eiuſdem San
ctæ Matris eccleſiæ proteſtans me nihil
aliud voluiſſe, nec velle ſentire, niſi
quod Sancta Mater eccleſia Catholica
Romana tenet, & docet. Idque totum
ex nunc reuoco, & imbellicitati huma-
næ, ac tenuitati mei ingenij tribuendum
eſt. Sed ſi quid boni dixi, omne id tri-
buendum eſt Patri luminum, à quo om-
ne datum optimum, & omne donum
perfectum (vt Apoſtolus ait) deſcendit
intercedẽtibus Glorioſiſſima eius matre
ſemperque virgine Maria, Archangelo
Vriele ſub cuius ſpeciali protectione vi-
uere profiteor, ac Beato Antonio, cuius
nomine inſignitus (licet immerito) fui in
ſacro baptiſmatis fonte. Quibus poſt
Deum Gratiæ, honor, & gloria in ſe-
cula ſeculorum, Amen.

Tractatus de Iuramento Calumniæ Finis.



VENETIIS, M D XCVIII.

Apud Hæredes Melchioris Seſsæ.

Google

RESTAURO DEL LIBRO
di LELLI
GIUSEPPE